Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries
and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

470 C.73b

302515918Y

Eduard Fraenk

# COLLECTIO LIBRORVM
# IVRIS ANTEIVSTINIANI

IN VSVM SCHOLARVM

EDIDERVNT

PAVLVS KRVEGER THEODORVS MOMMSEN
GVILELMVS STVDEMVND

TOMVS ALTER

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXVIII

# VLPIANI LIBER SINGVLARIS REGVLARVM

# PAVLI LIBRI QVINQVE SENTENTIARVM

# FRAGMENTA MINORA
## SAECVLORVM P. CHR. N. SECVNDI ET TERTII

EDIDIT

PAVLVS KRVEGER

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXVIII

ASHMOLEAN
OXFORD
MUSEUM

Iuris Anteiustiniani sylloga quam hic tomus complectitur continuari uolui Gaianarum Institutionum editionem anno proximo a Guilelmo Studemund mecum curatam: absoluetur autem tota collectio librorum iuris Anteiustiniani tertio qui quam proxime fieri poterit edetur tomo, quo Vaticana fragmenta et Collatio a Theodoro Mommsen recensita, Consultatio et Codicum Gregoriani et Hermogeniani reliquiae et Appendices Legis Romanae Wisigothorum a me recognitae continebuntur.

De condicione fragmentorum quae hoc tomo exhibentur cum exposuerimus in praefationibus uel adnotationibus quae singulis praemissae uel adnexae sunt, hoc loco pauca in uniuersum praemonenda sunt.

Hanc collectionem quamquam scholarum usui destinauimus, tamen plena supellectile critica instruximus neque delectu uariarum lectionum contenti fuimus nisi in fragmentis ex aliis libris petitis, quorum criticae editiones uel extant, uelut Digestorum Iustinianorum, uel in tertio tomo exhibebuntur. ceterum tam ex his collectionibus quam ex Iustiniana compilatione excerpta iuris antiqui in hoc secundo tomo non repetiuimus nisi ad Pauli sententias et Vlpiani librum regularum redintegrandos, ut omnibus horum operum, quae et ipsa seorsim tradita sunt, fragmentis compositis genuina eorum forma aliquo modo recuperaretur.

In contextu editionis inclinatis litteris ea expressa sunt, in quibus uel a tradita lectione recedendum erat uel lectio ipsa propter mutilam contextus condicionem supplendi officium postulabat, id est in eis opusculis, quae uno codice solo seruata sunt. atque quo facilius in his lectionis hiatibus codicis condicio ex ipsa editione cognosceretur, singulorum codicis uersuum fines linea |, paginarum fines lineis || non secus atque in Gai editione indicauimus, et ubi hiatum satis

certa coniectura explere nobis non contigit, singulis litteris quae perierunt stellulas substituimus, maiores hiatus, qui quot litteris constiterint certo statui non potest, lineis ——— expressimus. contra aliis stellulis, quae supra lineam quam dicunt collocata sunt, eas Pauli sententias quae in Legem Romanam Wisigothorum receptae non sunt, et ea Vlpiani regularum fragmenta, quae in epitoma Vaticana non extant, inclusimus, uelut in pagina 46 uersus 5 sqq.

In adnotatione critica codices ad textum constituendum adhibiti singulis litteris inclinatis et post codicum lectiones collocatis indicati sunt: quae quid in quoque scriptore significent, in praefationibus unicuique opusculo praemissis explicatum est. ceterum nota *C*, si quod opus uno codice solo traditum est, ad hunc significandum usi sumus, uelut in Vlpiani regulis et in fragmentis de iure fisci. litterulis [a] [b] codicum notis postpositis distinguuntur codicis scripturae primitiua (u. g. *C*[a]) et emendata (*C*[b]). silentio praetermisimus eas codicum lectiones, quae uel in orthographicis uel in uerborum diuisione a nostro contextu recedunt: ac ne in discrepantibus quidem lectionibus exscribendis eam uerborum diuisionem quae librariis placuit mutare dubitauimus, sicubi hoc modo facilius demonstrari posse uidebatur, quibus uerbis uel litteris discrepantia efficeretur.

Praeterea passim his scripturae compendiis usi sumus:

*Cod.* = Codex Iustinianus
*Coll.* = Collatio legum Mosaicarum et Romanarum. *Coll.*[p] est eiusdem codex Berolinensis, olim Pithoei, *Coll.*[w] codex Vindobonensis, *Coll.*[v] codex Vercellensis
*Cons.* = Consultatio ueteris iureconsulti
*Dig.* = Digesta Iustiniani
*F* = Digestorum codex Florentinus
*Gai.* = Gai Institutiones
*Paul.* = Pauli sententiae
*Vat.* = Vaticana fragmenta
*Vlp.* = Vlpiani liber singularis regularum

In hoc tomo perficiendo diligentissimam opem, ut solet amicis, mihi tulit Guilelmus Studemund.

Regimonti die x m. Iulii 1878

**Paulus Krueger**

# VLPIANI

## LIBER SINGVLARIS REGVLARVM

# PRAEFATIO EDITORIS

Anno 1549 Iohannes Tilius *titulos ex corpore Vlpiani* uno codice solo usus Parisiis edidit. qui codex postquam a. 1576 a Cuiacio Parisiis denuo examinatus est; eius memoria periit, donec F. C. de Savigny eum in bibliotheca Vaticana inuestigauit[1]. atque leguntur in codice Vaticano reg. 1128, qui saeculo X in Gallia exaratus est, *tituli ex corpore Vlpiani* Legi Romanae Wisigothorum adiecti. apographum codicis Vaticani ab Henrico Brunn fideliter confectum typis mandauit Eduardus Boecking[2].

Pertinere hos titulos ad Vlpiani librum singularem regularum ex Collatione 6, 2 (= Vlp. 5, 6. 7) et Digestis Iustinianis 22, 5, 17 (= Vlp. 20, 6) constat. presse autem secutum esse Vlpianum in libro singulari regularum componendo Gaianarum Institutionum ordinem docet materiae ab Vlpiano tractatae dispositio, nisi quod pauca iuris capita a Gaio praetermissa diuersis locis inseruit[3]. quae cum ita sint, ex Gaiana dispositione certa coniectura colligitur regularum Vlpianarum non solum initium periisse, sed ea quoque omnia desiderari, de quibus Gaius inde a 3, 53 egit: eamque coniecturam insuper confirmant fragmenta Vlpiana in Vaticano codice omissa et e Collatione Digestisue ad finem nostrae editionis restituta, quae Gaianis 3, 224. 225.

1) Codicem Vaticanum eundem esse atque illum quo Tilius est contra C. E. Heimbachii dubitationes optime defendit Ioh. Vahlen in praefatione, quam editioni ab ipso Bonnae 1856 curatae praemisit, p. X sqq.

2) Vlpiani liber sing. regularum. Codicis Vaticani exemplum cur. Ed. Boecking. Lipsiae 1855.

3) Cf. tabula a Boeckingio quartae Vlpiani editioni (1855) adiecta (p. 192 sqq.).

4, 2—5 respondent. nec tamen in his tantum labem contraxit liber regularum, sed passim intra ipsos qui in codice Vaticano extant titulos argumenti conexus hiat[1]), ut magis excerpta ex Vlpiani regulis quam ipsas regulas tenere uideamur. quod si quaeritur, quo tempore haec Epitome facta sit, cogitare non licet de eis temporibus, quibus Legi Romanae Wisigothorum et appendices ex genuinis iuris Romani fontibus compilatae accesserunt[2]) et alia additamenta, quae ex Theodosiano Codice, Nouellis, Pauli sententiis petita et in ipsum Legis contextum recepta sunt. uix enim illa saecula nouicia aut Latinos curabant aut eos qui dediticiorum numero sunt aut alia nec pauca Epitomae Vaticanae capita. itaque consideratis tam eis quae omissa sunt quam eis quae remanserunt Mommsen[3]) probabiliter coniecit Epitomen non multo post a. 320 (Cod. Theod. 8, 16, 1) eo consilio confectam esse, ut ea sola excerperentur, quae usui forensi inseruire posse uiderentur, omitterentur autem diuisiones iuris, quas ut apud Gaium ita in Regulis olim extitisse Dig. 44, 7, 25 ostendunt, neque minus ea quae in desuetudinem uenissent.

Epitomator id unum uidetur egisse, ut opus Vlpianum in breuius redigeret: nam quod Lachmann ad 26, 1 uocem *gentiliciorum* in Collatione traditam ab epitomatore in *ingenuorum* mutatam esse censuit, quasi Vlpianus illam eodem sensu atque hanc usurpare potuisset, id mihi non persuasit. ea autem, quae re uera in Epitoma Vaticana mutata sunt, non epitomatoris manum produnt, sed librariorum neglegentiae uel fraudibus accepto ferenda sunt: nonnulla sane menda inde orta sunt, quod notae iuris, quibus usi sunt librarii uel ipsius archetypi uel unius alteriusue ex eis exemplis quae ex hoc deriuata sunt, a posterioris temporis librariis aut male explicatae[4]) aut omis-

---

[1]) In hisce hiatibus detegendis post Boeckingii et Mommseni curas diligentissimam operam collocauit Vahlen in editione supra laudata.

[2]) Cf. Lex Romana Wisig. ed. Haenel p. 452—455.

[3]) Vlpiani fragmenta ed. Boecking. 1855. p. 111 sqq.

[4]) Ita constanter scribitur *ius Quiritium* pro *iure Quiritium* et *ascia* pro *Aelia Sentia*: praeterea cf. 6, 1. 20 (*institutus* pro *item*) 6, 6 (*re uera* pro *rei uxoriae*) 7, 4 (*condignis* pro *condicionis* et *ciuitas reddatur* pro *ciuitas Romana datur*) 8, 4. 22, 32 (*data* et *dantur* pro *dumtaxat*) 11, 25 (*tunc* pro *testamento*) 20, 16. 24, 28 (*praetoriani* pro *populi Romani*). simili errori tribuerim, quod bis (20, 14. 28, 1) pro *secundum* legitur *aduersus*.

sae sunt[1]. ac ne in rubricis quidem ipsius epitomatoris libidinem grassatam esse crediderim: quamquam in his sunt quae eo offendant, quod uel male conceptae sunt (2. 7. 19. 27), uel non recte indicant ea quae ipsis titulis continentur (3. 22. 23), uel ad multo minores iuris particulas pertinent, quam quas ab ipso Vlpiano distinctas fuisse credibile sit (16. 18), uel materiarum conexum male interrumpunt (2. 7. 27). atenim non hae solae, sed omnes rubricae non minus ab Vlpiani regulis uidentur alienae fuisse quam a Gai institutionibus, in quibus rubricae tam eae quae a librario quam eae quae a correctore codicis Veronensis interpositae sunt isdem uitiis omnibus laborant quae supra enumerauimus. et quemadmodum Gai Veronensis rubricae non consentiunt cum eis quae in Gai epitoma Wisigothica extant, ita diuersae originis uestigia in Vlpianis rubricis agnoscuntur et eo, quod in Collatione 6, 2 titulo *de nuptiis* adscribuntur ea quae in codice Vaticano titulo *de his qui in potestate sunt* subiciuntur, et eo, quod Collatio 16, 4 rubricam *de legitimis hereditatibus* citat, quae Epitomae est *de legitimis heredibus*. sane ex his Collationis locis colligi nequit rubricas ab ipso Vlpiano insertas esse: nam Gai quoque capita Collatio rubricis praemissis citat (16, 2, 9). itaque cum quaedam rubricae (10. 13. 14) non uere ea indicent, quae hodie in Epitoma leguntur, sed potius integrum Vlpiani opus respiciant, rubricas priusquam Epitome conficeretur operi inditas esse consentaneum est.

Initium operis in codice Vaticano singularem in modum confusum est. nam post titulum *incip. tituli ex corpore ulpiani* sequuntur uerba huius editionis p. 5 u. 14 *moris* (sic codex) . . . 15 *inueteratus*: hos excipit index rubricarum operis, hunc ipse primus titulus quo agitur de manumissionibus et de libertis, attamen hic tractatus de libertis in media sententia (p. 6, 3) abrumpitur, et continuo sequitur fragmentum de legibus initio mutilum (p. 5, 2—13), quasi hoc eiusdem tituli partem efficeret, tum tractatus de libertis continuatur, ita tamen, ut praeter extrema uerba sententiae supra abruptae alia quaedam intercidisse palam sit. quae confusio quemadmodum enata sit, Mommsen ingeniose demonstrauit[2]. is enim, qui primus Epitomen legi Romanae adiecit, Epitomae codicem initio

[1]) V. g. 1, 7. 7, 4.
[2]) Vlpiani fragmenta ed. Boecking. 1855. p. 117.

mutilum adhibuit, cuius folium primum e uetere compage solutum in pagina recta haec uerba 5, 2 *prohibet* . . . 13 *prima lege*, in pagina uersa haec *moris sunt* . . . *inueteratus* et praeterea tituli *de Latinis* rubricam initiumque usque ad 6, 3 *confirmat* complectebatur: idque folium iste inuerso ordine ita descripsit, ut uersam paginam faceret rectam. postea titulis numeri additi sunt, ut titulus *de libertis* primus fieret, et ante huius tituli rubricam ad similitudinem legis Romanae titulorum index praefixus est, uerba autem *mores* . . . *inueteratus*, quippe quae ad inscriptionem Epitomae pertinere uiderentur, in fronte operis retenta sunt. in eo tantum a Mommseni coniectura recedo, quod is hiatum qui inter 1, 9 et 10 intercedit minimum esse putans ad alterum Epitomae folium in fronte detritum trahit, mihi folii primi pars inferior mutila fuisse uidetur, ut tam inter 1, 9 et 1, 10 quam ante p. 5, 14 plura interciderint.

In edendo Vlpiani regularum libro rubricas propter allegandi usum retinui, sed ut appareret eas Vlpiani non esse, uncinis quadratis saepsi. indicem titulorum codicis Vaticani, qui adeo cum Epitomae ipsius rubricis consentit, ut eum ad proximum huius codicis archetypon compositum esse uerisimile sit, non recepi. in contextum regularum eos quoque locos, quos ab Epitoma omissos Collatio uel Digesta seruarunt, stellulis adpositis restitui. Epitomen ad fidem apographi Brunniani (p. 1 not. 2) edidi: nonnullos tamen locos difficiliores ipse Romae a. 1868 in bibliotheca Vaticana examinaui. in notis uarias codicis Vaticani (= *C*) [1] lectiones omnes praeter orthographicas indicaui, interdum ne *i* et *e* quidem litterarum commutationem praeterire uolui, ubi de uera lectione dubitari posse uideretur.

[1]) In correctionibus codicis *C*, ubi fieri potuit, adnotaui, utrum ipsi librario an alteri manui quae fere aequalis est debeantur: nonnulla a manu saec. XVI adscripta esse suo loco commemorabo.

## *VLPIANI LIBER SINGVLARIS REGVLARVM*

1 . . . . . prohibet, exceptis quibusdam cognatis, et si
2 plus donatum sit, non rescind*i*t. Minus quam perfecta lex
est quae uetat aliquid fieri, et si factum sit, non rescind*i*t,
sed poenam iniungit ei qui contra legem fecit: qualis est
lex Furia testamentaria, quae plus quam mille assium legatum mortisue causa prohibet capere, praeter exceptas personas, et aduersus eum qui plus ceperit quadrupli poena*m* constituit.

3 *L*ex aut rogatur, id est fertur, aut abrogatur, id est
prior lex tollitur, aut derogatur, id est pars prima*e legis*
tollitur, aut subrogatur, id est adicitur aliquid primae legi,
aut obroga*tur,* id est mutatur aliquid ex prima lege . . . .

4 Mores sunt tacitus consensus populi longa consuetudine inueteratus.

[I DE LIBERTIS]

5 Libertorum genera sunt tria, ciues Romani, Latini Iuniani, dediticiorum numero.

6 Ciues Romani sunt liberti, qui legitime *manumissi sunt,*
*id est uindicta aut* censu aut testamento, nullo iure impe-
7 diente. Vindicta manumittuntur apud magistratum *populi*
8 *Romani*, uelut consulem *praetoremue uel* proconsulem. Censu
manumittebantur olim qui lustrali censu Romae iussu do-

1 *titulum operis suppeditant fragmenta quae in Dig. et Coll. extant:* tituli ex corpore ulpiani *C* || 2—13 *in C post p.* 6, 3 confirmat *leguntur, cf. praef. p.* 3 || 2 *ante* prohibet *fere talia supplenda sunt:* leges aut perfectae sunt aut imperfectae aut minus quam perfectae. perfecta lex est . . . . imperfecta lex est, quae fieri aliquid uetat, nec tamen si factum sit, rescindit: qualis est lex Cincia, quae plus quam . . . donare prohibet || cognatis] *fortasse fuerit* personis || 3 rescindet *C* || 4 rescindet *C* || 6 ascium legatum *C*, asses legati *Huschke* || 8 poena *C* || 10 lex] ex *C* || 11 primae legis *Cuiacius*, prima *C* || 13 obrogat *C* || 14. 15 *indici rubricarum praemittuntur, cf. praef. p.* 3 || 14 moris *C* || 19 manumissi . . . 20 uindicta aut *in C omissa duce Gaio 1, 17 addita sunt* || 21 populi . . . 22 praetoremue uel *Lachmann*, praeturimue uelut consulem *C*

9 minorum inter ciues Romanos censum profitebantur. Vt testamento manumissi liberi sint, lex duodecim tabularum facit, quae confirmat . . . . .

10 . . . . hodie autem ipso iure liberi sunt ex lege Iunia, qua lege Latini *f*iunt nominati*m* inter amicos manumissi.

11 Dediticiorum numero sunt qui poenae causa uincti sunt a domino, quibusue stig*mat*a scripta fuerunt, qui*ue* propter noxam torti nocentesque inuenti sunt, quiue traditi sunt, ut ferro aut cum bestiis depugnarent, *uel in ludum* uel custodiam coniecti fuerunt, deinde quoquo modo manumissi sunt: idque lex A*elia* S*en*tia facit.

12 Eadem leg*e* cautum est, ut minor triginta annorum seruus uindicta manumissus ciuis Romanus non fiat, nisi apud consilium causa probata fuerit: ideo sine consili*o* manumissum Caesaris seruum manere putat. testamento uero manumissum perinde haberi iubet, atque si domini uoluntate in libertate esset, ideoque Latinus fit.

13 Eadem lex eum dominum, qui minor uiginti annorum est, prohibet seruum manumittere, praeterquam si causam apud consilium probauerit.

13[a] In consilio autem adhibentur Roma*e* quinque senatores et quinque equites Romani, in prouinci*is* uiginti rec*i*peratores ciues Romani.

14 Ab eo domino qui soluend*o* non est seruus testament*o* liber esse iussus et heres institutus, et si minor sit triginta annis uel in ea causa sit, ut dediticius fieri debeat, ciuis Romanus et heres *f*it: si tamen alius ex eo testamento nemo heres sit. quod si duo pluresue liberi heredesque esse iussi sint, primo loco scriptus liber et heres fit, quod et ipsum lex A*elia* S*en*tia facit.

15 Eadem lex in fraud*em* creditoris et patroni manumittere prohibet.

3 *post* confirmat *in C sequuntur p.* 5, 2—13, *cf. praef. sententiam sic fere expleas* quae confirmat ea quae testator de suis rebus disposuerit || 4 *initio* § 10 *talia fere interciderunt:* qui non legitime manumissi erant, sed nuda dominorum uoluntate libertate donati erant, olim quidem serui remanebant, praetor autem eos in libertatis possessione tuebatur || 5 fiunt] sunt *C* || nominatim *Hugo*, nominati* *C*[a] *(fortasse nihil aliud nisi interpunctionis signum erasum est)* || 7 quibusue stigmata *Cuiacius*, quibus uestigia *C* || inscripta *Gai. 1, 13, cf. tamen Quinctilian. 7, 4, 14* || quiue *Schilling*, qui *C* || 9 uel in ludum *om. C*, *suppl. Schilling ex Gaio 1, 13* || 11 alia sentia] ascia *C* || 12 legem *C* || 14 consilium *C* || 15 caesaris *C*, lex Aelia Sentia *Hertz*, Cassius *Puchta* || 20 romani *C* || 21 prouincia *C* || 22 receperatoris *C* || soluendus *C* || 23 testamenti *C* || institu**tus *C*[a] || 25 fit] sit *C* || 28 aelia sentia] ascia *C* || 29 fraude *C*

16 Qui tantum in bonis, non etiam ex iur*e* Quiritium ser-
uum habet, manumittendo Latinum facit. in bonis tantum
alicuius seruus est uelut hoc modo, si ciuis Romanus a
ciue Romano seruum emerit, isqu*e* traditus ei sit neque
tamen mancipatus ei neque in iure cessus neque ab ipso
anno possessus sit: nam quamdiu horum quid fiat, is ser-
uus in bonis quidem emptoris est, e*x* iu*re* Quiritium au-
17 tem uenditoris est. Mulier, quae in tutela est, item pu-
18 pillus et pupilla manumittere non possunt. Communem
seruum unus ex dominis manumittendo partem suam *a*mit-
tit, eaque adcrescit socio, maxime si eo modo manumiserit,
quo, si proprium haberet, ciuem Romanum facturus esset.
nam si inter amicos eum manumiserit, plerisque placet eum
19 nihil egisse. Seruus, in quo alterius est ususfructus, al-
terius proprietas, *a* proprietatis domino manumissus liber
non fit, sed seruus sine domino est.

20 Post mortem heredis aut ante institutionem heredis te-
stamento libertas dari non potest, excepto testamento mili-
21 tis. Inter medias heredum institutiones libertas data utr*i*s-
que adeuntibus non ualet. solo autem priore adeunte iure
antiquo ualet: sed post legem Papiam Poppaeam, quae par-
tem non adeuntis caducam facit, si quidem primus heres
uel ius *liberorum uel ius* antiquum habeat, ualere eam posse
placuit: quod si non habeat, non ualere constat, quod loco
non adeuntis legatarii patres heredes fiunt. sunt tamen qui
22 et hoc casu ualere *eam* posse dicunt. Qui testamento liber
esse iussus est, mox quam u*el* unus ex heredibus adierit
23 hereditatem, liber fit. Iusta libertas testamento potest dari
his seruis, qui testamenti faciendi et mortis tempore e*x* iu*re*
Quiritium testatoris fuerunt.

24 Lex Fufia Caninia iubet testament*o* ex tribus seruis non
plures quam duos manumitti, et usque ad decem dimidiam
partem manumittere concedit: a dece*m* usque ad triginta
tertiam partem, ut tamen adhuc quinque manumittere liceat

1 iure] ius *C* || 4 isqui *C* || 6 anno *in litura scripsit manus altera* || 7 ex iure] et us *C* || 10 admittit *C* || 15 a] ad *C* || 19 utriusque *C* || 21 pompeiam $C^a$ || 23 liberorum uel ius *Lachmann*, *om. C: possis etiam cum Mommseno* patris uel ius *supplere* || ualere $C^b$ *(manus secunda)*, uale** $C^a$ || 26 eam] eius eam *C* || 27 quam uel *Marezoll*, quamuis *C* || 29 qui] qui et *Boecking* || ex iure] et ius *C* || 30 testa***tores *C* || 31 testamentum *C* || 33 decimo *C*: *expectes* ab undecim *et similiter infra p.* 8, 1 a XXXI *et* 3 a CI

aeque ut ex priori numero: a triginta usque ad centum quartam partem, aeque ut decem ex superiori numero liberari possint: a centum usque ad quingentos partem quintam, similiter ut ex antecedenti numero uiginti quinque possint fieri liberi. et denique praecipit, ne plures omnino
25 quam centum ex cuiusquam testamento liberi fiant. Eadem lex cauet, ut libertates seruis testamento nominatim dentur.

[II DE STATV LIBER*O* VEL STATV LIBERIS]

1 Qui sub condicione testamento liber esse iussus est,
2 statu liber appellatur. Statu liber, quamdiu pendet condi-
3 cio, seruus heredis *est*. Statu liber seu alienetur ab herede siue *usuca*piatur ab aliquo, libertatis condicionem secum
4 trahit. Sub hac condicione liber esse iussus, SI DECEM MILIA HEREDI DEDERIT, etsi ab herede abalienatus sit, emptori dando pecuniam ad libertatem perueniet: idque lex duodecim ta-
5 bularum iubet. Si per herede*m* factum sit, quo minus statu liber condicioni pareat, proinde fit liber, atque si condicio
6 expleta fuisset. Extraneo pecuniam dare iussus *e*t liber esse, si paratus sit dare, et is, cui iussus est dare, aut nol*i*t accipere aut antequam acceperit moriatur, proinde fit liber, ac si pecuniam dedisset.
7 Libertas et directo potest dari hoc modo: LIBER ESTO, LIBER SIT, LIBERVM ESSE IVBEO, et per fideicommissum, ut puta: ROGO, FIDEI COMMITTO HEREDIS MEI, VT *STICH*VM SERVVM MANV-
8 MITTAT. *Is*, qui directo liber esse iussus est, orcinus fit liber*tus*: is autem, cui per fideicommissum data est libertas,
9 non testatoris, sed manumissoris fit libertus. Cuius fidei committi potest ad rem aliquam praestandam, eiusdem etiam
10 libertas fidei committi potest. Per fideicommissum libertas dari potest tam proprio seruo testatoris quam heredis aut le-
11 gatarii uel cuiuslibet extranei seruo. Alieno seruo per fideicommiss*um* data libertate si dominus eum iusto pretio non uendat, extinguitur libertas, quoniam nec pretii computatio
12 pro libertat*e* fieri potest. Libertas sicut dari, ita et adimi

2 numerum *C* || 4 numerum *C* || 5 praecepit *C* || 8 libero] liberum *C* || 10 statu liber *ante* quamdiu *om.* *C*ª || 11 est *om.* *C* || 12 usucapiatur *Cuiacius,* suscipiatur *C* || 15 pecu∗niam *C*ª || lex *om.* *C*ª || 16 herede *C* || 18 et] ut *C* || 19 nollet *C* || 24 stichum *Miraeus,* iste cum *C* || manumittatis is *C*ᵇ *(manus altera),* manumittati∗∗: is *C*ª || 25 fit liberto *C* || 31 fideicommisso *C* || 34 libertatem fieri *C*

ta*m* testamento quam codicillis testamento confirmatis potest, ut tamen eodem modo adimatur, quo et data est.

## [III DE LATINIS]

1 Latin*i* ius Quiritium consequuntur his modis: beneficio
principali, liberis, iteratione, militia, naue, aedificio, p*i*-
*str*ino: praeterea *ex* senatus consulto †uulgo quae sit ter
2 enixa. Beneficio principali Latinus ciuitatem Romanam ac-
3 cipit, si ab imperatore ius Quiritium impetrauerit. Liberis
ius Quiritium consequitur Latinus, qui minor triginta anno-
rum manumissionis tempore fuit. nam lege Iunia cautum
est, ut si ciue*m* Romanam uel Latinam uxorem duxerit, te-
statione interposita, quod liberorum quaerendorum causa
uxorem dux*er*it, postea filio filiaue nato nataue et an*ni*culo
facto possit apud praetorem uel praesidem prouinciae causa*m*
probare et fieri ciu*is* Romanu*s* tam ipse quam filius filiaue
eius et uxor, scilicet si et ipsa Latina sit: nam si uxor ciuis
Romana sit, partus quoque ciuis Romanus est ex senatus
4 consulto, quod auctore diu*o* Hadrian*o* factum est. Iteratione
fit ciuis Romanus, qui post Latinitatem quam acceperat, ma-
ior triginta annorum iterum iuste manumissus est ab eo, cu-
ius ex iu*re* Quiritium seruus fuit. sed huic concessum est
*ex* senatus consulto etiam liberi*s* ius Quiritium consequi.
5 Militia ius Quiritium accipit Latinus, *si* inter uigiles Romae
sex annis militauerit, ex lege Visellia. praeterea ex senatus
consulto concessum est ei, ut, si triennio inter uigiles mili-
6 tauerit, ius Quiritium consequatur. Naue Latinus ciuitate*m*
Romana*m* accipit, si non minore*m* quam decem mili*um* mo-
diorum nauem fabricauerit et Roma*m* sex annis frumentum
portauerit, ex edicto diui Claudii.

---

1 tam] tatem *C* || 4 latinius quiritium *C* || 5 pristino *C* || 6 ex] et *C* || uulgo quaesit te re nexa *C*: uulgo quaesitum enixa *Lachmann*, uulgo quaesitos tres enixa *Boecking*, mulier quae sit ter enixa *Heimbach*: *alii nomen senatus consulti in* uulgo *latere putant* || 11 ciue *C* || 13 duxit *C* || anecullo *C* || 14 causa *C* || 15 ciuem romanum *C*, ciues romani *Lachmann* || 18 diui atriani *C* || 19 postquam latinitatem acceperat *scr.* || 21 ex ius *C* || 22 ex] ut ex $C^b$ *(manus altera)*, u* ex $C^a$ || liberi *C* || 23 si *om.* *C* || 24 uisillia *C* || praeterea] postea *Faber recte, cf. Gai. 1, 32*$^b$ || 26 naui *C* || ciuitate romana *C* || 27 minore *C* || milia *C* || 28 roma *C*

## [IV DE HIS QVI SVI IVRIS SVNT]

1 Sui iuris sunt familiarum suarum principes, id est pater
2 familiae itemque mater familiae. Qui matre quidem *certa*,
patre autem incerto nati sunt, spurii appellantur.

## [V DE HIS QVI IN POTESTATE SVNT]

1 In potestate sunt liberi parentum *ex* iusto matrimonio
nati.
2 Iust*um* matrimonium est, si inter eos qui nuptias con-
trahunt conubium sit, et ta*m* mascul*us* pubes quam femina
potens sit, et utrique consentiant, si sui iuris sunt, aut etiam
3 parentes eorum, si in potestate sunt. Conubium est uxoris
4 iure ducendae facultas. Conubium habent ciues Romani cum
ciuibus Romanis: cum Latinis autem et peregrinis ita, si
5 6 concessum sit. Cum seruis nullum est conubium. Inter pa-
rentes et liberos infinite cuiuscumque gradus si*nt* conubium
non est. inter cognatos autem ex transuerso gradu olim qui-
dem usque ad quartum gradum matrimonia contrahi non po-
terant: nunc autem etiam ex tertio gradu licet uxorem du-
cere, sed tantum fratris filiam, non etiam sororis filia*m* aut
amitam uel materteram, quamuis eodem gradu sint. eam,
quae nouerca uel priuigna uel nurus uel socrus nostra fuit,
7 uxorem ducere non possumus. Si quis eam quam non licet
uxorem duxerit, incestum matrimonium contrahit: ideoque
liberi in potestate eius non fiunt, sed quasi uulgo concepti
spurii sunt.
8 Conubi*o* interuenient*e* liberi semper patrem sequuntur:
non interueniente conubio matris condicion*i* accedunt, ex-
cepto e*o* qui ex peregrino et ciue Romana peregrinus nasci-
tur, quoniam lex M*inic*ia ex alterutro peregrino nat*um* dete-
9 rioris parentis condicione*m* sequi iubet. Ex ciue Romano et

3 certa *om. C* || 5 §§ 6. 7 *ex titulo* de nuptiis *excerpsit Coll., cf. praef. p.* 3 || 6 ex] et *C* || 8 iusto *C* || 9 tam a masculos *C* || 12 conubium ** habent $C^a$ || 15 infinite *om. Coll.* || sit *Coll., om. C* || 18 etiam *om. Coll.* || 19 tantum *Coll.*, tamen *C* || fratres $C^a$ || filia non *C* || filia *C*, *om. Coll.* || aut amita uel matertera *C*, nec amitam nec materteram (-ra $Coll.^w$ $Coll.^v$) *Coll.* || 20 sint *Coll.*, sit *C* || eam quae *Coll.*, eademque uxore *C* || 21 norus $C^a$, quae nurus *Coll.* || nostra *om. Coll.* || 22 uxorem *Coll., om. C* (*cf. ad u.* 20) || 24 eis *Coll.* || conconcepti $C^a$ || 25 sperei $C^a$, spurei $C^b$ || 26 conubium ** interuenientem *C* || 27 conditione *C* || 28 eo] eum *C* || 29 quoniam * (*non* odo) lex $C^a$ || minicia *Gai. 1, 78*, mensia *C* || nato deteriores parentes conditione *C*

Latina Latinus nascitur et ex libero et ancilla seruus, quoniam, cum his casibus conubia non sint, partus sequi*tur* ma-
10 trem. In his, qui iure contracto matrimoni*o* nascuntur, conceptionis temp*us spec*tatur: in his autem, qui non legitime concipiuntur, editionis. ueluti si ancilla conceperit, deinde manumissa pariat, liberum parit: nam quoniam non legitime concepit, cum editionis tempore libera sit, partus quoque liber est.

[VI DE DOTIBVS]

1 2 Dos aut datur aut dicitur aut promittitur. Dotem dicere potest mulier quae nuptura est et debitor mulieris, si iussu eius dicat: i*tem* parens mulieris uirilis sexus per uirilem sexum cognatione iunctus, uelut pater auus paternus. dare promittere dotem omnes possunt.

3 Dos au*t* profecticia dicitur, id est quam pater mulieris dedit, aut aduenticia, id est ea quae a quouis alio data est.

4 Mortua in matrimonio muliere dos a patre profecta ad patrem reuertitur, quintis in singulos liberos in infinitum relictis penes uirum. quod si pater non sit, apud maritum re-
5 manet. Aduenticia autem dos semper penes maritum remanet, praeterquam si is qui dedit, ut sibi redderetur, stipulatus fu*e*rit: quae dos specialiter recepticia dicitur.

6 Diuortio facto, si quidem sui iuris sit mulier, ipsa habet *rei uxoriae* action*em*, id est dotis repetitionem. quod si in potestate patris sit, pater adiunct*a* filiae persona habet actionem re*i* u*xoriae*: nec interest, aduenticia sit dos an
7 profecticia. Post diuortium defuncta mulier*e* heredi eius actio non aliter datur, quam si moram in dote mulieri reddenda maritus fecerit.

8 Dos si pondere numer*o* mensura contineatur, annua bima trim*a* die redditur, nisi si ut praesens reddatur conuenerit. reliquae dotes statim redduntur.

9 Retentiones ex dote fiunt *aut propter liberos* aut propter

---

2 sequi *C* || 3 matrimonium *C* || 4 tempus spectatur *Tilius*, tempore exceptatur *C* || 10 pro*mittitur *C*[a] || 12 item *Aleander*, institutus *C (permutatis notis)* || 15 aut] autem *C* || 17 *post* muliere *in C nihil erasum, sed propter membranae uitium uacuum spatium relictum est* || 22 fuit *C* || 24 rei uxoriae *Faber, om. C* || actione *C* || id est d. rep. *del. Faber* || 25 adiunctae *C* || 26 rei uxoriae *Cuiacius*, re uera *C (notis permutatis)* || 27 mulierem *C* || 30 numerum *C* || 31 trima] trima a *(sic uacuo spatio ante* a *relicto) C* || die reddetur *C* || si *om. C*[a] || 33 retenteones *C*[a] || aut propter liberos *Tilius, om. C*

mores aut propter impensas aut propter res donatas aut propter res amotas. 10 Propter liberos retentio fit, si culpa mulieris aut patris cuius in potestate est diuortium factum sit: tunc enim singulorum liberorum nomine sextae retinentur ex dote, non plures tamen quam tres. sextae in retentione
11 sunt, non in petitione. Dos, quae semel functa est, amplius fungi non potest, nisi aliu*d* matrimonium sit.

12 Morum nomine grauioru*m* quidem sext*a* retin*e*tur, leuiorum autem octaua. grauiores mores sunt adulteri*a* tan-
13 tum, leuiores omnes reliqui. Mariti mores puniuntur in ea quidem dote, quae a die reddi debet, ita *ut* propter maiores mores praesentem dotem reddat, propter minores senum mensum die. in ea autem, quae praesens reddi solet, tantum ex fructibus iubetur reddere, quantum in illa dote qua*e* *t*riennio redditur rep*raesent*atio facit.

14 *Im*pensarum species sunt tres: aut enim necessariae di-
15 cuntur aut utiles aut uoluptuosae. Necessariae sunt impensae, quibus non factis dos deterior futura est, uelut si quis
16 ruinosas aedes refecerit. Vtiles sunt, quibus non factis quidem deterior dos non fuerit, factis autem fructuosior effecta
17 est, ueluti si uineta et olirueta fecerit. Voluptuosae sunt, quibus neque omissis deterior dos fieret neque factis fruc*tuos*ior effecta est: qu*od* euenit in uiridiariis et picturis similibusque rebus.

## [VII DE IVRE DONATIONVM INTER VIRVM ET VXOREM]

1 Inter uirum et uxorem donatio non ualet nisi certis ex causis, id est mortis causa, diuortii causa, serui manumittendi gratia. hoc amplius principalibus constitutionibus concessum est mulieri in hoc donare uiro suo, ut is ab imperatore lato clauo uel equo publico similiue honore honoretur.

2 Si maritus diuortii causa res *a*mouerit, rerum quoque amotarum actione tenebitur.

3 Si maritus pro muliere se obligauerit uel in rem eius

6 dos *sqq.*] *haec uerba quid sibi uelint et quomodo cum retentione propter liberos concessa cohaereant, non intellegitur* || 7 alium *C* || 8 sexta retinetur *Cuiacius*, sexte retinentur *C* || 9 grauioris ** (*uel* *) moris *C*[a] || adulterio *C*, adulterium *Boecking* || 11 a] annua bima trima *Cuiacius* || ut *om. C* || 14 quae triennio *Hugo*, quadriennio *C* || 15 repraesentatio *Cuiacius*, repensatio *C* || 16 repensarum *C* || 22 fructior *C* || 23 quod] quae *C* || 31 maritus *C*, mulier *Mommsen* || mouerit *C*[b] *(manus secunda)*, moue*** *uel* moue**** *C*[a]

impenderit, diuortio facto eo nomine cauere sibi sol*et* stipulatione tribunicia.

4 In potestate parentum sunt etiam hi liberi, quorum causa probata est, per errorem contracto matrimonio inter disparis condic*io*nis persona*s*: nam seu ciuis Romanus Latinam aut peregrinam uel eam quae dediticiorum numer*o* est quasi *ciuem Romanam* per ignorantiam uxorem duxerit, siue ciuis Romana per errorem peregrino uel ei qui dediticiorum numer*o* est *quasi ciui Romano* aut etiam quasi Latino ex lege A*elia* Sen*t*ia nupta fuerit, causa probata ciuitas R*omana* datur tam liberis quam parentibus praeter eos qui dediticiorum numer*o* sunt, et ex eo fiunt in potestate parentum liberi.

[VIII DE ADOPTIONIBVS]

1 Non tantum naturales liberi in potestate parentum sunt,
2 sed etiam adoptiui. Adoptio fit aut per populum aut per
praetorem uel praesidem prouinciae. illa adoptio, quae per
3 populum fit, specialiter adrogatio dicitur. Per populum qui
sui iuris sunt adrogantur: per praetorem autem filii familiae
4 a parentibus dantur in adoption*em*. Adrogatio Romae d*um*-
*taxat* fit, adoptio autem etiam in prouinci*is* apud praesides.
5 Per praetorem uel praesidem prouinciae adoptari tam masculi quam feminae, et tam puberes quam impuberes possunt: per populum uero Romanum feminae non adrogant*ur*: pupilli *antea* quidem non poterant adrogari, nunc autem
6 possunt ex constitutione diui Antonini. Hi qui generare non
possunt, uelut spado, utroque modo po*ssun*t adoptare. idem
7 iuris est in persona caelibis. Item is qui filium non habet in
8 locum nepotis adoptare potest. Si pater familiae adrogandum
se dederit, liberi quoque eius quasi nepotes in potestate
8a fiunt adrogatoris. Feminae uero neutro modo possunt adoptare, quoniam nec naturales liberos in potestate habent.

---

1 solent *C* || 5 dispares condignis personarum *C* || 6 numerum *C* || 7 ciuem romanam *Boecking, om. C* || 9 numerum *C* || quasi ciui romano *Hollweg, om. C* || 10 aelia sentia] ascia *C* || romana datur *Boecking,* reddatur *C* || 12 numerum *C* || 19 adoptione *C* || dumtaxat *Lachmann,* data *C (cf. 22, 32)* || 20 prouincia *C* || 23 feminae $C^a$, feminae quidem $C^b$ *(manus secunda?)* || arrogant *C* || 24 antea *Tilius,* autem *C* || 26 modo potest *C*

[IX DE HIS QVI IN MANV SVNT]

Farreo conuenitur in manum certis uerbis et testibus X praesentibus et sollemni sacrificio facto, in quo panis quoque farreus adhibetur.

[X QVI IN POTESTATE MANCIPIOVE SVNT QVEMADMODVM EO IVRE LIBERENTVR]

1 Liberi parentum potestate liberantur emancipatione, id
est si, posteaquam mancipati fuerint, manumissi sint. sed
filius quidem ter mancipatus ter manumissus sui iuris fit: id
*enim* lex duodecim tabularum iubet his uerbis: SI PATER FI-
LIVM TER VENVM DABIT, FILIVS A PATRE LIBER ESTO. ceteri autem
liberi praeter filium tam masculi quam feminae una manci-
2 patione manumissioneque sui iuris fiunt. Morte patris filius
et filia sui iuris fiunt: morte autem aui nepotes ita demum
sui iuris fiunt, si post mortem aui in potestate patris futuri
non sunt, uelut si moriente auo pater eorum aut *i*am decessit
aut de potestate dimissus est: nam si mortis aui tempore
pater eorum in potestate eius sit, mortuo auo in patris sui
3 potestate fiunt. Si patri uel filio aqua et igni interdictum sit,
patria potestas tollitur, quia peregrinus fit is, cui aqua et
igni interdictum est: neque autem peregrinus ciuem Roma-
num neque ciuis Romanus peregrinum in potestate habere
4 potest. Si pater ab hostibus captus sit, quamuis seruus ho-
stium fiat, tamen cum reuersus fuerit, omnia pristina iura
recipit iure postliminii. sed quamdiu apud hostes est, patria
potestas in filio eius interim pendebit, et cum reuersus fuerit
ab hostibus, in potestate filium habebit: si uero ibi deces-
serit, sui iuris filius erit. filius quoque si captus fuerit ab
hostibus, similiter propter ius postliminii patria potestas in-
5 terim pendebit. In potestate parentum esse desinunt et hi,
qui flamines Diales inaugurantur et quae uirgines Vestae ca-
piuntur.

[XI DE TVTELIS]

1 Tutores constituuntur tam masculis quam feminis. sed masculis quidem impuberibus dumtaxat propter aetatis infir-

1 *pro* qui *requiritur* quae || 2 conuenitur *C*, conuenit uxor *Hugo* || 3 panes quoque farreos *C* || 9 id enim *Tilius*, idem *C* || 11 dauit *C* || 16 iam] etiam *C* || 21 neque $C^b$, ne*que $C^a$ || 31 diualis $C^a$

mitatem, feminis autem *tam* impuberibus quam puberibus,
et propter sexus infirmitatem et propter forensium rerum
ignora*n*tia*m*.
2 Tutores aut legitimi sunt aut senatus consultis constituti
aut moribus introducti.
3 Legitimi tutores sunt, *qui* ex lege aliqua descendunt:
per eminentiam autem legitimi dicuntur, qui ex lege duodecim tabularum introducuntur, seu *p*alam, quales sunt
4 agn*a*ti, seu per consequentiam, quales sunt patroni. Agn*a*ti
sunt a patre cognati uirilis sexus per uirilem sexum descendentes eiusdem familiae, ueluti patrui, fratres, filii fratris,
5 patrueles. Qui liberum caput mancipatum sibi uel a parente
uel a coempti*o*natore manumisit, per similitudinem patroni
6 tutor efficitur, qui fiduciarius tutor appellatur. Legitimi tu-
7 tores alii tutela*m* in iure cedere possunt. Is, cui tutela in
iure *c*essa est, cessic*i*us tutor appellatur. qui siue mortuus
fuerit siue capite minutus siue alii tutela*m* *in iure* cesserit,
redit ad legitimum tutorem tutela. sed et si legitimus decesserit aut capite minutus fuerit, cessicia quoque tutela ex-
8 tinguitur. Quantum ad agnatos pertinet, hodie cessic*i*a tutela non procedit, quoniam permissum erat in iure cedere
tutela*m* feminarum tantum, non etiam masculorum, feminarum autem legitimas tutelas lex Claudia sust*uli*t excepta tutela patronorum.
9 10 Legitima tutela capitis deminutione amittitur. Capitis
11 minutionis species sunt tres, maxima, media, minima. Maxima capitis deminutio est, per quam et ciuitas et libertas
amittitur: ueluti cum incensus aliquis uen*i*erit, aut quod
mulier alieno seruo se iunxerit denuntiante domino et an-
12 cilla facta fuerit ex senatus consulto Claudiano. Media capitis deminutio dicitur, per quam sola ciuitate amissa libertas retinetur: quod fit in eo cui aqua et igni interdicitur.
13 Minima capitis deminutio est, per quam et ciuitate et libertate salua status dumtaxat hominis mutatur: quod fit adoptione et in manu*m* con*ue*ntione.

1 tam *om.* *C* || 3 ignoratia *C* || 4 senatis *C*a? || 6 qui *om.* *C* || 8 palam *Vahlen*, perpalam *C* || 9 agniti *C* || agniti *C* || 11 patrui *post* fratris *collocat Charondas* || 12 patruelis *C* || 13 quoemptianatore *C* || 15 alii tutela *C* || 16 concessa *C* || cessicus *C* || 17 tutela *C* || in iure cesserit *Roeder*, processerit *C* || 20 cessia *C* || 22 tutela *C* || 23 sustinet *C* || 28 uenerit *C* || aut mulier, quod alieno s. s. i., denuntiante domino eius ancilla *Huschke* || 35 manu conditione *C*

14 Testamento quoque nominatim tutores dati confirmantur
eadem leg*e* duodecim tabularum, his uerbis: VTI LEGASSIT
SVPER PECVNI*A* TVTELAVE SVAE REI, ITA IVS ESTO: qui tutores da-
15 *tiui* appellantur. Dari testamento tutores possunt liberis qui
16 in potestate sunt. Testamento tutores dari possunt hi, cum
quibus testamenti faciendi ius est, praeter Latinum Iunia-
num: nam Latinus habet quidem testamenti faction*em*, sed
17 tamen tutor dari non potest: id enim lex Iunia prohibet. Si
capite deminutus fuerit tutor testamento datus, non amittit
tutelam: sed si abdicauerit se tutela, desinit esse tutor: ab-
dicare autem est dicere nolle se tutorem esse. in iure cedere
autem tutel*am* testamento datus non potest: nam et legitimus
in iure cedere potest, abdicare se non potest.
18 Lex Atilia iubet mulieribus pupillisue non habentibus
tutores dari a praetore et maiore parte tribunorum plebis,
quos tutores Atilianos appellamus. sed quia lex Atilia Romae
tantum locum habet, lege Iulia et Titia prospectum est, ut in
prouinci*is* quoque similiter a praesidibus earum dentur tu-
19 tores. Lex Iunia tutor*em* fieri iubet Latinae uel Latin*i* im-
puberi*s* eum, cuius etiam ante manumissionem *ex* iu*re* Qui-
20 ritium fuit. Ex lege Iulia de maritandis ordinibus tutor da-
tur a praetore urbis ei mulieri uirginiue, quam ex hac ipsa
lege nubere oportet, ad dotem dandam dicendam promitten-
damue, si legitimum tutorem pupillum habeat. sed postea
senatus censuit, ut etiam in prouinci*is* quoque similiter a
21 praesidibus earum ex eadem causa tutores dentur. Praeterea
etiam in locum muti furiosiue tutoris alterum dandum esse
22 tutorem ad dotem constituendam senatus censuit. Item ex
senatus consulto tutor datur mulieri ei, cuius tutor abest,
praeterquam si patronus sit qui abest: nam in locum patroni
absentis alter peti non potest nisi ad hereditatem adeundam
et nuptias contrahendas. idemque permisit in pupillo patroni
23 filio. Hoc amplius senatus censuit, ut, si tutor pupilli pupil-
laeue suspectus a tutela submotus fuerit, uel etiam iusta de
causa excusatus, in locum eius tutor alius *detur*.
24 Moribus tutor datur mulieri pupilloue, qui cum tutore
suo lege aut legitimo iudicio agere uult, ut auctore eo agat

2 legem *C* ‖ 3 pecuniam tutelabae *C* ‖ dauiti *C* ‖ 7 factione *C* ‖ 12 tutela *C* ‖ 18 prouincia *C* ‖ 19 tutore *C* ‖ latinis inpuberibus *C* ‖ 20 ex iure *Tilius*, qui ius *C* ‖ 22 urbano *Schilling* ‖ 25 prouintia *C* ‖ 31 aliter *C*b ‖ 35 detur *om.* *C*

(ipse enim tutor in rem suam auctor fieri non potest), qui
praetori*us* tutor dicitur, quia *a* praetore urbis dari consueuit.
25 Pupillorum pupillarumque tutores et negotia gerunt et
auctoritatem interponunt: mulierum autem tutores auctorita-
26 tem dumtaxat interponunt. Si plures sunt tutores, omnes
in omni re debent auctoritate*m* accommodare praeter eos qui
*testamento* dati sunt: nam ex his uel unius auctoritas sufficit.
27 Tutoris auctoritas necessaria est mulieribus quidem in
his rebus: si lege aut legitimo iudicio agant, si se obligent,
si ciuile negotium gerant, si libertae suae permittant in con-
tubernio alieni serui morari, si rem mancipi*i* alienent. pupil-
lis autem hoc amplius etiam in rerum nec mancipii alienatione
tutoris auctoritat*e* opus est.
28 Liberantur tutela masculi quidem pubertate. puberem
autem Cassiani quidem eum esse dicunt, qui habitu corporis
pubes apparet, id est qui generare possit: Proculeiani autem
eum, qui quattuordecim annos expleuit: uerum Priscus *e*um
puberem esse, in quem utrumque concurrit et habitus cor-
poris et numerus annorum. feminae autem tutela liberan-
tur . . . .

## [XII DE CVRATORIBVS]

1 Curatores aut legitimi sunt, id est qui ex lege duodecim
tabularum dantur, aut honorarii, id est qui a praetore con-
2 stituuntur. Lex duodecim tabularum furiosum itemque pro-
digum, cui bonis interdictum est, in curatione iubet esse
3 agnatorum. A praetore constituitur curator, quem ipse prae-
tor uoluerit, libertinis prodigis itemque ingenuis, qui ex
testamento parentis heredes facti male dissipant bona: his
enim ex lege curator dari non poterat, cum ingenuus quidem
non ab intestato, sed ex testamento heres factus si*t* patri,
libertinus autem nullo modo patri heres fieri possit, qui nec
patrem habuisse uidetur, cum seruilis cognati*o* nulla sit.
4 Praeterea dat curatorem ei etiam, qui nuper pubes factus
idonee negotia sua tueri non potest.

2 praetorianus *C*, *cf. Gai. 1, 184* || a *om. C* || urbano *Schilling* || 6 auctoritate *C* || 7 testamento *Cuiacius*, tunc *C* || 8 auctoritas * (est?) nec. *C*ᵃ || 11 mancipia *C* || 13 auctoritatem *C* || 17 uerum] neratius *Hugo* || eum] cum *C* || 18 esse] esse putat *Vahlen* || 20 *sententiam ex Gaio 1, 194 expleas, cf. infra 29, 3* || 26 agnitorum *C*ᵃ || 27 ingenuus *C*ᵃ || 30 sit] si *C* || 32 cognati *C*

[XIII DE CAEL*IB*E ORBO ET SOLITARIO PATRE]

1 Lege Iulia prohibentur uxores ducere senatores quidem liberique eorum libertinas et quae ipsae quarumue pater materue artem ludicram fecerit, item corpore quaestum fa-
2 cientem. Ceteri autem ingenui prohibentur ducere lenam et a lenone len*a*ue manumissam et in adulteri*o* deprehensa*m* et iudicio public*o* damnata*m* et quae arte*m* ludicram fecerit: adicit Mauricianus et a senat*u* damnatam.

[XIV DE POENA LEGIS IVLIAE]

Feminis lex Iulia a morte uiri anni tribuit uacationem, a diuortio sex mens*um*, lex autem Papia a morte uiri biennii, a repudio anni et sex mens*um*.

[XV DE DECIMIS]

1 Vir et uxor inter se matrimonii nomine decimam capere possunt. quod si ex alio matrimonio liberos superstites habeant, praeter decimam, quam matrimonii nomine capiunt,
2 totidem decimas pro numero liberorum accipiunt. Item communis filius filiaue post nominum diem amissus amissaue unam decimam adicit: duo autem post no*minum* die*m* amissi
3 duas decimas adiciunt. Praeter decimam etiam usumfructum tertiae partis bonorum [eius] capere possunt, et quandoque
4 liberos habuerint, eiusdem partis proprietatem. Hoc amplius mulier praeter decimam dotem *capere* potest legatam sibi.

[XVI DE SOLIDI CAPACITATE INTER VIRVM ET VXOREM]

1 Aliquando uir et uxor inter se solidum capere possunt: uelut si uterque uel alteruter eorum nondum eius aetatis s*i*nt, *a* qua lex liberos exigit, id est si uir minor annorum XXV sit aut uxor annorum XX minor: item si utrique lege Papia finitos annos in matrimonio excesserint, id est uir LX annos, uxor L: item si cognati inter se co*ie*r*i*nt usque ad sextum gradum: aut si uir absit, et donec abes*t* et intra an-

1 cele *C* || 4 item c. q. facientem *delet et* corpore q. fac. et *post* 5 ducere *supplet Mommsen, cf. Dig.* 23, 2, 43. 44 *pr.* || 6 lenaue] lenam *C* || adulterium deprehensa *C* || 7 publicum damnata *C* || arte *C* || 8 a *om.* *C*a || senatus *C* || 11 menses *C* || 12 menses *C* || 15 matimonio *C*a? || 19 nominum diem *Merillius*, nono die *C* || 23 capere *Schilling, om. C* || 27 sunt aut qua *C* || 30 cogerunt *C* || 31 absit] rei publicae causa absit *Gothofredus* || abest et] abesset *C*

1a num, postquam abess*e* desierit. Libera inter eos testamenti factio est, si ius liberorum a principe impetrauerint, aut si filium filiamue communem habeant, aut quattuordecim annorum filium uel filiam duo*de*cim amiserint, uel si duos trimos uel tres post no*mi*num diem amiserint, ut intra annum tamen et sex menses etiam unus cuiuscumque aetatis impubes amissus solidi capiendi ius praest*e*t. item si post mortem uiri intra decem menses uxor ex eo peper*er*it, solidum ex bonis eius capit.

2 Aliquando nihil inter se capiunt, id est si contra legem Iuliam Papiamque Poppaeam contraxerint matrimonium, uerbi gratia si famosa*m* quis uxorem duxerit, aut libertinam senat*or*.

3 Qui intra sexagesimum uel quae intra quinquagesimum annum neutri leg*i* paruerit, licet ipsis legibus post hanc aetate*m* liberatus esset, perpetuis tamen poenis tenebitur ex senatus consulto Perniciano: sed Claudiano senatus consulto maior sexagenario si minorem quinquagenari*a* duxerit, perinde habebitur, ac si minor sexaginta annorum duxisset
4 uxorem. Quod si maior quinquagenaria minori sexagenario nupserit, impar matrimonium appellatur, *et* senatus consulto Caluisiano iubetur non proficere ad capiendas hereditates et legata *et* dotes. itaque mortua muliere dos caduca erit.

## [XVII DE CADVCIS]

1 Quod quis sibi testamento relict*um*, ita ut iure ciuili capere possit, aliqua ex causa non ceperit, caducum appellatur, ueluti cecid*er*it ab eo: uerbi gratia si caelibi uel Latino Iuniano legatum fuerit, nec intra dies centum uel caelebs legi paru*er*it uel Latinus ius Quiritium consecutus sit: aut si ex parte heres scriptus uel legatarius ante apertas tabulas
2 decesser*i*t uel pereger factus sit. Hodie ex constitutione imperatoris Antonini omnia caduc*a* fisco uindicantur, sed ser-

1 abesset *C* || 4 duodecim *in C restituit manus recens,* duoce∗ *C*b, *om. C*a *uacuo spatio relicto* || 5 nonum *C* || 7 prestat *C* || 8 menses ∗ etiam *C*a || peperit *C* || 12 famosa *C*b, famusa *uel* famissa *C*a || senatus *C* || 14 lege *C* || post ∗ hanc *C*a || aetate *C* || 16 persiciano *Perizonius, qui auctorem fuisse putat Persicum cos. a. 34* || 17 quinquagenariam *C* || 18 habebitur *C*, haberi iubetur *Huschke* || 20 et] ex *C* || 21 caluisiano *Augustinus*, caluitiano *C* || 22 et dotes] dotes *C* || 24 relicto *C* || 26 ceciderit *Cuiacius*, cecidit *C* || 28 paruit *C* || 30 decesserint *C* || peregrinus *Cuiacius* || § 2 *post* § 3 *transponi iubet Mommsen, post titulum 18 ablegat Huschke* || 31 caducam *C*

3 uato iure antiquo liberis et parentibus. Caduca cum suo onere fiunt: ideoque libertates et legat*a* *et* fideicommissa ab eo data, ex cuius persona hereditas caduca facta est, salua sunt. scilicet et legata et fideicommissa cum suo onere fiunt caduca.

### [XVIII QVI HABEANT IVS ANTIQVVM IN CADVCIS]

Item liberis et parentibus testatoris usque ad tertium gradum lex Papia ius antiquum dedit, ut heredibus illis institutis, quod quis ex eo testamento non capit, ad hos pertineat aut totum aut ex parte, prout pertinere possit.

### [XIX DE DOMINIIS ET ADQVISITIONIBVS RERVM]

1 Omnes res aut mancipii sunt aut nec mancipii. mancipii res sunt praedia in Italico solo, *tum* rustic*a*, qualis est fundus, quam urbana, qualis domus: item iura praediorum rusticorum, uelut uia iter actus aquaeductus: item serui et quadrupedes, quae dorso colloue domantur, uelut boues muli equi asini. ceterae res nec mancipii sunt. elefanti et cameli, quamuis collo dorsoue domentur, nec mancipii sunt, quoniam bestiarum numero sunt.

2 Singularum rerum domini*um* nobis adquiritur mancipatione traditione usucapione in iure cessione *adiudicatione* lege.

3 Mancipatio propria species alienationis *est* rerum man-
cipii, eaque fit certis uerbis libripende et quinque test*ibus*
4 praesent*ibus*. Mancipatio locum habet inter ciues Romanos et
Latinos colonarios Latinosque Iunianos eosque peregrinos,
5 quibus commercium datum est. Commercium est emendi
6 uendendique inuicem ius. Res mobiles non nisi praesentes
mancipari possunt, et non plures quam quot manu capi pos-
sunt. immobiles autem etiam plures simul et quae diuersis
locis sunt mancipari possunt.

7 Traditio propria est alienatio rerum nec mancipii. harum rerum domini*um* ipsa traditione adprehendimus, scilicet si ex iusta causa traditae sunt nobis.

---

1 onore *C* || 2 legato fideic. *C* || 3 scilicet *C*, sed *Cuiacius* || 7 lex *C*b, le *C*a || 12 italico*solo *C*a || tam] aut *C* || rustico *C* || 16 ceteres res *C*a || 19 dominia *C* || 20 in iure cessione usucapione *C*, *cf.* § 8. 9 || 21 est] est et *C* || 22 testes praesentes *C* || 25 est emendi] emendi *C*a *(suppl. manus secunda)* || 26 uendundique *C*b, uendendi *C*a || 30 traditio * propria *C*a || 31 dominia *C* || traditio *C*a *(suppl. manus secunda)*

8 Vsucapione domini*um* adipiscimur tam mancipii rerum
quam nec mancipii. usucapio est autem dominii adeptio per
continuationem possessionis anni uel biennii: rerum mobi-
lium anni, immobilium biennii.
9 In iure cessio quoque communis alienatio est et manci-
pii rerum et nec mancipii: quae fit per tres personas, in
10 iure cedentis, uindicantis, addicentis. In iure cedit dominus:
11 uindicat is, cui ceditur: addicit praetor. In iure cedi res
etiam incorporales possunt, uelut ususfructus et hereditas
12 et tutela legitima libertae. Hereditas in iure ceditur uel ante-
13 quam adeatur uel posteaquam adita fuerit. Antequam adea-
tur, in iure cedi potest ab herede *legitimo*: posteaquam adita
est, tam a legitimo quam ab eo, qui testamento heres scriptus
14 est. Si antequam adeatur hereditas in iure cessa sit, proinde
heres fit, cui cessa est, ac si ipse heres legitimus esset. quod
si postea*quam* adita fuerit, in iure cessa sit, is qui cessit per-
manet heres et ob id creditoribus defuncti manet obligatus:
15 Debita uero pereunt, id est debitores defuncti liberantur, res
autem corporales, qu*asi* singulae in iure cessae *esse*nt, trans-
eunt ad eum, cui cessa est hereditas.
16 Adiudicatione dominia nanciscimur per formulam fami-
liae herciscundae, quae locum habet inter c*o*heredes, et per
formulam communi diuidundo, cui locus est inter socios, et
per formulam finium regundorum, quae est inter uicinos.
nam si iudex uni ex heredibus aut sociis aut uicinis rem ali-
quam adiudicauerit, statim illi adquiritur, siue mancipii siue
nec mancipii sit.
17 Lege nobis adquiritur uelut caducum uel ereptorium ex
lege Papia Poppaea, item legatum ex lege duodecim tabula-
rum, siue mancipii res sint siue nec mancipii.
18 Adquiritur aut*em* nobis etiam per eas personas, quas
in potestate manu mancipioue habemus. itaque si qui*d* man-
cipio puta acceperi*nt* aut traditum eis sit uel stipulati fue-
19 rint, ad nos pertinet. Item si heredes instituti sint legatumue
eis sit, et hereditatem iussu nostro adeuntes nobis adquirunt
20 et legatum ad nos pertinet. Si seruus alterius in bonis, al-
terius ex iu*re* Quiritium sit, ex omnibus causis adquirit ei,

1 dominia *C* ‖ 6 quae] eaque *Schilling* ‖ 7 cedentes uindicantes addicentes *C* ‖ 12 ab herede legitimo *Cuiacius*, legitime ab herede *C* ‖ 13 a $C^b$ *(manus secunda), om.* $C^a$ ‖ 16 posteacum *C* ‖ 19 quasi . . . essent *Schilling*, quoties . . . sunt *C* ‖ 22 inter quos heredes *C* ‖ 31 aut *C* ‖ 32 quidem *C* ‖ 33 acceperit *C* ‖ 37 ius *C* ‖ causis * adquiret *C*

21 cuius in bonis est. Is, qu*em* bona fide possidemus, siue li-
ber siue alienus seruus sit, nobis adquirit ex duabus causis
tantum, id est quod ex re nostra et quod ex oper*is* suis ad-
quirit. extra has autem causas aut s*ibi* adquirit, si liber sit,
aut domino, si alienus seruus sit. eadem sunt et in eo seruo,
in quo tantum usumfructum habemus.

[XX DE TESTAMENTIS]

1 Testamentum est mentis nostrae iusta conte*stat*io, in
2 id sollemniter factum, ut post mortem nostram ualeat. Te-
stamentorum genera fuerunt tria, unum, quod calatis co-
mitiis, alterum, quod in procinctu, tertium, quod per aes
*e*t libram appellatum est. his duobus testamentis abolitis ho-
die solum in usu est, quod per aes et libram fit, id est per
mancipationem imaginariam. in quo testamento libripens
adhibetur et familiae emptor et non minus quam quinque
3 testes, cum quibus testamenti factio est. Qui in potestate
testatoris est aut familiae emptoris, testis a*ut* libripens ad-
hiberi non potest, quoniam familiae mancipatio inter testa-
torem et familiae empt*orem* fit et ob id domestici testes ad-
4 hibendi non sunt. Filio familia*m* emente pater eius testis
5 esse non potest. Ex duobus fratribus, qui in e*ius*dem patris
potestate sunt, alter familiae emptor, alter testis esse non
potest, quoniam quod unus ex his mancipi*o* accipit adquirit
6 patri, cui filius suus testis esse non debet. Pater et filius,
qui in potestate eius est, item duo fratres, qui in eiusdem
patris potestate sunt, testes utrique, uel alter testis alter
libripens fieri possunt alio familia*m* emente, quoniam nihil
nocet ex una domo plures testes alieno negotio adhiberi.
7 Mutus surdus furiosus pupillus femina neque familiae em-
8 ptor esse neque testis libripensue fieri potest. Latinus Iuni-

20, 6 = Dig. 22, 5, 17 Inst. 2, 10, 8

1 quam *C* || 3 operibus *C* || 4 sibi] si *C* || 8 contestatio *Tilius*, contentio *C* || 12 et] it *C* || 13 et] it *C* || 14 librae pensa debetur *C* || 17 aut] ad *C* || adhibere *C*a || 19 emptio *C* || 20 familiam emente *Schulting*, familiae mente *C*, familiae familiam emente *Hugo* || 21 eodem *C* || 23 mancipium accepit *C* || 24 et filius *Dig.*, et *C*, nec non is *Inst.* || 25 item *Dig. Inst.*, institutus *C* || eiusdem *Dig. Inst.*, eius *C* || 27 familiae mente *C* || quoniam *C Dig.*, quia *Inst.*

anus et familiae emptor et testis et libripens fieri potest, quoniam cum eo testamenti factio est.

9 In testamento, quod per aes *et* libram fit, duae res aguntur, familiae mancipatio et nuncupatio testamenti. nuncupatur testamentum in hunc modum: tabulas testamenti test*ato*r tenens ita dicit: HAEC VT IN HIS TABVLIS CERISVE SCRIPTA SVNT, ITA DO, ITA LEGO, ITA TESTOR, ITAQVE VOS QVIRITES TESTIMONIVM P*ERHI*BETOTE. quae nuncupatio et testatio uocatur.

10 Filius familiae testamentum facere non potest, quoniam nihil suum habet, ut testari de eo possit. sed diuus Augustus [Marcus] constituit, ut filius familiae miles de eo peculio
11 quod in castris adquisiuit testamentum facere possit. Qui de statu suo incertus est fact*us*, quod patre peregre mortuo ignorat se sui iuris esse, testamentum facere non potest.
12 Impubes, licet sui iuris sit, facere testamentum non potest,
13 quoniam nondum plenum iudicium animi habet. Mutus surdus furiosus itemque prodigus, cui lege *bon*is interdictum est, testamentum facere non possunt: mutus, quoniam uerba nuncupationis loqui non potest: surdus, quoniam uerba familiae emptoris exaudire non potest: furiosus, quoniam mentem non habet, ut testari de *sua* re possit: prodigus, quoniam commerci*o* illi interdictum est et ob id famili*am*
14 mancipare non potest. Latinus Iunianus, item is qui dediticiorum numero est testamentum facere non potest: Latinus quidem, quoniam nominatim lege Iunia prohibitus est, is autem qui dediticiorum numer*o* est, quoniam nec quasi ciuis Romanus testari potest, cum sit peregrinus, nec quasi peregrinus, quoniam nullius certae ciuitatis *ciuis est*, ut *se-*
15 *cundum* leges ciuitatis suae testetur. Feminae post duodecimum annum aetatis testamenta facere possunt tutore auc-
16 tore, donec in tutela s*u*nt. Seruus publicus p*opuli* R*om*ani partis dimidia*e* testamenti faciendi habet ius.

3 et] it *C* || 6 testor *C* || dicit $C^b$ *(manus secunda)*, dic*** $C^a$ || 7 quaeritis *C* || 8 praebitote *C* || et] * et $C^a$ || 11 marcus *deleuit Cuiacius collatis Inst. 2, 12 pr.* || 13 factus *Boecking*, facto *C* || 17 bonis] nobis *C* || 21 sua *Hugo*, ea *C* || 22 commertium *C* || familia *C* || 26 numerum *C* || 28 ciuis est *Cuiacius*, sciens *C* || secundum *Bluhme*, aduersus *C*, *cf.* 28, 1 || 31 sint *C* || populi romani *Cuiacius*, praetoriani *C* || 32 dimidiam *C*

[XXI QVEMADMODVM HERES INSTITVI DEBEAT]

Heres institui recte potest his uerbis: TITIVS HERES ESTO, TITIVS HERES SIT, TITIVM HEREDEM ESSE IVBEO. illa autem institutio: HEREDEM INSTITVO, HEREDEM FACIO plerisque improbata est.

[XXII QVI HEREDES INSTITVI POSSVNT]

1 Heredes institui possunt, qui testamenti factione*m* cum
2 testatore habent. Dediticiorum numer*o* heres institui non potest, quia peregrinus est, cum quo testamenti factio non
3 est. *Latinus Iunianus* si quidem mortis testatoris tempore uel intra diem cretionis ciuis Romanus sit, heres esse potest: quod si Latinus manserit, lege Iunia capere hereditatem prohibetur. idem iuris est in persona caelibis prop-
4 ter legem Iulia*m*. Incerta persona heres institui non potest, uelut hoc modo: QVISQVIS PRIMV*S* AD FVNVS MEVM VENERIT, HERES
5 ESTO, quoniam certum consilium debet esse testantis. Nec municipia nec municipes heredes institui possunt, quoniam incertum corpus est, *e*t neque cernere uniuersi neque pro herede *ger*ere possunt, ut heredes fiant. senatus consulto tamen concessum est, ut a libertis suis heredes institui possint. sed fideicommissa hereditas municipibus restitui
6 potest, denique hoc senatus consulto prospectum est. Deos heredes instituere non possumus praeter eos, quos senatus consulto constitutionibus*ue* principum instituere concessum est, sicuti Iouem T*a*rpeium, Apollinem Didymaeum *Mile*ti, Martem in Gallia, Mineruam *I*liensem, Herculem Gaditanum, Dianam Ephesiam, Matrem Deorum Sipylen*en*, *Neme*sim, quae Smyrnae colitur, et Caelestem Salinensem Carthagin*i*.
7 Seruos heredes instituere possumus, nostros cum libertate, alienos sine libertate, communes cum libertate uel
8 sine libertate. Eum seruum, qui tantum in bonis noster est, nec cum libertat*e* heredem instituere possumus, quia

1 *rubricam bis scripsit C* ‖ 2 sto titius $C^b$ *(manus sec.)*, est *****tius $C^a$ ‖ 6 factione *C* ‖ 7 numerum *C* ‖ 9 latinus iunianus *Cuiacius, om. C* ‖ 13 iulia *C* ‖ 14 primum *C* ‖ 17 et] ut *C* ‖ 18 herede] herededeherede $C^a$, hiredeherede $C^b$ *(manus altera)* ‖ gerere] cernere *C* ‖ 21 denique *C*, deque *Hugo* ‖ 23 ue *Boecking, om. C* ‖ 24 terpeium *C* ‖ mileti *Mommsen*, sicuti *C* ‖ 25 iliensem *Turnebus*, miliensem *C* ‖ 26 sipylenen nemesim *Jahn*, sipilensim *C*, cybelen *Cuiacius* ‖ 27 hysmirne $C^a$ ‖ sidonensem *Lachmann*, selenen *uel* selinensem *Boecking* ‖ carthaginis *C* ‖ 30 nostris *Schulting* ‖ 31 libertatem *C*

Latinitat*em* consequitur, quod non proficit ad hereditatem
9 capiendam. Alienos seruos heredes instituere possumus eos
ta*ntum*, quorum cum domini*s* testamenti factione*m* habemus.
10 Communis seruus cum libertate recte quidem heres insti-
tuitur quasi proprius pro parte nostra: sine libertate autem
11 quasi alienus propter socii partem. Proprius seruus cum
libertate heres institutus si quidem in eadem causa per-
manserit, ex testamento liber et heres fit, id est necessa-
12 rius. Quod si ab ipso testatore uiuente manumissus uel
alienatus sit, suo arbitrio uel iussu emptoris hereditatem
adire potest. sed si sine libertate sit institutus, omnino non
13 consistit institutio. Alienus seruus heres institutus si quidem
in ea causa permanserit, iussu domini debet hereditatem
adire. quod si uiuo testatore manumissus aut alienatus a
domino fuerit, aut suo arbitrio aut iussu emptoris poterit
adire hereditatem.

14 Sui heredes instituendi sunt uel exheredandi. sui autem
heredes sunt liberi, quos in potestate habemus, tam natura-
les quam adoptiui: item uxor, quae in manu est, et nurus,
15 quae in manu est filii, quem in potestate habemus. Postumi
quoque liberi, id est qui in utero sunt, si tales sunt, ut nati
in potestate nostra futuri sint, suorum heredum numer*o* sunt.
16 Ex suis heredibus filius quidem neque heres institutus neque
17 nominati*m* exheredatus non patitur ualere testamentum. Re-
liquae uero personae liberorum, uelut filia nepos neptis, si
praeteritae sint, ualet testamentum, *sed* scriptis heredibus
adcrescunt, suis quidem heredibus in partem uirilem, ex-
18 traneis autem in partem dimidiam. Postumi quoque liberi
cuiuscumque sexus omissi, quod ualuit testamentum, agn*a*-
19 tione rumpun*t*. Eos qui in utero sunt, si nati sui heredes
nobis futuri sunt, possumus instituere heredes, si quidem
post mortem nostram nascantur, ex iure ciuili, si uero uiuen-
20 tibus nobis, ex lege Iu*n*ia. Filius qui in potestate est, si non
instituatur heres, nominatim exheredari debet: reliqui sui
heredes utriusque sexus aut nominatim aut inter ceteros.
21 Postumus filius nominatim exheredandus est: filia postuma
ceteraeque postumae feminae uel nominatim uel inter cete-

1 latinitate *C* || 3 tantum *Hugo*, tamen *C* || domini *C* || factione *C* || 5 propter partem nostram *Huschke* || 22 numerum *C* || 24 nominati quo exher. *C* || 26 sed *Cuiacius*, *om. C* || 29 agnitione rumpuntur *C* || 33 iunia *Schulting*, iulia *C*

22 ros, dummodo inter ceteros exheredatis aliquid legetur. Ne-
potes et pronepotes ceterique masculi postumi praeter filium
uel nominatim uel inter ceteros cum adiectione legati sunt
exheredandi: sed tutius est tamen nominatim eos exheredari;
et id obseruatur magis.
23 *E*mancipatos liberos, qu*amuis* i*u*re ciuili neque heredes
instituere neque exheredare necesse sit, tamen praetor iubet,
si non instituantur heredes, exheredari, masculos omnes no-
minatim, feminas uel *nominatim uel* inter ceteros: alioquin
contra tabulas bonorum possessionem eis pollicetur.
24 Inter necessarios heredes, id est seruos cum libertate
heredes scriptos, et suos *e*t necessarios, id est liberos qui in
potestate sunt, iure ciuili nihil interest: nam utrique etiam
inuiti heredes sunt. sed iure praetorio suis et necessariis
heredibus abstinere se a parentis hereditate permittitur,
necessariis autem tantum heredibus abstinendi potestas non
datur.
25 Extraneus heres, si quidem cum cretione sit heres in-
stitutus, cernendo fit heres: si ue*ro* sine cretione, pro herede
26 gerendo. Pro herede gerit qui rebus hereditariis tamquam
dominus utitur, uelut qui a*u*ctionem rerum hereditariarum
27 facit aut seruis hereditariis cibari*a* dat. Cretio est certorum
dierum spatium, quod datur instituto heredi ad deliberan-
dum, utrum exp*ed*iat ei adire hereditatem nec ne, uelut *TI*TIVS
HERES ESTO CERNITOQVE IN DIEBVS CENTVM PROXIMIS, QVIBVS SCIERIS
28 POTERISQVE: NISI ITA CREVERIS, EXHERES ESTO. Cernere est uerba
cretionis dicere ad hunc modum: *QVOD* ME *ME*VIVS HEREDEM IN-
29 STITVIT, EAM HEREDITATEM ADEO CERNOQVE. Sine cretione heres
institutus si constituerit nolle se heredem esse, statim ex-
30 cluditur ab hereditat*e* et amplius eam adire non potest. Cum
cretione uero heres institutus sicut cernendo fit heres, ita non
aliter excluditur, quam si intra diem cretionis non creuerit.
ideoque etiamsi constituerit nolle se heredem esse, tamen si
supersint dies cretionis, paenitenti*a* actus cernendo heres
fieri potest.

---

6 mancipatos *C* ‖ liberos *bis* $C^a$ ‖ quamuis iure *Schilling*, qui in re *C* ‖ 9 nominatim uel *Marezoll*, *om. C: cf. Gai. 2, 135* ‖ 12 suos sit nec. *C* ‖ 14 herede $C^a$ ‖ sunt] fiunt *Boecking*, *cf. Gai. 2, 157* ‖ 19 uero] ue *C* ‖ 21 auctionem *Cuiacius*, actionem *C* ‖ 22 cibariam *C* ‖ 24 expiat *C* ‖ citius *C* ‖ 27 quod me Meuius *duce Gaio 2, 166 restituimus*, cum id medius *C* ‖ 30 hereditatem *C* ‖ 31 uero $C^b$ *(manus altera)*, u (?) ***o $C^a$ ‖ 34 penitentiam *C*

31 Cretio au*t* uulgaris dicitur aut continua: uulgaris, in qua
adiciuntur haec uerba QVIBVS SCIERIS POTERISQVE, continua,
32 in qua non adiciuntur. Ei, qui uulgarem cretionem habet,
dies illi *t*antu*m* computantur, quibus sci*ui*t se heredem insti-
tutum esse et potuit cernere. ei uero, qui continuam habet
cretionem, etiam illi dies computantur, quibus ignorauit
se heredem institutum, aut sciuit quidem, sed non potuit
cernere.

33 Heredes aut instituti dicuntur aut substituti. *instituti*,
qui primo gradu scripti sunt, substituti, qui secundo gradu
uel sequentibus heredes scripti sunt, uel*ut* T*I*TIVS HERES ESTO
CERNITOQVE IN DIEBVS PROXIMIS CENTVM, QVIBVS SCIES POTERISQVE:
*QVODNI* ITA CREVERIS, E*X*HERES ESTO. TVNC ME*V*IVS HERES ESTO CER-
NITOQVE IN DIEBVS et reliqua. similiter et deinceps substitui
potest.

34 Si sub imperfect*a* cretion*e* heres institutus sit, id est non
adiectis his uerbis: SI NON CREVERIS, EXHERES ESTO, sed si ita:
SI NON CREVERIS, TVNC ME*V*IVS HERES ESTO, cernendo quidem su-
perior inferiorem excludit, non cernendo autem, sed pro
herede gerendo in partem admittit substitutum. sed postea
diuus Marcus constituit, ut et pro herede gerendo ex asse
fiat heres. quod si neque creuerit neque pro herede gesserit,
ipse excluditur et substitutus ex asse fit heres.

### [XXIII QVEMADMODVM TESTAMENTA RVMPVNTVR]

1 Testament*um* iure fact*um* infirmatur duobus modis, si
ruptum aut *in*ritum factum sit.

2 Rumpitur testamentum mutatione, id est si postea aliud
testamentum iure factum sit. item agnatione, id est si suus
heres agnascatur, qui neque heres institutus neque ut opor-
3 tet exheredatus sit. Agnascitur suus heres aut agnascendo
aut adoptando aut in manum conueniendo aut in locum sui
heredis succedendo, uelut nepos mortuo filio uel emancipato,
aut manumissione, id est si filius ex prima secunda*ue* manci-
patione manumissus reuersus sit in patris potestate*m*.

---

1 aut] autem *C* || 4 tantum] dumtaxat *Lachmann*, dantur *C* || scit *C* || 9 instituti *om. C* || 11 scripti * sunt *C*[a] || uel totius *C* || hered *C*[a]? || 13 quodni *om. C, ex Gaio 2, 174 suppl. Boecking* || etheres *C* || medius *C* || 16 inperfectam cretionem *C* || 18 medius *C* || 22 si *om. C*[a] || 25 testamento iure facto *C* || 26 inirritum *C* || 33 secunda *sequente uacuo spatio C*[a], secundabit *C*[b] *(manus altera), idque in* secundaue *emendauit manus saec. XVI* || 34 potestate *C*

4 *In*ritum fit testamentum, si test*at*or capite deminutus fuerit, aut si iure facto testamento nemo extiterit heres.

5 Si is qui testamentum fecit ab hostibus captus sit, testamentum eius ualet, si quidem reuersus fuerit, iure postliminii, si uero ibi decesserit, ex lege Cornelia, *quae* perinde successionem eius confirmat, atque si in ciuitate decessisset.

6 Si septem signis testium signatum sit testamentum, licet iure ciuili ruptum uel inritum factum sit, praetor scriptis heredibus iuxta tabulas bonorum possessione*m* dat, si testator et ciuis Romanus et suae potestatis cum moreretur fuit: quam bonorum possessionem cum re, id est cum effectu habe*nt*, si nemo alius iure heres sit.

7 Liberis impuberibus in potestate manentibus tam natis
quam postumis heredes substituere parentes possunt duplici
modo: id est aut eo, *quo* extraneis, ut, si heredes non exti-
terint liberi, substitutus heres fiat, aut proprio iure, *ut*, si
post mortem parentis heredes facti intra pubertate*m* deces-
8 serint, substitutus heres fiat. Etiam exhered*a*tis filiis sub-
9 stituere parentibus licet. Non aliter impuberi filio substi-
tuere quis he*re*dem potest, quam si sibi quis heredem insti-
tuerit uel ipsum filium uel quemlibet alium.

10 Milites quomodocumque fecerint testamenta, ualent, id est etiam sine legitima obseruatione. nam principalibus constitutionibus permissum est illis, quomodocumque uellent, quomodocumque possent, testari. idque testament*um*, *quod m*iles contra iur*is* regulam fecit, ita demum ualet, si uel in castris mortuus sit uel post missionem intra annum.

### [XXIV DE LEGATIS]

1 Legatum est quod legis modo, id est imperatiue, testamento relinquitur. nam ea, quae precatiuo modo relinquuntur, fideicommissa uocantur.

2 Legamus autem quattuor modis: per uindicationem, per
3 damnationem, sinendi modo, per praeceptionem. Per uindi-
cationem his uerbis legamus: DO LEGO, CAPITO, SVMITO, SI*BI*

1 inirritum *C* || testor *C* || 5 quae *Cuiacius*, neque *C* || 9 possessione *C* || 11 bonam *C* || habetur *C* || 15 quo *Tilius*, cum *C* || 16 ut *Hugo*, id est *C* || 17 pubertate *C* || 18 exhereditates *C* || 20 hedem *C* || quis] prius *Lachmann* || instituheret *C* || 22 commodocumque *C* || 25 testamentum quod miles *Tilius*, testamento cum illis *C* || 26 iure *C* || 30 precatinio *C*[a]? || 34 sibi] siue *C*

4 HABETO. Per damnationem his uerbis: HERES MEVS DAMNAS ESTO
5 DARE, DATO, FACITO, HEREDEM MEVM DARE IVBEO. Sinendi modo
ita: HERES MEVS DAMNAS ESTO SINERE L. TITIVM SVMERE ILLAM REM
6 SIBIQVE HABERE. Per praeceptionem sic: L. TITIVS ILLAM REM
PRAECIPITO.

7 Per uindicationem legari possunt res, quae utroque tem-
pore ex iu*re* Quiritium testatoris fuerunt, mortis et qu*o* testa-
mentum faciebat, praeterquam si pondere numero mensur*a*
contineantur: in his enim satis est, si uel mortis dumtaxat
8 tempore fuerint ex iu*re* Quiritium. Per damnationem omnes
res legari possunt, etiam quae non sunt testatoris, dummodo
9 tales sint, quae dari possint: Liber homo aut res populi aut
sacra aut religiosa nec per damnationem legari potest, quo-
10 niam dari non potest. Sinendi modo legari possunt res pro-
11 priae testatoris et heredis eius. Per praeceptionem legari
possunt res, quae etiam per uindicationem.

11a Si ea res, quae non fuit utroque tempore testatoris ex
iu*re* Quiritium, per uindicationem legata sit, licet iure ciuili
non ualeat legatum, tamen senatus consulto Neroniano firma-
tur, quo cautum est, ut quod minus *ap*tis uerbis legatum est,
perinde sit, ac si optimo iure legatum es*set*: optimum autem
ius legati per damnationem est.

12 Si duobus eadem res per uindicationem legata sit si*ue*
coniunctim, uelut TITIO ET SEIO HOMINEM STICH*VM* DO LEGO, *siue
disiunctim, uelut: TITIO HOMINEM STICHVM DO LEGO, SEIO EVN-
DEM HOMINEM DO LEGO*, iure ciuili concursu partes fiebant, non
*con*currente altero pars eius alteri adcrescebat: sed post le-
13 gem Papiam Poppaeam non capientis pars caduca fit. Si per
damnationem eadem res duobus legata sit, si quidem coniunc-
t*im*, singulis partes debentur et non capientis pars iure ci-
uili in hereditat*e* remanebat, nunc autem caduca fit: quod
si disiunctim, singulis solidum debetur.

14 Optione autem legati per uindicationem data legatarii
electio est, ueluti: HOMINEM OPTATO, ELEGITO. idemque est et si

7 iure] ius *C* || quo *Bluntschli*, quomodo *C* || 8 mensuram *C* || 10 fuerint] testatoris fuerint *Lachmann* || iure] ius *C* || 18 ius quir. *C* || 20 aptis *Victorius*, pactis *C* || 21 est *C* || 23 siue] si uero *C* || 24 stichum] istico *C* || siue . . . 25 lego *om. C, suppl. Hugo ante* 23 legata sit, *huic loco restituit Vahlen* || 26 iure ciuili *post* 27 eius *collocat et* fiebant *in* fiunt *mutat Huschke* || 27 currente *C* || post *C*, per *Huschke* || 29 legati $C^b$ || coniunctum *C* || 31 hereditatem *C*

tacite ———— HOMINEM ———— | HERES ———— HOMINEM DARE, heredis electio est, *quem* uelit dare.

15 Ante hered*is* institutione*m* legari non potest, quoniam

16 *uis* et potestas testamenti ab heredis institution*e* incipit. Post mortem heredis legari non potest, ne ab heredis herede legari uideatur, quod iuris ciuilis ratio non patitur. *in* mortis autem heredis tempus legari potest, uelut CVM HERES MORI*E*TVR.

17 Poenae causa legari non potest. poenae autem causa legatur quod coercendi heredis *causa* relinquitur, ut faciat qui*d* aut non faciat, non ut *ad* legatar*i*um pertineat, ut puta hoc modo: SI FILIAM TVAM IN MATRIMONIO TITIO COLLOCAVERIS, DECEM *MILIA* SEIO DATO.

18 Incertae persona*e* legari non potest, ueluti QVICVMQVE FILI*O* ME*O* FILIAM SVAM IN MATRIMONIO COLLOCAVERIT, EI *HERES MEVS* TOT MI*LIA* DATO. sub certa tamen demonstratione incertae personae legari potest, uelut EX COGNATIS MEIS, QVI NVNC SVNT, QVI PRIM*VS* AD FVNVS MEVM VENERIT, EI HERES MEVS ILLVD DATO.

19 Neque ex falsa demonstratione neque ex falsa causa legatum infirmatur. falsa demonstratio est uelut: TITIO FVNDVM, QVEM A TITIO EMI, DO LEGO, cum is fundus a Titio emptus non sit. falsa causa est uelut: TITIO, QVONIAM NEGOTIA MEA CVRAVIT, FVNDVM DO LEGO, ut negotia eius numquam Titius curasset.

20 A legatario legari non potest.

21 Legatum ab eo tantum dari potest, qui *heres institutus est*: ideoque filio familiae herede instituto uel seruo neque

1 tacite *in litura scripsit* C[b] *(manus altera): in sequentibus librarius ibi uacua spatia reliquit, ubi nos lineolas inseruimus, manus autem saec. XVI hiatus in C sic expleuit* tacite | legauerim titio hominem aut decem | heres meus dato hominem dare. *propius ad Vlpiani sententiam haec Lachmanni restitutio accedat:* et si tacite data sit optio hoc modo TITIO HOMINEM DO LEGO. si uero per damnationem, uelut HERES MEVS DAMNAS ESTO HOMINEM DARE || 2 quem *Cuiacius, uacuo spatio relicto om. C*, nisi X *in C adscripsit manus saec. XVI* || 3 herede institutione *C (emendauit manus saec. XVI)* || 4 uis *Cannegieterus, om. C* || institutionem *C (emend. manus recens)* || 6 in] et *C* || 7 morietur *Lachmann*, moriatur *C* || 9 causa *om. C* || quid *Cuiacius*, quidem *C* || 10 ad *om. C* || legatarum *C* || 11 decem milia *Tilius*, decemi (decimi C[b]) *sequente uacuo spatio C: manus recens induxit litteras* mi *et uacuum spatium uerbo* decem *expleuit* || 13 persona *C* || 14 filium meum *C* || heres meus *Schulting*, homini *C* || 15 tot milia *Tilius*, tot mi *sequente uacuo spatio C: manus saeculi XVI* tot mi *induxit et* centum *substituit* || incerta C[a] || 17 primus *Boecking*, primo *C* || 19 fundum] *requiritur certi fundi designatio, quae fortasse in uoc.* titio *latet* || 22 ut *C*, cum *Cuiacius* || 24 ab eo *C*, ei *emendauit manus recens* || heres institutus est *Huschke: in C spatium uacuum relictum est, quod manus saec. XVI uerbis* extraneus est *expleuit*

22 a patre neque a domino legari potest. Heredi a semet ipso
23 legari non potest. Ei, qui in potestate manu mancipioue est
scripti heredis, sub condicione legari potest, ut requiratur,
quo tempore dies legati cedit, in potestate heredis non sit.
24 Ei, cuius in potestate manu mancipioue est heres scriptus,
legari [non] potest.

25 Sicut singulae res legari possunt, ita uniuersarum quoque summa legari potest, ut puta *hoc* modo: HERES MEVS CVM TITIO HEREDITATEM MEAM PARTITO*R*, DIVIDITO: quo casu dimidia pars bonorum legata uidetur. potest autem et alia pars, uelut tertia uel quarta, legari. quae species partitio *appellatur*.

26 Vsusfructus legari potest iure ciuili earum rerum, qua-
rum salua substanti*a* utendi fruendi potest esse facultas: et
27 tam singularum rerum quam pluri*um*, *item* pa*r*tis. Senat*us*
consulto cautum est, ut, etiamsi earum rerum, qua*e* in abusu continentur, ut puta uini olei tritici, ususfructus legatus sit, legatario res tradantur, cautionibus interpositis de restituendis eis, cum ususfructus ad legatarium pertinere desierit.

28 Ciuitatibus omnibus, quae sub imperio p*opuli* *Rom*ani sunt, legari potest: idque a diuo Nerua introductum, postea a senatu auctore Hadriano diligentius constitutum est.

29 Legatum, quod datum est, adimi potest uel eodem testamento uel codicillis testamento confirmatis, dum tamen eodem modo adimatur, quo modo datum est.

30 Ad heredem legatarii legata non aliter transeunt, nisi si
31 iam die legatorum cedente legatarius decesserit. Legat*or*um,
quae pure uel in diem certum relicta sunt, dies cedit antiquo quidem iure ex mortis testatoris tempore, per legem autem *Papiam* Poppaeam ex apertis tabulis testamenti, eorum uero, quae sub condicione relicta sunt, cum condicio extiterit.

32 Lex Falcidia iubet non plus quam dodrantem totius pa-
trimonii legari, ut omni modo quadrans integer apud here-
33 dem remaneat. Legatorum perperam solutorum repetitio
non est.

---

1 ip*so $C^a$ || 4 legati $C^b$ *(manus altera)*, liga** $C^a$ || non] ne *scr.* 6 non *del. Cuiacius, cf. Gai.* 2, 245 || 8 hoc *Erb*, *om.* C || 9 partito C || 11 appellatur *in uacuo spatio a C relicto suppl. manus saec. XVI* || 13 substantiam C || 14 plurimum C || item *Heise*, id est C || patis C || sinato C || 15 quam C || 19 populi romani *Cuiacius*, praetoriani C || 26 legatorum] legatarium C || 29 popeam (pompeam $C^a$) papeam C || 32 legari* ut $C^a$

## [XXV DE FIDEICOMMISSIS]

1 Fideicommissum est, quod non ciuilibus uerbis, sed
precatiue relinquitur nec ex rigore iur*is* ciuilis proficiscitur,
2 sed ex uoluntate datur relinquentis. Verba fideicommissorum
in usu *f*ere haec sunt: FIDEI COMMITTO, PETO, VOLO DARI et si-
3 milia. Etiam nutu relinquere fideicommissum *usu* receptum
4 est. Fideicommiss*um* relinquere possunt, qui testamentum
facere possunt, licet non fecerint. na*m* intestato quis mori-
5 turus fideicommissum relinquere potest. Res per fideicom-
missum relinqui possunt, quae etiam per damnationem legari
6 possunt. Fideicommissa dari possunt hi*s*, qui*bus* legari po-
7 test. Latini Iuniani fideicommissum capere possunt, licet le-
8 gatum capere non possint. Fideicommissum et ante heredis
institutionem et post mortem heredis et codicilli*s* etiam non
confirmatis testamento dari potest, licet legari *ita* non possit.
9 Item Graece fideicommissum scriptum ualet, licet legatum
10 Graece scriptum non ualeat. Filio qui in potestate est ser-
uoue heredibus institutis, seu his legatum sit, patris uel do-
mini fidei committi potest, quamuis ab eo legari non possit.
11 Qui testamento heres institutus est, codicillis etiam non con-
firmatis rogari potest, *ut* hereditatem totam uel ex part*e* alii
restituat, quamuis directo heres institui ne quidem confirma-
12 tis codicillis possit. Fideicommissa non per formulam petun-
tur, ut legata, sed cognitio est Romae quidem consulum aut
praetoris, qui fideicommiss*arius* uocatur, in prouinciis uero
13 praesid*um* prouinciarum. Poenae causa uel incertae personae
ne quidem fideicommissa dari possunt.
14 Is, qui rogatus est alii restituere hereditatem, lege qui-
dem Falcidia *locum* non habente, quoniam non plus puta quam
dodrantem restituere rogatus est, ex Trebelliano senatus
consulto restituit, ut ei et in eum dentur actiones, cui resti-
tuta est hereditas: lege autem Falcidia interueniente, quo-
niam plus dodrant*e* uel etiam totam hereditatem restituere
rogatus sit, ex Pe*g*a*s*iano senatus consulto restituit, ut de-
ducta parte quarta ips*i*, qui scriptus est heres, *et* in ipsum

3 iuris] iure *C* || 5 uere *C* || 6 usu *Hugo*, in usu *C* || 7 fidei-commisso *C* || 8 nam] nam et *C* || 11 his quibus *Tilius*, hi qui *C* || 14 codicelli *C* || 15 ita legari *Huschke*, ita *om. C* || 21 ut *Vahlen*, uel ut *C* || partem *C* || 25 fideicommisso *C* || 26 praesidibus *C* || causacausa *V*ª || 29 locum *Tilius*, *om. C* || ***inter*** plus ***et*** puta ***uacuum spatium solito maius reliquit*** *C* || 33 dodrantem *C* || 34 sit *C*, est *Huschke* || pecatiano *C* || 35 ipsi ... heres et in *Hugo*, ipse ... heres in *C*

actiones conseruentur, is autem qui recipit hereditatem
15 legatarii loc*o* habeatur. Ex Pe*ga*s*iano senatus consulto restituta hereditate commoda et incommoda hereditatis communicantur inter heredem et eum, cui reliquae partes restitutae sunt, interpositis stipulationibus ad exemplum partis et pro part*e* stipulationum. partis autem et pro part*e* stipulationes proprie dicuntur, quae de lucro et damno communicando solent interponi inter heredem et legatarium partiar*i*um, id est cum quo partitus est heres.
16 Si heres damnosam hereditatem dicat, cogetur a praetore adire et restituere totam, ita ut ei et in *eum* qui recipit hereditatem actiones dentur, proinde atque si ex Trebelliano senatus consulto restituta fuisset. idque ut ita fiat, Pegasiano senatus consulto cautum.
17 Si quis in fraudem tacitam fidem accommodauerit, ut non capienti fideicommissum restituat, nec quadrantem eum deducere senatus censuit nec caducum uindicare ex eo testamento, si liberos habeat.
18 Libertas dari potest per fideicommissum.

### [XXVI DE LEGITIMIS HEREDIBVS]

1 Intestatorum ingenuorum hereditates pertinent primum ad suos heredes, id est liberos qui in potestate sunt ceterosque qui liberorum loco sunt: si sui heredes non sunt, ad consanguineos, id est fratres et sorores ex eodem patre: si nec hi sunt, ad reliquos agnatos proximos, id est cognatos uirilis sexus per mares descendentes eiusdem familiae. id enim cautum est lege duodecim tabularum hac: SI INTESTATO MORITVR, CVI SVVS HERES NEC ES*CIT*, AGNATVS PROXIMVS FAMILIAM
1a HABETO. *Si *a*gnatus defuncti non sit, *ea*dem lex duodecim *tabularum gentiles ad hereditatem uoc*at* his uerbis: SI *A*GNA-

26, 1. 1a = *Coll.* 16, 4.

2 locum *C* ‖ pecatiano *C* ‖ 6 parte] partes *C* ‖ parte] partes *C* ‖ 8 partiarum *C* ‖ 11 eum] eo *C* ‖ 13 pegatiano *C* ‖ 17 liberos *C*[b] (*manus altera*), ******* *C*[a] ‖ 19 hereditatibus *Coll.* ‖ 20 ingenuorum *C*, gentiliciorum *Coll.* ‖ pertinet *C* ‖ 22 qui *Coll.*[p], qui in *C Coll.*[w] ‖ non sunt *C*, non sint *Coll.* ‖ 24 proximos id est cogn. *om. Coll.* ‖ 25 id] his *Coll.*[p] ‖ 26 intestatus *Coll.* ‖ 27 cui suus] cuius *Coll.* ‖ escit *Cuiacius*, est *Coll.*, *uacuo spatio relicto om. C* ‖ familiae *C*, familiu *Coll.*[p] ‖ 28 habeatur *Coll.* ‖ § 1a *om. C, suppleuimus ex Coll.* ‖ eamdem *Coll.*[p], eandem *Coll.*[w] ‖ 29 uocant *Coll.*[p], uocantur *Coll.*[w] ‖ si gnatus *Coll.*[p], sic natus *Coll.*[w]

*TVS NE*C E*SCIT, GENTILES FAMILIAM H*ABENTO*. *nu*nc nec gentilicia *iura in usu sunt.*

2 Si defunct*i* sit filius, *et* ex altero filio mortuo iam nepos unus uel etiam plures, ad omnes hereditas pertinet, non ut in capita diuidatur, sed in stirpe*s*, id est ut filius solus mediam partem habeat et nepotes quotquot sunt alteram dimidiam: aequum est enim nepotes in patris sui loc*um* succedere et eam partem habe*re*, quam pater eorum, si uiueret, habiturus esset.

3 Quamdiu suus heres speratur heres fieri posse, tamdiu locus agnatis non est: uelut si uxor defuncti praegnans sit aut filius apud hostes sit.

4 Agnatorum hereditates diuiduntur in capita: uelut si sit frat*ris* filius et alterius fratris duo pluresu*e* liberi, quotquot sunt ab utraque parte personae, tot fiunt portiones, ut singuli singulas capiant.

5 Si plures eodem gradu s*i*nt agnati, et quidam eorum hereditatem ad se pertinere noluerint, uel antequam adierint decesserint, eorum pars adcrescit his qui adier*u*nt. quod si nemo eorum adierit, ad insequentem gradum ex lege hereditas non transmittitur, quoniam in legitimis hereditatibus successio non est.

6 Ad feminas ultra consanguineorum gradu*m* legitima hereditas non pertinet: itaque soror fratri sororiu*e* legitima heres fit.

7 Ad liberos matr*is* intestatae hereditas ex lege duodecim tabularum non pertinebat, quia feminae suos heredes non habent: sed postea imperator*um* Antonin*i* et Commodi oratione in senatu recitata id actum est, ut sine in manu*m* conuentione matrum legitimae hereditates ad filios pertineant,

8 exclusis consanguineis et reliquis agnatis. Intestati filii hereditas ad matrem ex lege duodecim tabularum non pertinet: sed si ius liberorum habeat, ingenua trium, libertina quattuor, legitima heres fit ex senatus consulto Tertulliano, si tamen ei filio neque suus heres sit quiue inter suos heredes ad bonorum possessione*m* a praetore uocatur, neque pater,

1 nec escit *Cuiacius*, nescit *codices* || habento nunc *Oiselius*, heres hanc *codices* || 3 defuncti *Cuiacius*, defunctus *C* || et *om. C* || 5 stirpe *C* || 7 loco *C* || 8 habete *C* || 10 here fieri *C*[a] || 13 sit frater *C* || 14 pluresuel *C* || 17 sunt *C* || 19 adierint *C* || 23 gradu *C* || 24 sororiuel *C* || 26 matre *C* || 28 imp. antoninus *C* || 29 manu *C* || 36 possessione *C*

ad quem leg*e* hereditas bonorumue possessio cum re pertinet, neque frater consanguineus: quod si soror consanguinea sit, ad utrasque pertinere iubetur hereditas.

[XXVII DE LIBERTORVM SVCCESSIONIBVS VEL BONIS]

1 Libertorum intestatorum hereditas primum ad suos heredes pertinet, deinde ad eos, quorum liberti sunt, uelut
2 patronum patronam liberosue patroni. Si sit patronus et alterius patroni filius, ad solum patr*on*um hereditas pertinet.
3 4 Item patroni filius patroni nepotibus obstat. Ad liberos patronorum hereditas defuncti pertinet *ita*, ut in capita, non in stirpe*s* diuidatur.

5 Legitimae hereditatis ius, quod ex lege duodecim tabularum descendit, capitis minutione amittitur.

[XXVIII DE POSSESSIONIBVS DANDIS]

1 Bonorum possessio datur aut contra tabulas testamenti aut *secundum* tabulas *aut* intestati.

2 Contra tabulas bonorum possessio datur liberis emancipatis testamento praeteritis, licet legitim*a* non ad eos per-
3 tineat hereditas. Bonorum possessio contra tabulas liberis tam naturalibus quam adoptiuis datur: sed naturalibus quidem emancipatis, non tamen et illis qui in adoptiua familia sunt, adoptiuis autem his tantum qui in potestate manse-
4 runt. Emancipatis liberis ex edicto datur bonorum possessio, si parati sunt cauere *fr*atribus suis, qui in potestate manserunt, bona quae moriente patre habuerunt se collaturos.

5 Secundum tabulas bonorum possessio datur scriptis heredibus, scilicet si eorum, quibus contra tabulas competit,
6 nemo sit, aut petere nol*i*nt. Etiam si iure ciuili non ualeat testament*um*, forte quod familiae mancipatio uel nuncupatio defuit, si signatum testamentum sit non minus quam septem testium ciuium Romanorum signis, bonorum possessio datur.

7 Intest*ati* datur bonorum possessio per septem gradus: primo gradu liberis: secund*o* legitimis heredibus: tertio proximis cognatis: quarto familiae patroni: *quinto* patrono patro-

1 legem *C* || 8 patrum *C* || 10 ita ut] aut *C* || 11 stirpe *C* || 16 secundum] aduersus *C, cf. u.* 26 *et p.* 23, 28 || aut *om. C* || 18 legitimo *C*, legitimo iure *Lachmann* || 24 patribus *C* || 28 nollent *C* || 29 testamento *C* || 30 defuisse *C*ᵃ? || 32 intesti *C* || 33 secundum *C* || 34 quinto *Cuiacius*, *om. C*

nae, item liber*is* *parentibus*ue patroni patronaeue: sexto uiro uxori: septimo cognatis manumissoris, quibus per legem Furiam plus mille asses capere licet: et si nemo sit, ad quem bonorum possessio pertinere possit, aut sit quidem, sed ius suum omiserit, populo bona deferuntur ex lege Iulia cadu-
8 caria. Liberis bonorum possessio datur tam his, qui in potestate usque in mortis tempus fuerunt, quam emancipatis:
9 item adoptiuis, non tamen etiam in adoption*em* datis. Proximi cognati bonorum possession*em* accipiunt non solum per feminini sexus personam cognati, sed etiam agnati capite deminut*i*: nam licet legitimum ius agnationis capitis minutione amiserint, natura tamen cognati manent.

10 Bonorum possessio datur parentibus et liberis intra annum, ex quo petere potuerunt, ceteris intra centum dies.
11 Qui omnes intra id tempus si non petierint bonorum possessionem, sequens gradus admittitur, perinde atque si superiores non essent: idque per septem gradus fit.

12 Hi, quibus ex successorio edicto bonorum possessio datur, heredes quidem non sunt, sed heredis loco constituuntur beneficio praetoris. ideoque seu ipsi agant seu cum his agatur, ficticiis actionibus opus est, in quibus heredes esse finguntur.

13 Bonorum possessio aut *cum* r*e* datur aut sine re: cum re, *cum* is qui accepit cum effectu bona retineat: sine re, cum alius iure ciuili euincere hereditatem possit: ueluti si suus heres in testa*mento praeteritus sit, licet scriptis heredibus secundum tabulas bonorum possessio deferatur, erit tamen ea* bonorum possessio sine re, quoniam suus heres euincere hereditatem iure legitimo po*test*.

### [XXIX DE BONIS LIBERTORVM]

1 Ciuis Romani liberti hereditatem lex duodecim tabularum patrono defert, si intestato sine suo herede libertus decesserit: ideoque siue testamento facto decedat, licet suus heres ei non sit, seu intestato, et suus heres ei sit, quam*quam* non naturalis, sed uxor puta quae in manu fuit uel adoptiuus filius, lex patrono nihil praestat. sed ex edicto praetoris, seu test*ato* libertus moriatur, ut aut nihil aut mi-

1 liberis parentibusue *Cuiacius,* liberosue *C* || 8 adoptione *C* || 9 possessione *C* || 10 diminutia *C* || 22 aut cum re datur] autem reddatur *C* || 23 cum *Hugo, om. C* || 25 in testamento . . . 26 ea *ad sensum scripsi,* intestati *C* || 28 possit *C* || 33 quamquam *Vahlen,* quam *C* || 36 testato *Cuiacius,* testamento *C*

nus quam partem dimidiam bonorum patrono relinquat, contra tabulas testamenti partis dimidia*e* bonorum possessio illi datur, nisi libertus aliquem ex naturalibus liberis successorem sibi relinquat, siue intestato decedat et uxorem forte in man*u* uel adoptiuum filium relinquat, aeque partis mediae bonorum possessio contra suos heredes patrono datur.

2 In bonis libertae patrono nihil iuris ex edicto datur: itaque seu . . . . . . . . *seu* intestata moriatur liberta, semper ad eum hereditas pertinet, licet liberi sint libertae, quo-
3 niam non sunt sui heredes matri, *ut* obst*en*t patrono. Lex Papia Poppae*a* postea libertas quattuor liberorum iure tutela patronorum liberauit: et cum intulerit iam posse ea*s* sine auctoritate patronorum testari, prospexit, ut pro numero liberorum libertae su*per*stitum uirilis pars patrono debeatur.
4 Liberi patroni uirilis sexus eadem iura in bonis libertorum
5 parentum suorum habent, quae et ipse patronus. Feminae uero ex lege quidem duodecim tabularum perinde ius habent, atque masculi patronorum liberi. contra tabulas autem testament*i* liberti aut ab intestato contra suos heredes non naturales bonorum possessio eis non competit: sed si ius trium liberorum habuerunt, etiam ha*e*c iura ex lege Papia Pop-
6 paea nanciscuntur. Pat*r*onae *in* bonis libertorum illud ius tantum habe*b*ant, quod lex duodecim tabularum introduxit: sed postea lex Papia *ingenuae* patronae duobus liberis honoratae, libertinae tribus, id iuris dedit, quod patronus habet
7 ex edict*o*. Item ingenu*ae* trium liberorum iure honoratae eadem lex id ius dedit, quod ipsi patrono tribuit.

2 dimidiam *C* || 5 manum *C* || 8 *lacunam in C non indicatam obseruauit Lachmann: desiderantur fere talia:* seu testari uoluerit liberta, in patroni potestate erat, ne testamento auctor fieret, in quo ipse heres institutus non esset, seu || 10 ut obstent *Lachmann*, obstit *C* || 11 popeam *C* || 12 ea *C* || 14 subprestitum *C* || 17 perinde *C*, idem *Huschke* || 19 testamento *C* || 21 hac *C* || 22 paternae *C* || in] ex *C* || 23 habeant *C* || 24 ingenuae *Cuiacius, om. C* || 26 edictum *C* || ingenui *C* || 27 patroni *C*[a]

[*DE INIVRIIS*]

1 *Iniuria si quidem atrox (id est grauis) *non* est, non
*sine iudicis arbitrio aestimatur. atrocem autem aestimare
*solere praetorem: idque colligi ex facto, ut puta si uerbe-
*ratus uel uulneratus quis fuerit.*

1 *Actionum genera sunt duo, in rem, quae dicitur uin-
2 *dicatio, et in personam, quae condictio appellatur. In rem
*actio est, per quam rem nostram, quae ab alio possidetur,
3 *petimus: et semper aduersus eum est qui rem possidet. In
*personam actio est, qua cum eo agimus, qui obligatus est
*nobis ad faciendum aliquid uel dandum: et semper aduer-
4 *sus eundem locum habet. Actionum autem quaedam ex
5 *contractu, quaedam ex facto, quaedam in factum sunt. Ex
*contractu actio est, quotiens quis sui lucri causa cum aliquo
*contrahit, ueluti emendo uendendo locando conducendo et
6 *ceteris similibus. Ex facto actio est, quotiens ex eo teneri
*quis incipit, quod ipse admisit, ueluti furtum uel iniuriam
7 *commisit uel damnum dedit. In factum actio dicitur, qua-
*lis est exempli gratia actio, quae datur patrono aduersus
*libertum, a quo contra edictum praetoris in ius uocatus est.
8 *Omnes autem actiones aut ciuiles dicuntur aut honorariae.*

1—5 *ex Coll. 2, 2 suppleuimus* || 2 grauis non est *scripsi secutus Huschkium* (gr. non sit), grauis est *Coll.*[w] *Coll.*[v], graui rerum *Coll.*[p] || 4 collegi *Coll.*[p], colligit *Coll.*[v], collegit *Coll.*[w] || 6—21 *ex Dig. 44, 7, 25 suppleuimus*

# IVLII PAVLI

## LIBRI QVINQVE SENTENTIARVM

## AD FILIVM

# PRAEFATIO EDITORIS

Pauli sententiarum hodie non supersunt nisi fragmenta e diuersis collectionibus petenda. atque fundamentum quidem restitutionis est ea Epitome, quae Legis Romanae Wisigothorum partem efficit. haec Epitome in quibusdam Legis Romanae codicibus nonnullis sententiis ex integro Pauli opere depromptis aucta est. accedunt complura capita in Iustiniani Digesta et in Collationem recepta, pauciora in Consultatione et in Vaticanis fragmentis et in Appendicibus Legis Romanae Wisigothorum extant, nonnullae denique sententiae in Lege Romana Burgundionum citantur.

Hos iuris libros qui compilauerunt Paulum uario modo tractauerunt. Collationis enim et Consultationis et Vaticanorum fragmentorum et Appendicum auctoribus Pauli uerba mutare in animo non fuit: Collationis tamen auctorem, ubi plures sententias uno capite complecteretur, non ubique pristinum earum ordinem seruasse ex huius editionis titulis 5, 18 (= Coll. 11, 3. 2. 4. 5) et 5, 20 (= Coll. 12, 4. 2. 3) apparet. contra in Digestis Pauli sententias non minus quam reliquos libros ueterum iure consultorum ab Iustinianis interpolatos esse consentaneum est. quod denique ad Legem Romanam Wisig. attinet, quamquam huius compilatoribus a rege Alarico interpolandi facultas data non est, nihilo magis tamen eorum in tradendis sententiis fides dubitatione exempta est. qui praeterquam quod ad 1, 21, 10 ordinem sententiarum mutauerunt, a contextu earum manus non plane abstinuerunt, sed mutilando saltem eos aliquot sententias interdum pessum dedisse ad 1, 1, 2. 1, 4, 3. 1, 21, 1. 14 palam est.[1]) quamobrem dubium est, utrum 1, 9, 2. 3, 6, 15, quae

[1]) Eandem fortasse ob causam in 1, 2, 1 uerbum finitum desideratur. contra librariorum potius socordia mutilatae uel corruptae sunt u. g. 2, 9, 1 extr. 2, 15, 1.

sententiae aliis uerbis apud Wisigothos, aliis in Digestis leguntur, a Wisigothis mutilatae an ab Iustinianis amplificatae sint: item e contrario dubium est, 4, 9, 3. 4 utrum ab Iustinianis in breue contractae an a Wisigothis uel ab antiquiore aliquo interprete, quem isti Paulo errore suo substituerint, dilatatae sint. quin etiam interpolationis labem Paulus Wisigothorum in 1, 19, 1 eo contraxit, quod actio de modo agri eis actionibus adnumerata est, quae infitiando in duplum crescunt: nisi forte hic error dudum ante Legem Romanam Wisig. conceptam natus et in hanc legem ex eo exemplo propagatus esse uidebitur, quod Wisigothi excerpserunt. hoc utique modo explicandum esse puto, quod cum alia et minora glossemata (u. g. 2, 17, 7), tum semel 2, 31, 12 spuria sententia in Legem Romanam inrepserunt.

Incertior quam sententiarum contextus fides rubricarum est, quae et in Lege Romana Wisigothorum extant et apud reliquos sententiarum auctores Digestis et Vaticanis fragmentis exceptis occurrunt [1]. nec tamen uerendum est, ne librorum in titulos diuisio non ab ipso Paulo profecta sit: immo tale opus, in quo secundum edicti perpetui ordinem iuris partes uulgo re ipsa inter se non conexae continuantur, non apte sine conspicuis argumentorum indicibus edi poterat et dudum tam in edicto ipso quam in edicti commentariis rubricae usu uenerant. atenim sunt rubricae, quae apud alios auctores aliter traduntur, u. g. 1, 1. 1, 10. 1, 15. 4, 8. 4, 9. 5, 15. 5, 22. [2]: aliae ad singulas binasue sententias confictae sunt, quibus Paulum proprios titulos non praefixisse inde colligitur, quod sequuntur sententiae nullo titulo ab illis separatae, quae non ad rubricam illis praefixam, sed una cum illis ad proxime antecedentem rubricam quadrant, u. g. 2, 17, 4. 3, 4A, 6. 8. 3, 6, 17. 5, 6, 3. 5, 12, 5. 5, 16. aliae eo offendunt, quod ea materia, cui propria rubrica adsignata est, iam ampliore rubrica quae antecessit comprehensa est, u. g. 1, 2. 3. 2, 4. 5. 2, 6. 8: aliae denique per se improbabiles sunt, uelut 1, 13A (cf. 1, 13B) 2, 13, 6. 4, 4. atque ut in his interpolationes supplementaque posterioris aetatis agnoscuntur, ita alibi genuinas rubricas intercidisse apparet, ueluti

[1]) Consultatio in c. 3 solo omissa rubrica non citat nisi librum sententiarum.

[2]) Lex Rom. Wisig. cum reliquis auctoribus consentit in rubricis 1, 5. 1, 16. 1, 18. 2, 26.

ante 1, 7, 4. 2, 1, 5. 2, 5, 3. 2, 13, 1. 3, 5, 12ª. 3, 5, 14. 5, 22, 2: praeterea Wisigothorum culpa effectum est, ut rubricae 2, 30 et 5, 10, quae genuinae esse uidentur, in Lege Romana sententiis alieno prorsus argumento insignibus praemitterentur. quae cum ita sint neque pristina Pauli diuisio certo restitui possit, propter allegandi utilitatem eam librorum in titulos diuisionem, quae hucusque per editiones propagata est, retinuimus: rubricarum quae interciderunt sedem uacuo spatio indicauimus neque earum, quas editores proprio Marte restituerant, nisi numerum seruauimus.

Quod ad fundamentum criticum attinet, quo haec editio nititur: Legis quidem Romanae Wisigothorum cum editio apparatu critico instructa non extet, ad hunc defectum remouendum ne illa quidem supellex critica sufficit, quam Haenel ad Arndtsii editionem congessit[1], in qua tot errores commissi et tot lectiones ab Arndtsii textu uariantes omissae sunt, ut de fide eius supellectilis parum constet. itaque ad hanc editionis partem nouum fundamentum iaciendum erat. et postquam Codicis Theodosiani Epitoma Wisigothica edoctus sum Legis Romanae codices in duas classes discedere, in quarum altera codex Monacensis D 2 (nobis *M*) saeculi fere VII et aetate et integritate primum locum obtinet, in altera Parisiensis 4403 (nobis *L*) saeculi VIII uel IX, ad hos duos codices a me excussos[2]) Pauli Wisigothici contextum fere restitui: apparet enim reliquos codices (nobis *dett.*), ubi ab illis libris primariis discrepent, rarissime uerum Wisigothorum textum seruasse et uix ullam esse lectionem in his seruatam, quae non ex mendosa illorum lectione facili coniectura restitui potuerit. in adnotatione critica plenam codicum *M* et *L* discrepantiam non exhibui, quippe quae non in Pauli sed in Legis Romanae editione desideretur: adscripsi tamen uarias lectiones ad omnes eos locos, in quibus ab utriusque codicis traditione recessi et singulares alteriusutrius codicis lectiones eas, quae ueri aliqua specie niti uiderentur.

Earum autem sententiarum, quae Epitomae ex integro

---

1) Varietas scripturae ex Paulli a Visigothis epitomati codicibus: collegit Gustavus Haenel. Bonnae 1834 (cf. Corpus iuris Romani Anteiustiniani Bonnense I p. 163 sqq.).

2) Codicem Parisiensem 4403 iam olim Henricus Degenkolb, qui tum Pauli editionem parabat, contulerat eamque collationem edendi consilio deposito ultro mihi obtulit: qua in codice denuo tractando optime adiutus sum.

Pauli libro in quibusdam codicibus interspersae sunt, plenum apparatum, quoad eum nancisci potui, congessi. quorum codicum princeps ille est, quem Cuiacio post annum 1579 ciuitas Vesontina dedit[1]: in hoc enim integri tituli 1, 6 A. 1, 21. 2, 21 A. 2, 26. 2, 31 restituti extabant et praeterea sententia 5, 33, 8 suppleta erat. cuius codicis lectiones, cum ipse codex periisse uideatur, ex Cuiacii Obseruationibus 21 c. 11—13. 15—19. 21. 22, quae anno 1585 prodierunt, uel potius, quoniam hunc librum ipsum nancisci non potui, ex editione Cuiaciana a. 1586 enotaui. in reliquis Epitomae supplementis edendis ancipitem editorum fidem abicere licuit, cum hodie aut iidem codices, e quibus illi hauserunt, aut simillimi eademque auctoritate praediti supersint. horum autem sicubi plures idem supplementum praestant, non pluribus quam qui ad traditam lectionem eruendam sufficerent usus sum. quid autem singuli codices[2] ad haec supplementa contulerint, hoc loco quasi per indicem enumerabo.

Extant igitur:

titulus 2, 26 integer in Vaticano reg. 1050[3].

1, 1, 1. 3. 5. 1, 12, 5. 1, 13 B, 3. 3, 4 A, 6 in *L* et in Aurelianensi 207 (nobis *A*), in hoc praeterea etiam 5, 4, 15. 5, 33, 8.

1, 1, 1. 1, 12, 5. 1, 13 B, 3. 4, 6, 2ª in Eporediensi 35 (nobis *E*) et in Rosambino, in illo etiam 5, 33, 8.

1, 7, 4. 5, 4, 15. 21 in Parisiensi 4409 et in Vaticano reg. 1048 et in Bernensi 263.

5, 4, 15 in Parisiensi S. Germani 366.

5, 4, 21 in Parisiensi 4410.

1, 12, 5 in Parisiensi 4412.

3, 4 A, 6 in Parisiensi 4408.

Dubium supplementum praestat Paris. 4405 inter 1, 13 B, 3 et 4 (p. 56, 14). praeterea ex Vaticano reg. 1128 ad 1, 21, 1 uocabulum *ruinae* additum recuperari potest. reliqua omnia, quae ab editoribus ex additamentis unius alteriusue codicis Legis Romanae uel ex Epitoma Aegidiana suppleta esse in huius editionis notis commemorabo, Pauli non sunt, sed ex glos-

---

1) Cf. Baudi di Vesme ad Cod. Theod. 4, 11, Haenel in praefatione ad Legem Rom. Wis scripta p. XVII. LXXXIX.

2) Codices omnes saeculi IX uel X sunt: descripti sunt in Haenelii praefatione Legis Romanae editioni ab ipso curatae praemissa.

3) Cf. Degenkolb in Commentationibus philologis in honorem Th. Mommseni conscriptis 1877 p. 646 sqq.

sematis interpretamentisue posterioribus enata sunt. ex codicibus supra laudatis ipse contuli *L E* Parisiensem 4409 Vatic. reg. 1050: Bernensis collationem liberalitati Hermanni Hagen debeo, reliquorum lectiones ex Haenelii apparatu repetiui.

Ad eas denique sententias, quas solae Appendices Legi Romanae Wisigothorum in nonnullis codicibus adnexae ex integro opere excerptas habent, cum has Appendices seorsum editurus sim, delectum uariarum lectionum dedi: eodemque modo reliquos sententiarum auctores adhibui. paucis locis ad ueram lectionem restituendam ueterem sententiarum interpretationem, quae Legis Romanae Wisig. partem facit, in subsidium uocaui.

Atque ut appareat, unde singulae sententiae restitutae sint, in adnotatione superiore, si qui praeter Legem Rom. Wisig. sententiarum auctores extant, eos laudabo, in contextu autem Pauli uerborum omnia, quae in Lege Rom. Wisig. omissa sunt, stellulis circumsaepiam.

Restat ut de titulo operis pauca praemoneamus. in Digestis Collatione Appendicibus Lege Romana Burgundionum citantur *Pauli sententiarum lib. I* etc., quocum Consultationi quoque conuenit, nisi quod haec semel (6, 6) *sententiarum receptarum* titulum laudat. in plerisque Legis Rom. Wis. codicibus libro I praemittitur hic titulus *Pauli sententiarum:* at in codice *E* et in Rosambino legitur *iuli pauli sententiarum ad filium*, quocum consentiunt inscriptio libri III in *L* aliorumque codicum inscriptiones, quas Haenel in editione Legis Rom. Wis. p. 338 citat. hic titulus quin genuinus sit, dubitari uix potest. contra uocabulum *receptarum*, quod et ipsum teste Haenelio in nonnullis Legis Romanae codicibus redit, genuinum non esse fere omnes uiri docti hodie consentiunt et mihi quoque persuasum est.

---

*M* = Monacensis D 2
*L* = Parisiensis 4403
*A* = Aurelianensis 207
*E* = Eporediensis 35

# IVLII PAVLI

## SENTENTIARVM AD FILIVM

### LIBER PRIMVS

[I A]

1 *Consiliario eo tempore quo adsidet negotia tractare in
*suum quidem auditorium nullo modo concessum est, in alie-
2 *num autem non prohibetur. Filii libertorum libertorumque
*liberti paterni et patroni manumissoris domicilium aut ori-
3 *ginem sequuntur. Vidua mulier amissi mariti domicilium
*retinet exemplo clarissimae personae per maritum factae:
*sed utrumque aliis interuenientibus nuptiis permutatur.
4 *Municipes sunt liberti et in eo loco, ubi ipsi domicilium
*sua uoluntate tulerunt, nec aliquod ex hoc origini patroni
*faciunt praeiudicium et utrubique *m*uneribus adstringuntur.
5 *Relegatus in eo loco, in quem relegatus est, interim neces-
6 *sarium domicilium habet. Senator ordine motus ad origi-
*nalem patriam, nisi hoc specialiter impetrauerit, non resti-
7 *tuitur. Senatores et eorum filii filiaeque quoquo tempore
*nati nataeue, itemque nepotes pronepotes et proneptes ex
*filio origini eximuntur, licet municipalem retineant digni-
8 *tatem. Senatores, qui liberum commeatum, id est ubi ue-
*lint morandi arbitrium impetrauerunt, domicilium in urbe

1 A, 1 = *Dig.* 1, 22, 5 || 1 A, 2—9 = *Dig.* 50, 1, 22

1 *de titulo operis cf. p.* 45 || 5 consiliario *Brencmann*, consiliari *F* || 7 libertorumque *Savigny*, libertarumque *F* || 13 contulerunt *van de Water*, *cf. Dig.* 50, 16, 239, 2 || 14 et *F*, sed *scr.* || puneribus *F* 16 § 6. 7 *transposuit Mommsen* || 19 item nepotes et neptes ex filio *Mommsen*

9 *retinent. Qui fenus exercent, omnibus patrimonii intri-
*butionibus fungi debent, etsi possessionem non habeant.
10 *Honores et munera non ordinatione, sed potioribus quibus-
11 *que iniungenda sunt. Surdus et mutus si in totum non
*audiant aut non loquantur, ab honoribus ciuilibus, non etiam
12 *a muneribus excusantur. Is, qui non sit decurio, duumui-
*ratu uel aliis honoribus fungi non potest, quia decurionum
13 *honoribus plebeii fungi prohibentur. Ad decurionatum filii
*ita demum pater non consentit, si contrariam uoluntatem uel
*apud acta praesidis uel apud ipsum ordinem uel quo alio
14 *modo contestatus sit. Aestimationem honoris aut muneris in
*pecunia pro administratione offerentes audiendi non sunt.
15 *Qui pro honore pecuniam promisit, si soluere eam coepit,
16 *totam praestare operis inchoati exemplo cogendus est. Inui-
*tus filius pro patre rem publicam saluam fore cauere non
17 *cogitur. Defensionem rei publicae amplius quam semel su-
18 *scipere nemo cogitur, nisi id fieri necessitas postulet. Ab
*his oneribus, quae possessionibus uel patrimonio indicun-
19 *tur, nulla priuilegia praestant uacationem. Corpus mensu-
*rarum frumenti iuxta annonam urbis habet uacationem: in
20 *prouinciis non item. Angariorum praestatio et recipiendi
*hospitis necessitas et militi et liberalium artium professori-
21 *bus inter cetera remissa sunt. Auctis post appellationem
*medio tempore facultatibus paupertatis obtentu non excu-
22 *santur. Defensores rei publicae ab honoribus et muneribus
23 *eodem tempore uacant. Legato, qui publicum negotium tui-
*tus sit, intra tempora uacationis praestituta rursum eiusdem
24 *negotii defensio mandari non potest. Comites praesidum et
*proconsulum procuratorumue Caesaris a muneribus uel ho-
25 *noribus et tutelis uacant. Legatus antequam officio legatio-
*nis functus sit, in rem suam nihil agere potest, exceptis his
26 *quae ad iniuriam eius uel damnum parata sunt. Si quis in
*munere legationis, antequam ad patriam reuerteretur, deces-
*sit, sumptus qui proficiscenti sunt dati non restituuntur.
27 *Decuriones pretio uiliori frumentum, quod annona tempo-

1A, 9 = *Dig.* 50, 1, 22, 7 || 1A, 10—13 = *Dig.* 50, 2, 7 || 1A, 14—17 = *Dig.* 50, 4, 16 || 1A, 18—22 = *Dig.* 50, 5, 10 || 1A, 23. 24 = *Dig.* 50, 5, 12 || 1A, 25. 26 = *Dig.* 50, 7, 11 || 1A, 27. 28 = *Dig.* 50, 8, 7

3 ordinationi *F* || 4 iniungendae *F* || 15 soluam *F* || 19 mensorum *Haloander* || 20 habent *F* || 21 idem *F* || 33 reuertetur *F* || 35 quod *F*, quam *Cannegieter*, *cf. Dig.* 48, 12, 3 *pr.* 50, 1, 8

28 *ralis est patriae suae, praestare non sunt cogendi. Nisi ad
*opus nouum pecunia specialiter legata sit, uetera ex hac re-
29 *ficienda sunt. Ad curatoris rei publicae officium spectat, ut
30 *dirutae domus a dominis ex*t*ruantur. Domum sumptu pu-
*blico extructam, si dominus ad tempus pec*u*niam impensam
*cum usuris restituere noluerit, iure eam res publica dis-
*trahit.

### [I DE PACTIS ET CONVENTIS]

1 *De his rebus pacisci possumus, de quibus transigere
2 *licet: ex his enim pacti obligatio solummodo nascitur. In
*bonae fidei contractibus pactum conuentum alio* pacto dis-
soluitur, *et* licet exceptionem pariat, *replicatione tamen
3 *excluditur. Pacto conuento Aquiliana stipulatio subici solet.
*sed consultius est huic poenam quoque subiungere, quia
*rescisso quoquo modo pacto poena ex stipulatu peti potest.*
4 Neque contra leges neque contra bonos mores pacisci possu-
4ª mus. *Pactum contra ius aut constitutiones aut senatus con-
5 *sulta interpositum nihil momenti habet. De rebus litigiosis
5ª *et conuenire et transigere possumus.* Post rem iudicatam
pactum, nisi donationis causa interponatur, seruari non po-
6 test. *Functio dotis pacto mutari non potest, quia priuata
7 *conuentio iuri publico nihil derogat. De criminibus prop-
*ter infamiam nemo cum aduersario pacisci potest.*

### [IB]

1 *Parentes naturales in ius uocare nemo potest: una est
2 *enim omnibus parentibus seruanda reuerentia. Ingratus

1A, 28 = *Dig.* 50, 8, 7, 1 || 1A, 29. 30 = *Dig.* 39, 2, 46 || 1, 1 *extat in LA* || 1, 2 = *Consultatio* 4, 4 || 1, 3 (= *Dig.* 2, 15, 15) *extat in LA (non in E)* || 1, 4 = *Consultatio* 4, 7. 7, 4 || 1, 4ª = *Consultatio* 7, 5 || 1, 5 *extat in LA* || 1, 5ª = *Consultatio* 4, 6. 7, 6 || 1, 6 = *Consultatio* 4, 3 || 1, 7 = *Consultatio* 4, 7 || 1B, 1 = *Dig.* 2, 4, 6 || 1B, 2 = *Dig.* 37, 14, 19

3 spetat *F* || 4 exiruantur *F* || 5 pecniam *F* || 6 eam *delet Mommsen* || 8 conuentis *Wisigothi cum Cons.* 7, 6, conuentionibus uel transactionibus *Cons.* 4, 3, *cf. Cons.* 4, 7. 7, 4 || 10 solo modo *L*, solumodo *E* || nascitur *om. E* || § 2 *dedimus ad Cons.*: omne pactum posteriore pacto dissoluitur, licet pariat exceptionem *Wisigothi* || 13 stipulatio *LA*, quidem stipulatio *Dig.* || 14 poenam quoque *LA*, poenalem quoque stipulationem *Dig.* || 15 quoquo modo *LA*, forte *Dig.* || ex *om. L*ª || stipulatu peti *Dig.*, stipulatione peti *A*, stibolatio repeti *L*

*libertus est, qui patrono obsequium non praestat, uel res
*eius filiorumue tutelam administrare detractat.*

[II DE PROCVRATORIBVS ET COGNITORIBVS]

1 Omnes infames, qui postulare prohibentur, cognitores
2 fieri non posse etiam uolentibus aduersariis. Femina in rem
3 suam cognitoriam operam suscipere non prohibetur. In rem
suam cognitor procuratorue ille fieri potest, qui pro omnibus
4 postulat. Actio iudicati non solum in dominum aut domino,
sed etiam heredi et in heredem datur.

[III DE PROCVRATORIBVS]

1 Mandari potest procuratio praesenti et nudis uerbis et
per litteras et per nuntium et apud acta praesidis et magi-
2 stratus. Procurator aut ad litem aut ad omne negotium aut
3 ad partem negotii aut ad res administrandas datur. *Volun-
*tarius procurator, qui se negotiis alienis offert, rem ratam
4 *dominum habiturum cauere debet. Cum quo *agitur suo*
**nomine, si in rem actio est, pro praede litis et* uindiciarum
*aduer*sario satisdare cogitur aut iudicatum solui* ——— si
*in personam sit actio, d ——————— in rem pro prae-
*de litis et *uindiciarum*———————————.
5 *Actoris procurator non solum absentem defendere, sed et
6 *rem ratam dominum habiturum satisdare cogitur. Procura-
*tor antequam ——————————— accipere
7 *iudicium ———————. Petitoris procurator rem
*ratam dominum habiturum desiderante aduersario satis-
*dare cogendus est, quia nemo in re aliena idoneus est sine
8 *satisdatione. Si satis non det procurator absentis, actio ei
9 *absentis nomine non datur. Actoris procurator non in rem
*suam datus propter impensas quas in litem fecit potest de-
*siderare, ut sibi ex iudicatione satis fiat, si dominus litis
10 *soluendo non sit. Absens reus causas *abs*entiae *per* procu-
*ratorem reddere potest.*

*ante* 2, 4 *Huschke ins. Vat.* 340 || 3, 3 = *Consultatio* 3, 6 || 3, 4 = *Vat.* 336 || 3, 5 = *Cons.* 3, 7 *Vat.* 336 || 3, 6 = *Vat.* 337 || 3, 7. 8 = *Cons.* 3, 8. 9 || 3, 9 = *Dig.* 3, 3, 30 || 3, 10 = *Dig.* 3, 3, 71

3 procur. et *del. Cuiacius* || 5 possunt *edd.* || 11 praesenti] et praesenti et absenti *Huschke* || 30 iudicatione $F^1$, iudicati actione $F^3$ *cum Graecis* || 31 causas entiae procuratorem *F*

### [IV DE NEGOTIIS GESTIS]

1 Qui negotia aliena gerit, et bonam fidem et exactam di-
ligentiam rebus eius pro quo interuenit praestare debet.
2 Tutor post finitam tutelam si in administratione duret, actione
negotiorum gestorum pupillo uel curatori eius tenebitur.
2ª *Litis contestatae tempore quaeri solet, an pupillus, cuius
*sine tutoris auctoritate negotia gesta sunt, locupletior sit ex
3 *ea re factus, cuius patitur actionem.* Si pecuniae quis ne-
gotium gerat, usuras quoque totius temporis praestare cogitur
et periculum eorum nominum quibus collocauit agnoscere,
si litis tempore soluendo non sint: hoc enim in bonae fidei
4 iudiciis seruari conuenit. Mater, quae filiorum suorum rebus
interuenit, actione negotiorum gestorum et ipsis et eorum
5 tutoribus tenebitur. Filius familias uel seruus si negotium
alicuius gerant, in patrem dominumue peculio tenus actio
6 dabitur. Si pater uel dominus seruo uel filio familias negotia
7 aliena agenda commiserit, in solidum tenebitur. Pater si
emancipati filii res sine ulla exceptione a se donatas admi-
8 nistrauit, filio actione negotiorum gestorum tenebitur. Qui,
cum tutor curatorue non esset, *pro* tutore curatoreue res pu-
pilli adultiue administrauit, actione negotiorum gestorum
9 pro tutore curatoreue tenebitur. *Actio negotiorum gesto-
10 *rum illi datur, cuius interest hoc iudicio experiri. Nec refert
*directa quis an utili actione agat uel conueniatur, quia in
*extraordinariis iudiciis, ubi conceptio formularum non ob-
*seruatur, haec subtilitas superuacua est, maxime cum utra-
*que actio eiusdem potestatis est eundemque habet effec-
*tum.*

### [V DE CALVMNIATORIBVS]

1 Calumniosus est qui sciens prudensque per fraudem ne-
2 gotium alicui comparat. Et in priuatis et in publicis iudiciis

4, 2ª = *Dig.* 3, 5, 36 *pr.* || 4, 3 = *Dig.* 3, 5, 36, 1 || 4, 7 = *Dig.* 3, 5, 36, 2 || 4, 9. 10 = *Dig.* 3, 5, 46 || 5, 1 = *Consultatio* 6, 20 || 5, 2 = *Cons.* 6, 21 *Dig.* 48, 16, 3

3 debet *M*, debebit *L* || 9 totius temporis *om. Dig.* || cogitur *dett. cum Dig.*, cogetur *ML* || 10 quibus . . . 12 conuenit] quae ipse contraxit: nisi fortuitis casibus debitores ita suas fortunas amiserunt, ut tempore litis ex ea actione contestatae soluendo non essent *Dig.* || 18 sine ulla exc. *om. Dig.* || 20 pro *edd.*, si pro *codices* || 30 per fraudem *dett. cum Cons.*, fraudem *L*, ipse fraude *M* || 31 et . . . iudiciis *om. Cons.*: et in priu. et in extraordinariis criminibus *Dig.*

omnes calumniosi extra ordinem pro qualitate admissi plectuntur.

[VI A *DE FVGITIVIS*]

1 *Seruus a fugitiuario comparatus intra decem annos ma-
2 *numitti contra prioris domini uoluntatem non potest. Con-
*tra decretum amplissimi ordinis fugitiuum in fuga consti-
*tutum nec emere nec uendere permissum est, inrogata poena
3 *in utrumque sestertiorum D milium. Limenarchae et sta-
*tionarii fugitiuos deprehensos recte in custodiam retinent.
4 *Magistratus municipales ad officium praesidis prouinciae
*uel proconsulis comprehensos fugitiuos recte transmittunt.
5 *Fugitiui in fundis fiscalibus quaeri et comprehendi possunt.
6 *Fugitiui, qui a domino non agnoscuntur, per officium prae-
7 *fecti uigilum distrahuntur. Intra triennium uenditionis
*agniti fugitiui emptor pretium a fisco recipere potest.*

[VI B DE REIS INSTITVTIS]

1a *Ab accusatione destitit qui cum aduersario suo de com-
1b *positione eius criminis quod intendebat fuerit locutus. Ani-
*mo ab accusatione destitit, qui affectum et animum accu-
1c *sandi deposuit. Destitisse uidetur, qui intra praefinitum
*accusationis a praeside tempus reum suum non peregit.
1d *Nuntiatores, qui per notoriam indicia produnt, notoriis suis
1e *adsistere iubentur. Calumniae causa puniuntur, qui in
*fraudem alicuius librum uel testimonium aliudue quid con-
*quisisse uel scripsisse uel in iudicium protulisse dicuntur.*
1 De his criminibus, de quibus quis absolutus est, ab eo qui
2 accusauit refricari accusatio non potest. Filius accusatoris
si hoc crimen, quod pater intendit, post liberatum reum per-
3 sequi uelit, ab accusatione remouendus est. Crimen, in quo
alius destitit uel uictus discessit, alius obicere non prohibetur.

6A *integer extitit in Vesontino et inde* §§ 1. 2. 5—7 *in Cuiacii Obseru.* 21, 11 *editae sunt:* §§ 3. 4, *quae extant etiam in Dig.* 11, 4, 4, *uereor ne ex his solis Vesontino non adhibito Cuiacii editio* 1586 *exhibuerit* || 6B, 1a —1e = *Dig.* 48, 16, 6

8 D] L *Huschke, cf. fr. de iure fisci* 9 *Coll.* 14, 3, 5 || 14 quadriennium *Huschke propter Cod.* 7, 37, 1 || 21 accusationi *Mommsen* || 27 refricari *M*, refragari *L* || 30 discessit *L*, recessit *M*

4 *Delator non est, qui protegendae causae suae gratia aliquid *ad fiscum nuntiat.*

[VII DE INTEGRI RESTITVTIONE]

1 Integri restitutio est redintegrandae rei uel causae actio.
2 Integri restitutionem praetor tribuit ex his causis, quae per
metum dolum et status permutationem et iustum errorem et
absentiam necessariam et infirmitatem aetatis gesta esse di-
3 cuntur. Integri restitutio plus quam semel non est decer-
nenda: ideoque causa cognita decernitur.

4 *Integri restitutio aut in rem competit aut in personam.
*in rem actio competit, ut res ipsa qua de agitur reuocetur;
*in personam aut quadrupli poena intra annum uel simpli
5 *post annum peti potest.* Si aliquis, ut se de ui latronum
uel hostium uel populi liberaret, aliquid mancipauit uel pro-
misit, ad metum non pertinet: mercedem enim depulsi me-
6 tus tribuit. Seruus per metum mancipatus quidquid quae-
7 sierit uel stipulatus sit, ei adquirit qui uim passus est. Vis
8 est maior rei impetus, qui repelli non potest. Qui quem in
domo inclusit, ut sibi rem manciparet aut promitteret, extor-
9 sisse mancipationem uidetur. Qui quem ferro uinxit, ut sibi
10 aliquid traderet uel uenderet, uim intulisse uidetur. Qui in
carcerem quem detrusit, ut aliquid ei extorqueret, quidquid
ob hanc causam factum est, nullius est momenti.

[VIII DE DOLO]

1 2 Dolus est, cum aliud agitur, aliud simulatur. Qui dolum aut metum adhibuit, ut res ad alium transiret, uterque de ui et dolo actione tenebitur.

6B, 4 = *Dig.* 49, 14, 44 || 7, 2 *ex parte* = *Dig.* 4, 1, 2 || 7, 4 *extat in Parisiensi* 4409 *Vaticano reg.* 1048 *Bernensi* 263 || 7, 7 = *Dig.* 4, 2, 2 || 7, 10 = *Dig.* 4, 2, 22

6 siue per status mutationem aut iustum errorem (*omissis reliquis*) *Dig.* || 10 *inde a* § 4 *de his quae ui metusue causa gesta sunt agi monuit Huschke* || conpetita aut in persona *Bern.* || 11 de qua *Paris. Bern.* || 12 persona *Paris. Bern.* || 13 aliquis] cui quis *scr., cf. Dig.* 4, 2, 9, 1 || 17 adquirit *dett.*, adquiret *ML* || uis autem est maioris rei *Dig.* || 20 mancipationem] promissionemue *addit Huschke* || 26 aut *L*, uel *M*: *fortasse* dolum aut *del. et infra* utraque de ui et de dolo *scr., cf. Dig.* 4, 2, 14, 13 || 27 et *ML*, et de *dett.*

[IX DE MINORIBVS VIGINTI ET QVINQVE ANNORVM]

1 Minor uiginti et quinque annorum si aliquod flagitium
admiserit, quod ad publicam coercitionem spectet, ob hoc in
2 integrum restitui non potest. Qui minori mandauit, ut ne-
gotia sua agat, ex eius persona in integrum restitui non po-
3 test, nisi minor sua sponte negotiis eius interuenerit. Si
maior effectus rem, quam minor egit, pacto uel silentio com-
probauit, aduersus hoc quoque in integrum restitui frustra
4 desiderat. Si minor minori heres existat, ex sua persona,
4a non ex defuncti in integrum restitui potest. *Si minor ui-
*ginti quinque annis filio familias minori pecuniam credidit,
*melior est causa consumentis, nisi locupletior ex hoc in-
4b *ueniatur litis contestatae tempore is qui accepit. Minores
*si in iudicem compromiserunt et tutore auctore stipulati
*sunt, integri restitutionem aduersus talem obligationem iure
5 *desiderant.* Minor se in his, quae fideiussit uel fidepro-
misit uel spopondit uel mandauit, in integrum restituendo
5a reum principalem non liberat. *Minor ancillam uendidit: si
*eam emptor manumiserit, ob hoc in integrum restitui non
*poterit, sed aduersus emptorem quanti sua interest actionem
5b *habebit. Mulier minor uiginti quinque annis si pactione dotis
*deterior condicio eius fiat et tale pactum inierit, quod num-
*quam maioris aetatis constitutae paciscerentur, atque ideo
6 *reuocare uelit, audienda est.* Qui sciens prudensque se pro
minore obligauit, si id consulto consilio fecit, licet minori suc-
7 curratur, ipsi tamen non succurretur. Minor aduersus emp-
torem in integrum restitutus pretio restituto fundum recipere
potest: fructus enim in compensationem usurarum penes
8 emptorem remanere placuit. Minor aduersus distractiones
eorum pignorum et fiduciarum, quas pater obligauerat, si
non ita ut oportuit a creditore distractae sint, restitui in in-
tegrum potest.

9, 2 *extr.* = *Dig.* 4, 4, 24 *pr.* || 9, 4a. 4b = *Dig.* 4, 4, 34 || 9, 5 = *Dig.* 4, 4, 48 *pr.* || 9, 5a. 5b = *Dig.* 4, 4, 48, 1. 2

1 uiginti . . . annorum *om.* *L* || 6 nisi . . . interuenerit] quod si minor s. s. negotiis maioris interuenerit, restituendus erit, ne maiori damnum accidat *Dig.*, *ubi quae sequuntur non sententiarum sed libri XI ad edictum esse recte iudicauit Cuiacius* || 7 pacto *codices*, facto *Rittershusius* || 9 ex $L^b$, heres ex $ML^a$ || 16 in his quae] in id quod *Dig.* || 26 ipsi *dett.*, ipse *ML* || 31 sint *M*, sunt *L*

[IXA]

*Is, qui rei publicae causa afuturus erat, si procurato- *rem reliquerit, per quem defendi potuit, in integrum uolens *restitui non auditur.*

[X DE PLVS PETENDO]

*Plus petendo* causa cadimus aut loco aut summa aut tempore aut qualitate: loco alibi, summa plus, tempore petendo ante tempus, qualitate eiusdem rei speciem meliorem postulantes.

[XI DE SATISDANDO]

1 Quotiens hereditas petitur, satisdatio iure desideratur
et, si *satis* non detur, in petitorem hereditas transfertur: si
petitor satisdare noluerit, penes possessorem possessio rema-
2 nebit: in pari enim causa potior est possessor. Vsufructua-
rius et de utendo usufructu satisdare debet perinde usurum,
ac si ipse pater familias uteretur.

[XII DE IVDICIIS OMNIBVS]

1 Hi, qui falsa rescriptione usi fuerint, lege Cornelia de
2 (3) falsis puniuntur. Qui falsum nesciens allegauit, falsi poena
3 (4) non tenetur. In caput domini patroniue nec seruus nec li-
4 (5) bertus interrogari potest. Praegnantes neque torqueri neque
5 (6) damnari nisi post editum partum possunt. *Qui rescrip-

9A = *Dig.* 4, 6, 39 || 10 = *Consultatio* 5, 4 || 12, 5 *extat in LAE* (*in E post* 13A, 3)

5 de plus petendo *Wisigothi*, de eo qui causa cadit *Cons.*: *unde conicias uerba* plus petendo, *quae ante* 6 causa *desiderantur, errore in rubricam commutata esse* || 6 plus petendo *Schulting*, *om. codices cum Cons.* || 7 plus . . . 8 tempus] summa in repetendo tempore ante petendo *Cons.* || petendo *dett.*, repetendo *ML* || 8 rei speciem *Cons.*, speciem rem *L*, speciei rem *M*: *cf. Interpretatio* uel meliorem speciem quam dederat || 12 satis *Ritterhusius*, satisdatio *codices* || transferetur *M* || 13 remanebit *L*, remansit *M* || 15 debet *M*, debebit *L* || 17 omnibus *M*, *om. L* || 19 *paragrapho* 2 *in G Parisiensi* 4413 *aliis praemittuntur haec*: interpretatio (interpr. *om. G*) is (ex his *G*) qui ancillam corruperit alienam aliam (alia re *Par.*) reformare cogendus est, *quae neque huius loci sunt nec Pauli esse possunt, sed aut fluxerunt ex Interpretatione aut barbari iuris sunt, cf. Interpretatio* 1, 13A, 6 *et Lex Rom. Burgund.* 19, 2

*tum a principe falsa allegatione elicuerint, uti *eo* prohi-
6 (7) *bentur.* Qui de se confessus est, in alium torqueri non
potest, ne alienam salutem in dubium deducat, qui de sua
7 desperauit. *Qui sine accusatoribus in custodiam recepti sunt,
*quaestio de his habenda non est, nisi si aliquibus suspi-
8 *cionibus urgueantur. Per minorem causam maiori cognitioni
*praeiudicium fieri non oportet: maior enim quaestio mino-
9 *rem causam ad se trahit. In crimine adulterii nulla danda
*dilatio est, nisi ut personae exhibeantur, aut iudex ex qua-
*litate negotii motus hoc causa cognita permiserit.*

### [XIII$^{A}$ DE IVDICATO]

1a *Eum, pro quo quis apud officium cauit, exhibere cogi-
*tur. item eum qui apud acta exhibiturum se esse quem pro-
*misit, etsi officio non caueat, ad exhibendum tamen cogitur.*
1 Qui exhibiturum se aliquem iudicio cauerat, mortuo eo pro
1b quo cauerat periculo cautionis liberatur. *Acta apud se ha-
*bita, si partes consentiant et iudex hoc permiserit, potest
*iubere ea die circumduci, nisi uel negotium uel lis terminata
1c *est. De amplianda uel minuenda poena damnatorum post
*sententiam dictam sine principali auctoritate nihil est sta-
1d *tuendum. Contra indefensos minores tutorem uel curatorem
1e *non habentes nulla sententia proferenda est. Contra pupil-
*lum indefensum eumque qui rei publicae causa abest uel
*minorem uiginti quinque annis propositum peremptorium
1f *nihil momenti habet. Is, qui ad maius auditorium uocatus
*est, si litem inchoatam deseruit, contumax non uidetur.
1g 1h *Bonis uenditis excipiuntur concubina et liberi naturales. Res
*publica creditrix omnibus chirographariis creditoribus prae-
2 *fertur.* Filius familias iussu patris manumittere potest,
3 matris non potest. In eum, qui album raserit corruperit sus-

12, 7 = *Dig.* 48, 18, 22 || 12, 8 = *Dig.* 5, 1, 54 || 12, 9 = *Dig.* 48, 5, 42, *cf. Paul.* 2, 26, 17 || 13A, 1a = *Dig.* 2, 4, 17 || 13A, 1b—1d = *Dig.* 42, 1, 45 || 13A, 1e. 1f = *Dig.* 42, 1, 54 || 13A, 1g. 1h = *Dig.* 42, 5, 38

1 eleguerunt (elig. *E*$^{b}$) *E* || eum *LE, de A non constat* || 11 *rubricam* de iudicato *Pauli non esse uidit Cuiacius: nam* § 1 *et ea, quae propter* § 1 *huic loco ex Digestis restituta sunt, magis ad titulum praecedentem pertinent, reliquae autem sententiae ex diuersis Pauli titulis excerptae sunt, cf. ad p.* 56, 8 || 13 item cum quis *Charondas*

tulerit mutauerit quidue aliud propositum edicendi causa
4 turbauerit, extra ordinem punitur. Si id quod emptum est
neque tradatur neque mancipetur, uenditor cogi potest, ut
5 tradat aut mancipet. Deteriorem seruum facit, qui fugam
suaserit et qui furtum, et qui mores eius corpusue corrupe-
6 rit. Qui ancillam alienam uirginem immaturam corruperit,
poena legis Aquiliae tenebitur.|

[XIIIB *SI HEREDITAS VEL QVID ALIVD PETATVR*]

1 In petitione hereditatis ea ueniunt, quae defunctus mor-
tis tempore reliquit, uel ea, quae post mortem ante aditam
2 hereditatem ex ea quaesita sunt. Possessor hereditatis pretia
earum rerum, quas dolo alienauit, cum usuris praestare co-
3 gendus est. *Rerum ex hereditate alienatarum aestimatio in
4 *arbitrio petitoris consist*it*.* Petitio hereditatis, cuius de-
functus litem non erat contestatus, ad heredem non trans-
5 mittitur. *Hereditas pro ea parte peti debet, pro qua ad
*nos pertinet: alioquin plus petendi periculum incurrimus et
6 *causam perdimus. Qui petit hereditatem, ipse probare de-
*bet ad se magis quam ad eum qui possidet siue ex testa-
7 *mento siue ab intestato pertinere. Eas res, quas quis iuris
*sui esse putat, petere potest, ita tamen ut ipsi incumbat
8 *necessitas probandi eas ad se pertinere. Possessor heredi-
*tatis, qui ex ea fructus capere uel possidere neglexit, du-
9 *plam eorum aestimationem praestare cogetur. Ii fructus in
*restitutione praestandi sunt petitori, quos unusquisque dili-
*gens pater familias et honestus colligere potuisset.*

13B, 1 = *Consultatio* 6, 7 || 13B, 3 *extat in LAE, in LE ante* § 2 || 13B, 4 = *Cons.* 6, 5 || 13B, 5 = *Cons.* 5, 5 || 13B, 6. 7 = *Cons.* 6, 5a. 6 || 13B, 8. 9 = *Appendix* 1, 10. 11

1 mutauerit *M, om. L* || 2 punitur] *requiritur* uindicatur, *ut est in Interpretatione* || 5 eius *L, om. M* || 8 *rubrica ex Consult.* 5, 5. 6, 5. 7 *et Appendice* 1, 10 *restituta est: Consult.* 6, 5 *eam sextam libri primi esse uult* || petitur *App.* || 10 dereliquit *Cons.* || 11 pretia *dett.*, praesentia *ML* || 13 ex *om. L* || extimatione *LE, de A non constat* || 14 consistat *LAE* || *in Parisiensi* 4405 *ante* § 4 *haec leguntur:* interpretatio petitio hereditatis ipsius petitione repelletur || 20 § 7 *uereor ne non recte huic loco restituta sit: nam cum* § 4. 6. 1 *in Cons.* 6, 5. 5a. 7 *huic titulo, qui Consultationis auctori sextus est uindicentur,* § 7 *ex titulo IIII sumpta esse dicitur*

[XIV DE VIA PVBLICA]

1a *Si in agrum uicini uiam publicam quis reiecerit, *in*
*tantum in eum uiae receptae actio dabitur, quanti eius inter-
1 *est, cuius fundo iniuria inrogata est.* Qui uiam publicam
exarauit, ad munitionem eius solus compellitur.

[XV SI QVADRVPES DAMNVM INTVLERIT]

1 Si quadrupes pauperiem fecerit damnumue dederit quidue
depasta sit, in dominum actio datur, ut aut damni aestima-
tionem subeat aut quadrupedem dedat: quod etiam lege Pe-
1a solania de cane cauetur. *Si quis saeuum canem habens in
*plateis uel in uiis publicis in ligamen diurnis horis non re-
1b *degerit, quidquid damni fecerit, a domino soluantur. Si
*quis caballum quodue aliud animal habens scabidum ita
*ambulare permiserit, ut uicinorum gregibus permixtus
*proprium inferat morbum, quidquid damni per eum datum
2 *fuerit, similiter a domino sarciatur.* Feram bestiam in ea
parte, qua populo iter est, colligari praetor prohibet: et ideo,
siue ab ipsa siue propter eam ab alio alteri damnum datum
sit, pro modo admissi extra ordinem actio in dominum uel
3 custodem datur, maxime si ex eo homo perierit. Ei, qui in-
ritatu suo feram bestiam uel quamcumque aliam quadrupe-
dem in se proritauerit eaque damnum dederit, neque in eius
4 dominum neque in custodem actio datur. *In circulatores,
*qui serpentes circumferunt et proponunt, si cui ob eorum
*metu*m* damnum datum est, pro modo admissi actio da-
*bitur.*

---

14, 1a. 1 = *Dig.* 43, 11, 3 || 15, 1a. 1b = *Lex Rom. Burg.* 13 || 15, 4 = *Dig.* 47, 11, 11

---

2 in tantum *Mommsen*, tantum *F* || 3 uiae reiectae *dett.* || 5 exarauerit *Dig.* || 6 damnum intulerit *Wisigothi*, pauperiem fecerit *Lex Rom. Burg.* 13 || 7 damnum uel *codices* || 8 ut aut *dett.*, ut ad *L*, aut *M* || 9 quadrupem *ML* || dedat *dett.?*, cedat aut *L*, qui dat *M* || pesolania *dett.*, pesolonia *M*, persolania *L* || 10 cane] *etiam de bipede hoc loco actum esse testatur Lex Rom. Burg.* 13, 1 || 17 populo *L*, populus *M* || 20 perierit *ML*, perierit uel fuerit laesus *dett.* || 25 metu *F*

[XVI FINIVM REGVNDORVM]

In eum, qui per uim terminos deiecit uel amouit, extra ordinem animaduertitur.

[XVII DE SERVITVTIBVS]

1 Viam iter actum aquae ductum, qui biennio usus non
est, amisisse uidetur: nec enim ea usucapi possunt, quae
2 non utendo amittuntur. Seruitus hauriendae aquae uel du-
cendae biennio *omissa* intercidit et biennio usurpata recipi-
3 tur. *Seruitus aquae ducendae uel hauriendae nisi ex capite
*uel ex *f*onte constitui non potest: hodie tamen ex quocum-
*que loco constitui solet.*

[XVIII DE FAMILIAE HERCISCVNDAE]

1 Arbiter familiae herciscundae plus quam semel dari non
potest: et ideo de his, quae diuisa eo iudicio non sunt, com-
2 muni diuidundo arbiter postulatus partietur. *De omnibus
*rebus hereditariis iudex cognoscere debet et celebrata diui-
3 *sione in semel de omnibus pronuntiet. Iudici familiae her-
*ciscundae conuenit, ut ea, quae quis ex communi accepit,
*aut ipsa aut aestimationem eorum repraesentet, ut inter co-
4 *heredes diuidi possint. Iudex familiae herciscundae nec
*inter paucos coheredes, sed inter omnes dandus est: *alio-*
5 *quin inutiliter datur. Omnes res, quae sociorum sunt, com-
*muni diuidundo *i*udicio inter eos separantur.*

[XIX QVEMADMODVM ACTIONES PER INFITIATIONEM DVPLENTVR]

1 Quaedam actiones si a reo infitientur, duplantur, uelut
iudicati, depensi, legati per damnationem relicti, damni iniu-

16 = *Collatio* 13, 2 || 17, 3 = *Dig.* 8, 3, 9 || 18, 2—5 = *Appendix* 1, 12—15

1 finium *Coll.* 13, 2, de finium *Wisigothi* || 3 *in quibusdam codicibus epitomae Aegidianae* (*Haenel p.* 350) *haec adduntur:* fines terrae per (praeter *codices*) terminos regantur, ne dissipentur: ab utroque quinque pedum loco teneantur, *quae ni fallor non ex Paulo, sed ex Isidori Etymol.* 5, 25, 11 *descripta sunt* || 6 enim] *expectes* tamen || 8 omissa *Sichardus*, actio omissa *codices* || intercedit *M*, interdicitur *L* || 10 ponte *F* || 17 de *Wisigothi cum Appendice* 1, 12: *cf. ad u.* 1 || in semel] *cf. Dig.* 18, 1, 35, 7 || 19 aut ipsa *A*, ut ipsa *reliqui codices* || 21 alioquin inutiliter *Cuiacius*, quin inutil. *uel* qui non util. *codices* || 23 iudicio] in iudicio *codices*

riarum legis Aquiliae, [item de modo agri, cum a uenditore
2 emptor deceptus est.] Ex his causis, quae infitiatione du-
plantur, pacto decidi non potest.

[XX DE FIDEIVSSORE ET SPONSORE]

Inter fideiussores ex edicto praetoris, si soluendo sint, licet singuli in solidum teneantur, obligatio diuidetur.

[XXA]

*In dardanarios propter falsum mensurarum modum ob *utilitatem popularis annonae pro modo admissi extra ordi- *nem uindicari placuit.*

[XXI DE SEPVLCHRIS ET LVGENDIS]

1 Ob incursum fluminis uel metum *ruinae* corpus iam
perpetuae sepulturae traditum sollemnibus redditis sacrificiis
2 per noctem in alium locum transferri potest. Corpus in ci-
uitatem inferri non licet, ne funestentur sacra ciuitatis: et
3 qui contra ea fecerit, extra ordinem punitur. *Intra muros
*ciuitatis corpus sepulturae dari non potest uel ustrina fieri.
4 *Qui corpus perpetuae sepulturae traditum uel ad tempus
*alicui loco commendatum nudauerit et solis radiis ostende-
*rit, piaculum committit: atque ideo, si honestior sit, in in-
5 *sulam, si humilior, in metallum dari solet. Qui sepulchrum
*uiolauerint aut de sepulchro aliquid sustulerint, pro perso-
*narum qualitate aut in metallum dantur aut in insulam de-
6 *portantur. Qui sepulchrum alienum effregerit uel aperuerit
*eoque mortuum suum alienumue intulerit, sepulchrum uio-
7 *lasse uidetur. Vendito fundo religiosa loca ad emptorem
8 *non transeunt nec in his ius inferre mortuum habet. Qui
*monumento inscriptos titulos eraserit uel statuam euerterit
*uel quid ex eodem traxerit, lapidem columnamue sustulerit,
9 *sepulchrum uiolasse uidetur. In eo sarcophago uel solo,

20A = *Dig.* 48, 19, 37 || 21, 3—9 *suppletae sunt ex Vesontino* (*Cuiacii Obseru.* 21, 13)

1 item . . . 2 est *spuria esse docuit Rudorff Zeitschrift für geschichtl. Rechtswissenschaft* 15 *p.* 417 *sqq.*, *cf.* 2, 17, 4 || cum . . . 2 est *M*, cum uenditore *L* || 5 sint *dett.*, sit *L*, species *M* || 12 ruinae *Vesontinus et Vaticanus reg.* 1128, *om. Wisigothi* || 13 redditis *M*, *om. L* || 14 ciuitate *ML*

*ubi corpus iam depositum est, aliud corpus inferri non po-
*test, et qui intulerit reus sepulchri uiolati postulari potest.*
10 Qui alienum mortuum sepelierit, si in funus eius aliquid im-
penderit, recipere id ab herede uel a patre uel a domino po-
11 test. *Maritus id quod in funus uxoris impendit ex dote
12 *retinere potest. Neque iuxta monumentum neque supra
*monumentum habitandi ius est: attactu enim conuersationis
*humanae piaculum admittitur: et qui contra ea fecerit, pro
*qualitate personae uel opere publico uel exilio multatur.
13 *Parentes et filii maiores sex annis anno lugeri possunt, mi-
*nores mense: maritus decem mensibus et cognati proximio-
*ris gradus octo. qui contra fecerit, infamium numero habe-
14 *tur.* Qui luget, abstinere debet a conuiuiis ornamentis
15 *purpura* et alba ueste. Quidquid in funus erogatur, inter
16 aes alienum primo loco deducitur. *Corpora animaduerso-
*rum quibuslibet petentibus ad sepulturam danda sunt.*

## LIBER SECVNDVS

### [I DE REBVS CREDITIS ET DE IVREIVRANDO]

1[a] *Praesidis prouinciae officiales, quia perpetui sunt, mu-
1[b] *tuam pecuniam dare et fenebrem exercere possunt. Prae-
*ses prouinciae mutuam pecuniam fenebrem sumere non
1 *prohibetur.* In pecuniariis causis si alter ex litigatoribus
iusiurandum deferat, audiendus est: hoc enim et compendio
2 litium et aequitatis ratione prouisum est. Deferre iusiuran-
dum prior actor potest: contrarium autem de calumnia iusiu-
3 randum reo competit. Si, reus cum iurare uelit, actor illi

21, 11—13 *ex Vesontino suppletae sunt* (*Cuiacii Obseru.* 21, 13) || 21, 16 = *Dig.* 48, 24, 3 || 1, 1a. 1b = *Dig.* 12, 1, 34

3 § 10 *hoc loco collocat Vesontinus, post* § 15 *collocant Wisigothi* || 4 ab *M*, hab eo *L* || 10 sex] decem *Huschke, cf. Vat.* 321 || minores mense] *haec corrupta esse docent Vat.* 321: cum minores liberi tot mensibus elugentur, quot annorum decesserint, usque ad trimatum: minor trimo non lugetur, sed sublugetur: minor anno neque lugetur neque sublugetur || 13 et a conuiuiis et ornamentis *L* || 14 purpura *Vesontinus, om. Wisigothi* || 24 *paragrapho* 1 *in Basileensi C III* 1 *subiunguntur in modum rubricae haec* de dubiis rebus solum iurare debere *et in modum sententiae haec* qui suspectus dicitur, cum nulla ueritas petitori in eo exprimitur, qui calumniam se pati dicit: *quae ex interpretationibus* §§ 1. 2 *corrupta esse palam est* || 26 competit *M*, competet *L*

necessitatem iurisiurandi remisit et hoc liquido appareat,
4 actio in eum non datur. Heredi eius cum quo contractum est iusiurandum deferri non potest, quoniam contractum ignorare potest.

5 Si qui de debito quocumque modo confessus docetur, ex ea re actio creditori non datur, sed ad solutionem compellitur.

### [II DE PECVNIA CONSTITVTA]

1 Si id, quod mihi L. Titius debet, soluturum te consti-
2 tuas, teneris actione pecuniae constitutae. *Idem est et si
3 *ei qui bona fide mihi seruit constitutum fuerit. Si quis *duobus pecuniam constituerit TIBI AVT TITIO, etsi stricto iure *propri*a* action*e* pecuniae constitutae manet obligatus, etiamsi *Titio soluerit, tamen per exceptionem adiuuatur.*

### [III DE CONTRACTIBVS]

Stipulatio est uerborum conceptio, ad quam quis congrue interrogatus respondet: uelut SPONDES? SPONDEO: DABIS? DABO: PROMITTIS? PROMITTO: FIDEI TVAE ERIT? FIDEI MEAE ERIT: et tam pure quam sub condicione concipi potest.

### [IV DE COMMODATO ET DEPOSITO PIGNORE FIDVCIAVE]

1 Quidquid in rem commodatam ob morbum uel aliam ra-
2 tionem impensum est, a domino recipi potest. Si facto incendio ruina naufragio aut quo alio simili casu res commodata amissa sit, non tenebitur eo nomine is cui commodata est, nisi forte, cum posset rem commodatam saluam facere, suam
3 praetulit. Seruus uel *equus a* latronibus uel in bello *occisi*,

2, 2 = *Dig.* 13, 5, 6 || 2, 3 = *Dig.* 13, 5, 30

5 si *dett.*, ei *ML* || de debito *M*, debito *L*, debitum *dett.* || 10 *in Dig. praecedunt haec Vlpiani uerba:* seruo quoque constitui posse constat et, si seruo constituatur domino solui uel ipso seruo, qualemqualem seruum domino adquirere obligationem || 13 propri actioni *F* || 18 fidei meae erit *dett.*, *om. ML* || 20 fiduciaue *M*, fidutiae *L*, et fiducia *Lex Rom. Burg.* 13, 4 || 25 possit *ML* || 26 equus *Sichardus*, alias ecus *codices* || a latronibus . . . *p.* 62, 1 sunt *scripsi*, si a latr. uel in bello (bellum *L*) in (uel *L*) aliam causam commodati occisi sunt

si in aliam causam commodati sunt, actio commodati datur: custodia enim et diligentia rei commodatae praestanda est.

4 Si rem aestimatam tibi dedero, ut ea distracta pretium ad me deferres, eaque perierit: si quidem ego te rogaui, meo periculo perit: si tu de uendenda promisisti, tuo periculo perit.

[V DE PIGNORIBVS]

1 Creditor si simpliciter sibi pignus depositum distrahere uelit, ter ante denuntiare debitori suo debet, ut pignus luat, ne a se distrahatur.
2 Fetus uel partus eius rei quae pignor*i* data est pignoris iure non tenetur, nisi hoc inter contrahentes conuenerit.

3 Compensatio debiti ex pari specie et causa dispari admittitur: uelut si pecuniam tibi debeam et tu mihi pecuniam debeas, aut frumentum aut cetera huiusmodi, licet ex diuerso contractu, compensare uel deducere deb*es*: si totum pet*as*, plus petendo causa cad*is*.

[VI DE EXERCITORIBVS ET INSTITORIBVS]

Filius familias si uoluntate patris nauem exerceat, patrem in solid*um* ob ea quae salua receperit obligat.

[VII AD LEGEM RHODIAM]

1 Leuandae nauis gratia iactus cum mercium factus est, omnium intributione sarci*a*tur, quod pro omnibus iactum est.

*codices: cf. Interpretatio* si seruum uel equum uel quaecumque alia aliquis ab altero ad usus tantummodo seruiendi commodata susceperit et eos ad pugnam uel ubi uitae periculum incurrant duxerit

5 de uendenda *M*, te uendenda *L*, defendenda *dett.*: si rem acceptam non rogante domino, sed promittente eo qui accepit, dum uelit uenumdare, perdiderit *Interpretatio*: *fortasse* si tu te uenditurum promisisti *scr.* || 10 pignori] pigneris *codices* || 11 non tenetur *L cum Interpr.*, retinetur *M* (*similiter ad* 63, 2), continentur *uel* tenetur *dett.* || 13 paris speciei et ex causa *Huschke* || 16 debes . . . petas . . . 17 cadis *Cuiacius*, debuit (debitum *M*) . . . petat . . . cadit *codices* || 18 et institoribus *del. Cuiacius* || 20 solido *codices* || 22 iactus commercium factus *L*, iactus (iactus** *M*[a]) conmercium factum *M* || 23 sarciantur *codices* || iactum *L*, datum *M*

2 (3) Naue uel arbore ui tempestatis amissa uectores ad contribu-
tionem non tenentur, nisi ipsis arborem salutis causa eruen-
3 (2) tibus nauis salua sit. Iactu nauis leuata si perierit, extractis
aliorum per urinatores mercibus eius *quoque* rationem haberi
4 placuit, qui merces salua naue iactauit. Leuandae nauis gra-
tia merces in scapham transiecta*s* atque ideo amissa*s* intri-
butione earum quae in naui saluae sunt refici conuenit: naue
autem perdita conseruatae cum mercibus scaphae ratio non
5 habetur. Collatio intributionis ob *ia*ctum salua naue fieri
debet.

### [VIII DE INSTITORIBVS]

1 Sicut commoda sentimus ex actu praepositi institoris,
ita et incommoda sentire debemus. et ideo *qui* seruum siue
filium filiamue familias siue ancillam praeposuit negotio uel
mercibus exercendis, eorum nomine in solidum conuenitur.
2 Si quis pecuniae fenerandae agroque colendo, condendis uen-
dendisque frugibus praepositus est, ex eo nomine quod cum
illo contractum est in solidum fundi dominus obligatur: nec
3 interest, seruus an liber sit. Quod cum discipulis eorum,
qui officinis tabernis praesunt contractum est, in magistr*os*
uel instito*res* tabernae in solidum actio datur.

### [IX DE IN REM VERSO]

1 Seruus uel filius familias si acceptam pecuniam in rem
patris uel domini uerterit, hoc modo: agrum puta colendo,
domum fulciendo, mancipia uestiendo, mercando uel credi-
tori soluendo uel quid tale faciendo, de in rem uerso in soli-
dum uel patrem uel dominum obligat: si tamen ob hanc cau-
2 sam pecunia data sit. *Filius familias si in id acceperit
*mutuam pecuniam, ut eam pro sorore sua in dotem daret,

---

9, 2 = *Dig.* 14, 6, 17

---

2 non tenentur *L*, reteneantur *M* || 4 quoque eius *codices* || 6 transiectas a. i. amissas *Cuiacius*, transiectae a. i. amissae *codices* || 9 obiectum *codices* || 13 qui *edd.*, in eum qui *codices* || 14 filiamuel *ML* || negotio *dett.*, negotii *M*, negotium *L* || 16 condendis *confirmat Interpretatio*, coemendis *Cuiacius* || 20 magistris uel institoribus *codices* || 24 colendo *dett.*, colendum *ML* || 27 *uerba* si tamen *sqq. nescio quo modo corrupta esse docent Dig.* 15, 3, 3 § 1. 5 § 3

*pater eius de in rem uerso actione tenebitur: ipsi enim *mortua in matrimonio puella repetitio dotis datur.*

### [X DE SENATVS CONSVLTO MACEDONIANO]

Qui filio familias contra interdictum amplissimi ordinis pecuniam mutuam crediderit, post mortem patris ex eo quod uiuo patre credidit cum eo agere non potest.

### [XI AD SENATVS CONSVLTVM VELLEIANVM]

1 In omni genere negotiorum et obligationum tam pro ui-
2 ris quam pro feminis intercedere mulieres prohibentur. Mu-
lier, quae pro tutoribus filiorum suorum indemnitatem pro-
3 misit, ad beneficium senatus consulti non pertinet. *Si
*decipiendi animo, uel cum sciret se non teneri, mulier pro
*aliquo intercesserit, exceptio ei senatus consulti non datur:
*actionem enim, quae in dolum mulieris competit, amplissi-
4 *mus ordo non excludit. Procurator si mandatu mulieris pro
*alio intercesserit, exceptione senatus consulti Velleiani adiu-
*uatur, ne alias actio intercidat.*

### [XII DE DEPOSITO]

1 *Deponere possumus apud alium id quod nostri iuris est
2 *uel alieni. Depositum est quasi diu positum. seruandum
3 *est, quod ad breue tempus custodiendum datur. Deponere
*uidetur qui in metu ruinae incendii naufragii apud alium
4 *custodiae causa deponit. Deponere uidetur et is, qui su-
*spectam habens uel minus idoneam custodiam domus uel
*uim latronum timens apud aliquem rem custodiendam com-
5 *modat.* Si sacculum uel argentum signatum deposuero, et
is penes quem depositum fuit me inuito contrectauerit, et
5a depositi et furti actio mihi in eum competit. *Si ex permissu

11, 3. 4 = *Dig.* 16, 1, 30 || 12, 1—4 = *Collatio* 10, 7, 1—4 || 12, 5 = *Collatio* 10, 7, 5. *Dig.* 16, 3, 29 *pr.* || 12, 5a = *Dig.* 16, 3, 29, 1

10 pro, *quod tuetur Interpretatio, del. Cuiacius secutus Cod.* 4, 29, 6 *pr.* 5, 46, 2: *fuerit fortasse* pro negotiis pupillorum a se administrandis || 23 deponit *Coll.*[p], de deposito *Coll.*[w], *om. Coll.*[v] || 26 signatum *ML cum Interpret. et Dig.*, *om. dett. cum Coll.*: *fuitne* si sacculum signatum?

*meo deposita pecunia is penes quem deposita est utatur, ut
*in ceteris bonae fidei iudiciis usuras eius nomine praestare
6 *mihi cogitur. Ob res depositas dolus tantum praestari solet.
6a *Latae culpae finis est non intellegere id quod omnes intelle-
7 *gunt.* In iudicio depositi ex mora et fructus ueniunt et
8 usurae rei depositae praestantur. *Si quis rem penes se de-
*positam apud alium deposuerit, tam ipse directam, quam is
*qui apud eum deposuit utilem actionem depositi habere pos-
9 *sunt. Si pecuniam deposuero ea*que uti* tibi permisero, mu-
*tua magis uidetur quam deposita, ac per hoc periculo tuo
10 *erit. Si rem apud te depositam uendideris eamque *post-*
**quam* redemeris perdideris, semel admisso dolo perpe-
11 *tua depositi actione teneberis. Ex causa depositi lege duo-
*decim tabularum in duplum actio datur, edicto praetoris in
12 *simplum.* In causa depositi compensationi locus non est,
sed res ipsa reddenda est.

[XIII]

1 Debitor distractis fiduciis a creditore de superfluo ad-
1a uersus eum habet actionem. *Si autem tardius superfluum
*restituat creditor id quod apud eum depositum est, ex mora
*etiam usuras debitori hoc nomine praestare cogendus est.
1b *Cum debitor gratuita pecunia utatur, potest creditor de fruc-
*tibus rei sibi pigneratae ad modum legitimum usuras reti-
2 *nere.* Quidquid creditor per fiduciarium seruum quaesi-
3 uit, sortem debiti minuit. Debitor creditori uendere fiduciam
non potest: sed alii si uelit uendere potest, ita ut ex pretio
eiusdem pecuniam offerat creditori, atque ita remancipatam
4 sibi rem emptori praestet. Si per suppositam personam cre-
ditor pignus suum inuito debitore comparauerit, emptio non
uidetur et ideo quandoque lui potest: ex hoc enim causa pi-

12, 6 = *Collatio* 10, 7, 6 || 12, 6a = *Dig.* 50, 16, 223 || 12, 7—11 = *Collatio* 10, 7, 7—11 || 13, 1a = *Dig.* 13, 7, 7 || 13, 1b = *Dig.* 20, 2, 8

5 et fructus] *Coll.*, fructus *codices* || 6 praestantur *Coll.*, postulantur *L*, postulentur *M* || 7 direptam *codices* || 9 eaque uti *Bluhme*, eam hanc quem (*em. in* que) *Coll.*[p], eamque *Coll.*[w] *Coll.*[v] || promisero *Coll.*[w] *Coll.*[v], commissero *Coll.*[p] || 11 postquam redemeris] redemeris postquam *Coll.*[p], redem. eam postquam *Coll.*[w], redem. eamque postquam *Coll.*[v], redem. post eam *Cuiacius* || perpetua *Coll.*[v], perpetuam *Coll.*[p], perpetuo *Coll.*[w] || 17 *rubricam* de lege commissoria, *quam codices inter* § 5 *et* 6 *inserunt, huic loco restituerunt edd.*

5 gnoris uel fiduciae finiri non potest. Si inter creditorem et
debitorem conuenerit, ut fiduciam sibi uendere non liceat,
non soluente debitore creditor denuntiare ei sollemniter pot-
est et distrahere: nec enim in tali conuentione fiduciae actio
nasci potest.

[DE LEGE COMMISSORIA]

6 Si creditor rem fiduciae datam uni ex heredibus uel ex-
traneo legauerit, aduersus omnes heredes actio fiduciae com-
7 petit. Si creditor rem fiduciariam fecerit meliorem, ob ea
recuperanda quae impendit iudicio fiduciae debitorem habe-
8 bit obnoxium. Nouissimus creditor priorem oblata pecunia,
quo possessio in eum transferatur, dimittere potest. sed et
prior creditor secundum creditorem, si uoluerit, dimittere
non prohibetur, quamquam ipse in pignore potior sit.

9 Seruus si mutuam pecuniam tempore seruitutis acce-
perit, ex ea obligatione post manumissionem conueniri non
potest.

[XIV DE VSVRIS]

1 Si pactum nudum de praestandis usuris interpositum sit,
nullius est momenti: ex nudo enim pacto inter ciues Roma-
2 nos actio non nascitur. Vsurae supra centesimam solutae sor-
3 tem minuunt, consumpta sorte repeti possunt. Traiecticia
pecunia propter periculum creditoris, quamdiu nauigat na-
4 uis, infinitas usuras recipere potest. Vsurae, quae centesi-
5 mam excedunt, per errorem solutae repeti possunt. Si quis
pignora debitoris citra auctoritatem iudicantis abduxerit,
5a uiolentiae crimen admittit. *Si tutor constitutus quos inue-
*nerit debitores non conuenerit ac per hoc minus idonei effi-
*ciantur, uel intra sex primos menses pupillares pecunias
*non collocauerit, ipse in debitam pecuniam et in usuras
6 *eius pecuniae quam non fenerauit conuenitur*. Tutor in
usuras non conuenitur, si pecuniam pupillarem ideo non col-

14, 5a = *Dig.* 26, 7, 15

4 in] ex *Cuiacius* || 10 quae *Sichardus*, quod *codices* || 11 priorem *L*, *om. M* || oblata pecunia quo *Cuiacius*, obligata pecunia a quo *dett.*, obligatam pecuniam quo *ML* || 16 ex *om.* $M^{a}L$

locauit, quod idonea nomina non habebat, cui pecunia collo-
cetur: cuius rei contestatio apud praesidem prouinciae de-
7 ponenda est. *Ob fenus pupillaris pecuniae per contumaciam
*non exercitum aut fundorum omissam comparationem tutor,
*si non ad damnum resarciendum idoneus est, extra ordinem
*coercebitur.*

[XV DE MANDATIS]

1 Ob subitam ualetudinem, ob necessariam peregrinatio-
nem, ob inimicitiam et inanes rei actiones integra adhuc cau-
2 sa mandati negotio renuntiari potest. Si meis nummis man-
dato tuo aliquid tibi comparauero, etsi rem postea accipere
nolis, mandati actio mihi aduersus te competit. non enim
tantum quod impensum est, sed *et* usuras eius consequi pos-
3 sum. Certo pretio rem iussus distrahere si minoris uendi-
derit, mandati iudicio pretii summa poterit integrari: uendi-
tionem enim dissolui non placuit.

[XVI PRO SOCIO]

Sicut lucrum, ita damnum inter socios communicatur: nisi quid culpa socii uel fraude euersum sit.

[XVII EX EMPTO ET VENDITO]

1 Venditor si eius rei quam uendidit dominus non sit,
pretio accepto auctoritatis manebit obnoxius: aliter enim non
2 potest obligari. Si res simpliciter traditae euincantur, tanto
uenditor emptori condemnandus est, quanto si stipulatione
3 pro euictione cauisset. Res empta mancipatione et traditione
perfecta si euincatur, auctoritatis uenditor duplo tenus obli-
4 gatur. Distracto fundo si quis de modo mentiatur, in duplo

14, 7 = *Dig.* 26, 7, 49 || 15, 1 *ex parte* = *Dig.* 17, 1, 24

1 pecunia collocentur *ML*, pecuniae collocentur *dett.* || 9 ob inanes rei actiones *L*, ob inanis rei actionem *M*, seu ob inanes rei actiones *Dig.* || integra adhuc *tuetur Interpretatio: secundum Inst.* 3, 26, 11 *Dig.* 17, 1, 23—25 *expectes* nec integra || 10 negotio *L*, negotium *M* || 12 non enim] *expectes* nec || 13 et *om. codices* || 16 enim *ML*, *om. dett.* || 26 duplo tenus *ML*, nullatenus *Vesontinus teste Cuiacio Obseru.* 21, 15 || 27 *ante* § 4 *codices inserunt rubricam* de modo || de modo *M*, de modo id est de spatio *L*, *cf. ad p.* 68, 1

eius quod mentitus est officio iudicis aestimatione facta con-
5 uenitur. Redhibitio uitiosi mancipii intra sex menses fieri
6 potest propter latens uitium. Si ut seruum quis pluris uen-
deret, de artificio eius uel de peculio mentitus est, actione ex
empto conuentus quanto minoris ualuisset emptori praestare
7 compellitur, nisi paratus sit eum redhibere. Ex die emptio-
nis, [si pars pretii numerata sit,] et fructus et operae *seruo-
rum* et fetus pecorum et ancillarum partus ad emptorem per-
8 tinent. Fundum alienum mihi uendidisti: postea idem ex
causa lucratiua meus factus est: competit mihi aduersum te
9 *ad* pretium recuperandum actio ex empto. Post rem tradi-
tam nisi emptor pretium statim exsoluat, usuras eius prae-
10 stare cogendus est. Mutus emere et uendere potest: furio-
11 sus autem neque uendere neque emere potest. Seruus bona
fide comparatus si ex ueteri uitio fugerit, non tantum pre-
tium dominus, sed *et* ea quae per fugam abstulit reddere
12(13) cogitur. Cum probatio prioris fugae defecerit, serui respon-
sioni credendum est: in se enim interrogari, non pro domino
13(14) aut in domin*um* uidetur. In eo contractu, qui ex bona fide
descendit, instrumentorum obl*a*tio sine causa desideratur, si
13ª quo modo u*eri*tas de fide contractus possit ostendi. *Instru-
*mentorum nomine ea omnia accipienda sunt, quibus causa
*instrui potest: et ideo tam testimonia quam personae instru-
14(15) *mentorum loco habentur.* Fundus eius esse uidetur, cuius
nomine comparatus est, non a quo pecunia numerata est, si
15(12) tamen fundus comparatori sit traditus. *Heredibus debitoris
*aduersus creditorem, qui pignora uel fiducias distraxit,
*nulla actio datur, nisi a testatore inchoata ad eos transmissa

17, 13ª = *Dig.* 22, 4, 1 || 17, 15 = *Consultatio* 6, 8

1 officio *L*, de modo id est de spatio *M* || 3 uitium *dett.*, uitio *ML* || 7 si pretium numeratum sit *Vesontinus teste Cuiacio Obseru.* 21, 15: *Huschke hoc comma, quod ad reliquum huius sententiae argumentum non quadrat* (*cf. u. g. Dig.* 19, 1, 13 §§ 10. 13. 18, 6, 7 *pr.*), *post* 10 factus est *transposuit* || seruorum *Cuiacius*, eius *codices* || 10 conpetet *M* || 11 ad *om. codices* || 14 bona fide *dett.*, bonus fide *L*, bonus de *M* || 16 dominus] *expectes* prior dominus *uel* uenditor || et *om. codices* || per *dett.*, in *ML* || 17 cogitur *L*, cogetur *M* || 19 in domino *codices* || 20 oblatio *Cuiacius*, obligatio *codices* || desideratur *L*, demonstratur *M* || 21 ueritas *Cuiacius*, uoluntas *codices*

16 *sit.* Electo reo principali fideiussor uel heres eius libera-
tur. non *idem* in mandatoribus obseruatur.

### [XVIII DE LOCATO ET CONDVCTO]

1 Homo liber, qui statum suum in potestate habet, et peio-
*rem* eum et meliorem facere potest: atque ideo operas suas
2 diurnas nocturnasque locat. Fundi deterioris facti et cul-
turae non exercitatae et aedificiorum non refectorum culpa
3 arbitrio iudicis domino a conductore sarciri potest. *Domi-
*nus horreorum effractis et compilatis horreis non tenetur,
*nisi custodiam eorum recepit: serui tamen eius cum quo
*contractum est propter aedificiorum notitiam in quaestionem
4 *peti possunt. In conducto fundo si conductor sua opera ali-
*quid necessario uel utiliter auxerit uel aedificauerit uel in-
*stituerit, cum id non conuenisset, ad recipienda ea quae
*impendit ex conducto cum domino fundi experiri potest.
5 *Qui contra legem conductionis fundum ante tempus sine
*iusta ac probabili causa deseruerit, ad soluenda*s* totius tem-
*poris pensiones ex conducto conueniri potest, quatenus loca-
*tori in id quod eius interest indemnitas seruetur.*

### [XIX DE NVPTIIS]

1 Sponsalia tam inter puberes quam inter impuberes con-
2 trahi possunt. Eorum qui in potestate patris sunt sine uo-
luntate eius matrimonia iure non contrahuntur, sed contracta
non soluuntur: contemplati*o* enim publicae utilitatis priua-
3 torum commod*is* praefe*r*tur. *Inter parentes et liberos iure
*ciuili matrimonia contrahi non possunt: nec filiam sororis

---

18, 3—5 = *Dig.* 19, 2, 55 || 19, 3—5 *Collatio* 6, 3

---

2 idem *Cuiacius*, enim *codices* || 3 *Schulting ad hunc titulum rettulit Legem Rom. Burgund.* 35: arra pro quibuscumque rebus a uenditore accepta ab eo qui emit uenditionem perfectam esse. pretium tamen postmodum emptor uenditori impleturus (emptore uenditori impleturo *Huschke*), si aut inter ipsos conuenerit aut uirorum bonorum aestimatione constiterit, secundum speciem Pauli || 4 peiorem *dett.*, peiorare *L*, periurare *M* || 5 eum *M*, *om. L* || 6 deteriores *M* || 7 exercitati *M* || culpa *dett.*, culpam *ML* || 17 soluenda *F* || 22 sunt sine *M*, *om. L* || 23 eius *M*, patris *L* || iure non *M*, iure *L*[b], *om. L*[a] || 24 contemplatio . . . 25 commodis praefertur *Sichardus*, contemplatione . . . commoda praeferuntur *codices* || 25 iure ciuili *ante* 26 nec *collocat Huschke*

*aut neptem uxorem ducere *possumus*: proneptem aetatis
4 *ratio prohibet. Adoptiua cognatio impedit nuptias inter pa-
*rentes ac liberos omnimodo, inter fratres eatenus, quatenus
5 *capitis minutio non interuenit. Nec socrum nec nurum *nec*
*priuignam nec nouercam aliquando citra poenam incesti
*uxorem ducere licet, sicut nec amitam aut materteram. sed
*qui uel cognatam contra interdictum duxerit, remisso mu-
*lieri iuris errore ipse poenam adulterii lege Iulia patitur,
6 *non etiam ducta.* Inter seruos et liberos matrimonium con-
7 trahi non potest, contubernium potest. Neque furiosus neque
furiosa matrimonium contrahere possunt: sed contractum
8 matrimonium furore non tollitur. Vir absens uxorem ducere
9 potest: femina absens nubere non potest. Libertum, qui ad
nuptias patronae uel uxoris filiaeque patroni adfectauerit, pro
dignitate personae metalli poena uel operis publici coerceri
10 placuit. *Si quis officium in aliqua prouincia administrat,
*inde oriundam uel ibi domicilium habentem uxorem ducere
*non potest, quamuis sponsare non prohibeatur: ita scilicet,
*ut, si post officium depositum noluerit mulier nuptias contra-
*here, liceat ei hoc facere arris tantummodo redditis qu*a*s
11 *acceperat. Veterem sponsam in prouincia, qua quis admi-
*nistrat, uxorem ducere potest, et dos data non fit caduca.
12 *Qui in prouincia aliquid administrat, in ea prouincia filias
*suas in matrimonium collocare et dotem constituere non pro-
13 *hibetur. Non est matrimonium, si tutor uel curator pupil-
*lam suam intra uicesimum et sextum annum non despon-
*sam a patre nec testamento destinatam ducat uxorem uel
*eam filio suo iungat: quo facto uterque infamatur et pro di-
*gnitate pupillae extra ordinem coercetur: nec interest, filius
14 *sui iuris an in patris potestate sit. Curatoris libertum eam
*pupillam, cuius patronus res administrat, uxorem ducere
*satis inciuile est.*

### [XX DE CONCVBINIS]

1 Eo tempore, quo quis uxorem habet, concubinam habere
non potest. concubina igitur ab uxore solo dilectu separatur.

19, 3—5 = *Collatio* 6, 3 || 19, 10—12 = *Dig.* 23, 2, 38 || 19, 13. 14 = *Dig.* 23, 2, 66

1 possumus] non possumus *codices* || 4 nec priuignam] priuignam *codices* || 7 qui uel *Coll.*[w], uel qui *Coll.*[v], uel *Coll.*[p] || 20 quos *F* || 26 desponsam *F*[1], desponsatam *F*[2] || 34 concubina *ML* || 35 *ante* concubina igitur *nonnulla intercidisse monuit Huschke*

2 *Concubinam ex ea prouincia, in qua quis aliquid adminis-
*trat, habere potest.*

[XXIA *DE MVLIERIBVS QVAE SE SERVIS ALIENIS IVNXERINT VEL AD *SENATVS CONSVLTVM CLAVDIANVM]

1 *Si mulier ingenua ciuisque Romana uel Latina alieno se
*seruo coniunxerit, si quidem inuito et denuntiante domino in
2 *eodem contubernio perseuerauerit, efficitur ancilla. Si seruo
*pupilli ingenua mulier se coniungat, denuntiatione tutoris
3 *efficitur ancilla. Mulier et si . . . . . , tamen ei quae se seruo
4 *iunxerit denuntiando adquirit ancillam. Procurator et filius
*familias et seruus iussu patris aut domini denuntiando faci-
5 *unt ancillam. Si peculiari seruo filii familias libera se mu-
*lier coniunxerit, nulla dis*quisit*ione paternae uoluntatis iure
6 *sollemni decurso adquiret ancillam. Liberta sciente patrono
*alieni serui secuta contubernium eius qui denuntiauit effi-
7 *citur ancilla. Liberta si ignorante patrono seruo se alieno
*coniunxerit, ancilla patroni efficitur ea condicione, ne ali-
8 *quando ab eo ad ciuitatem Romanam perducatur. Filii fa-
*milias seruo, quem ex castrensi peculio habet, si se inge-
*nua mulier coniunxerit, eius denuntiatione efficitur ancilla.
9 *Filia familias si inuito uel ignorante patre seruo alieno se
*iunxerit, etiam post denuntiationem statum suum retinet,
*quia facto filiorum peior condicio parentum fieri non potest.
10 *Filia familias si iubente patre inuito domino serui alieni
*contubernium secuta sit, ancilla efficitur, quia parentes de-
11 *teriorem filiorum condicionem facere possunt. Liberta serui
*patroni contubernium secuta etiam post denuntiationem in
*eo statu manebit, quia domum patroni uidetur deserere no-
12 *luisse. Errore quae se putauit ancillam atque ideo alieni
*serui contubernium secuta est, *si* postea liberam se sciens
13 *in contubernio eodem perseuerauerit, efficitur ancilla. Si
*patrona seruo liberti sui se coniunxerit, etiam denuntia-
14 *tione conuentam ancillam fieri non placuit. Mulier ingenua,

20, 2 = *Dig.* 25, 7, 5 || 21A *ex Vesontino restituit Cuiacius Obseru.* 21, 16

9 si * tamen *Cuiacius: perierunt fere* sub tutela sit *(sic Puchta) uel* tutorem habeat || 13 disquisitione *Huschke,* discione *Vesont.* || 14 adquiret] filius adq. *scr.* || 30 si *Rittershusius, om. Vesont.*

*quae se sciens seruo municipum iunxerit, etiam citra de-
*nuntiationem ancilla efficitur: non item, si nesciat. nescisse
*autem uidetur, quae comperta condicione contubernio se
15 *abstinuit, aut libertum putauit. Libera mulier contuber-
*nium eius secuta, qui plures dominos habuit, eius fit ancilla,
16 *qui prior denuntiauit, nisi forte ab omnibus factum sit. Si
*mater seruo filii se iunxerit, non tollit senatus consultum
*Claudianum erubescendam matris etiam in re turpi reue-
*rentiam exemplo eius, quae se seruo liberti sui coniunxerit.
17 *Tribus denuntiationibus conuenta etsi ex senatus consulto
*facta uideatur ancilla, domino tamen adiudicata citra aucto-
*ritatem interpositi per praesidem decreti non uidetur: ipse
18 *enim debet auferre qui dare potest libertatem. Filia fami-
*lias mortuo patre si in serui contubernio perseuerauerit,
*pro tenore senatus consulti Claudiani conuenta efficitur an-
*cilla.*

### [XXI B DE DOTIBVS]

1 Dos aut antecedit aut sequitur matrimonium, et ideo uel
ante nuptias uel post nuptias dari potest: sed ante nuptias
1[a] data earum expectat aduentum. *Mutus surdus caecus dotis
1[b] *nomine obligantur, quia et nuptias contrahere possunt. Ma-
*nente matrimonio non perditurae uxori ob has causas dos
*reddi potest: ut sese suosque alat, ut fundum idoneum
*emat, ut in exsilium uel in insulam relegato parenti prae-
*stet alimonia, aut ut egentem uirum, fratrem sororemue
*sustineat.*

2 Lege Iulia de adulteriis cauetur, ne dotale praedium
maritus inuita uxore alienet.

### [XXII DE PACTIS INTER VIRVM ET VXOREM]

1 Fructus fundi dotalis constante matrimonio percepti lucro
mariti cedunt, etiam pro rata anni eius, quo factum est diuor-
2 tium. Omnibus pactis stipulatio subici debet, ut ex stipu-
latu actio nasci possit.

21 B, 1[a]. 1[b] = *Dig.* 23, 3, 73

2 item *Arndts*, idem *Vesont.* || 25 uirum] filium ex alio uiro *Mommsen*

[XXIII DE DONATIONIBVS INTER VIRVM ET VXOREM]

1 Mortis causa donatio est, quae impendentis metu mortis
fit, ut ort*u* ualetudinis peregrinationis nauigationis uel belli.
2 Manumissionis gratia inter uirum et uxorem donatio fauore
libertatis recepta est, *uel* certe quod nemo ex hoc fiat locu-
pletior: ideoque seruum manumittendi causa inuicem sibi
3 donare non prohibentur. Inter uirum et uxorem nec per in-
4 terpositam personam donatio fieri potest. Inter uirum et uxo-
rem contemplatione donationis imaginaria uenditio contrahi
5 non potest. Superstite eo qui matrimonii tempore donaue-
rat, ante decedente cui fuerat donatum, id quod donatum est
penes donatorem remanet. *quod si simul tam is cui donatum
*est quam is qui donau*it decess*erit, quaestionis decidendae
*gratia magis placuit ualere donationem, quod donator non su-
6 *peruiuat, qui rem condicere possit.* Quocumque tempore
contemplatione mortis inter uirum et uxorem donatio facta
7 est, morte secuta conualescit. *Si quis uxori ea condicione
*donauit, ut quod donauit in dotem accipiat, defunct*o* eo do-
*natio conualescit.*

[XXIIIA]

*Mulier si in rem uiri damnum dederit, pro tenore legis *Aquiliae conuenitur.*

[XXIV DE LIBERIS AGNOSCENDIS]

1 Si serua conceperit et postea manumissa pepererit, libe-
2 rum *parit*. Si libera conceperit et ancilla facta pepererit,
3 liberum parit: id enim fauor libertatis exposcit. Si ancilla
conceperit et medio tempore manumissa sit, rursus facta an-

23, 5 = *Dig.* 34, 5, 8 || 23, 7 = *Dig.* 24, 1, 59 || 23A = *Dig.* 9, 2, 56

2 impendentis metu *Huschke*, inpendente metu *M*, inpendentis *L* || 3 ortu *dubitanter scripsi*, ort *M*, est *L* || 5 uel *Sichardus*, uelut *codices* || quod *M*, quidem *L* || ex *M*, *om. L* || 7 prohibentur *dett.*, prohibitur *M*, prohibetur *L* || 10 superstite *sqq.*] si inter uirum et uxorem donatio facta fuerit, priore defuncto cui donatum est ad eum res redit qui donauerit *Dig.*, *ubi sequuntur quae supra inde a u.* 12 *suppleuimus* || 13 donauit decesserit *Studemund*, donauerit *F* || 18 defuncti *F* || 25 parit] parit id enim fauor libertatis extorsit *codices* (*ex u.* 26)

cilla pepererit, liberum parit: media enim tempora libertati
4 prodesse, *non* nocere possunt. Ex ea muliere natus, quae ex
causa fideicommissi manumitti debuit, si p*ost* moram liber-
5 tati factam nascatur, ingenuus nascitur. Si mulier diuortio
facto grauidam se sciat, intra tricensimum diem uiro denun-
tiare debet uel patri eius, ut ad uentrem inspiciendum ob-
seruandumque custodes mittant: †quo omisso partum mulieris
6 omnimodo coguntur agnoscere. Si praegnantem se *esse* mu-
lier non denuntiauerit uel custodes uentris missos non ad-
miserit, liberum est patri uel auo natum non alere. ceterum
neglegentia matris, quo minus su*us* patri heres sit, obesse
7 non debet. Si mulier se ex uiro praegnantem neget, permit-
8 titur marito uentrem inspicere et uentri custodes dare. Ven-
ter inspicitur per quinque obstetrices, et quod maxima pars
9 earum denuntiauerit, pro uero habetur. Obstetricem, quae
partum alienum attulit, ut supponi possit, summo supplicio
10 adfici placuit. *Necare uidetur non tantum is qui partum
*p*rae*focat, sed et is qui abicit et qui alimonia denegat et is
*qui publicis locis misericordiae causa exponit, quam ipse
*non habet.*

[XXIV A]

1 *Adoptare quis nepotis loco potest, etiam si filium non
2 *habet. Eum, quem quis adoptauit, emancipatum uel in
*adoptionem datum iterum non potest adoptare.*

[XXV QVEMADMODVM FILII SVI IVRIS EFFICIVNTVR]

1 Pater ab hostibus captus desinit habere filios in pote-
state: postliminio reuersus tam filios quam omnia sui iuris
in potestatem recipit, ac si numquam ab hostibus captus sit.
2 Singulae mancipationes uel isdem uel aliis testibus fieri pos-
3 sunt, uel eodem die uel intermisso tempore. Emancipatio

24, 10 = *Dig.* 25, 3, 4 ‖ 24A = *Dig.* 1, 7, 37

2 non *scripsi*, non enim *codices* ‖ 3 si post m. libertati factam *Cuiacius*, si per m. libertatis facta *L*, si m. libertati factam *M* ‖ 7 quo omisso *dett.*, omisso *ML*, quibus missis *Sichardus secutus Interpretationem, sed contra Dig.* 25, 3, 1, 11 ‖ 8 omnimodis *codices* ‖ mulier esse *codices* ‖ 11 suus *Sichardus*, suo *codices* ‖ 18 perfocat *F* ‖ 26 desinit *dett.*, desinet $M^b$*L*, desenet $M^a$ ‖ 29 § 2 *om.* *M*

4 etiam die feriato fieri potest. Apud magistratus municipa-
les, si habeant legis actionem, emancipari et manumitti po-
5 test. Filius familias inuitus emancipari non cogitur.

[XXVI DE ADVLTERIIS]

1 *Capite secundo legis Iuliae de adulteriis permittitur pa-
*tri tam adoptiuo quam naturali adulterum cum filia cuius-
*cumque dignitatis domi suae uel generi sui deprehensum sua
2 *manu occidere. Filius familias pater si filiam in adulterio
*deprehenderit, uerbis quidem legis prope est, ut non possit
3 *occidere: permitti tamen ei debet, ut occidat. Capite quinto
*legis Iuliae cauetur, ut adulterum deprehensum uiginti horas
4 *attestando uicinos retinere liceat. Maritus in adulterio de-
*prehensos non alios quam infames et eos qui corpore quaes-
*tum faciunt, seruos etiam, excepta uxore quam prohibetur,
5 *occidere potest. Maritu*m*, qui uxorem deprehensam cum
*adultero occidit, quia hoc impatientia iusti doloris admisit,
6 *lenius puniri placuit. Occiso adultero dimittere statim ma-
*ritus debet uxorem atque ita triduo proximo profiteri, cum
7 *quo adultero et in quo loco uxorem deprehenderit.* In-
uenta in adulterio uxore maritus ita demum adulterum occi-

**26**, 1—6 *restitutae sunt ex Vesontino* (*Cuiacii Obseru.* 21, 18) *et Vaticano reg.* 1050, *in quo leguntur post* § 17 *praemissa unicuique sententiae uoce* Interpretatio: 26, 1. 2. 4—6 = *Collatio* 4, 12 || 26, 7. 8 = *Collatio* 4, 12, 6. 7

4 *numerus tituli* XXXVII *apud Cuiacium Obseru.* 21, 17 *errore pro* XXVII (*computato scilicet titulo* de modo 2, 17, 4) *scriptus est* || 5 secundum legem *Vatic.* || 6 cuicumque *Vatic.*, cuiusque *Coll.* || 7 sui *Coll.*, *om. Vesont. Vatic.* || sua manu *Coll.*, *om. Vesont. Vatic.* || 8 filius] filia *Vatic.* || si in adulterio filia *Vatic.* || 9 uerbis . . . est *om. Vatic.* || ut non] uel *Vatic.* || 10 permitti t. ei debet *Vesont. Vatic.*, permittitur tamen etiam ei *Coll.* || capite *Vatic. et Vesont. secundum Cuiacii editionem* 1586, rursusque capite *Vesont. secundum Cuiacii Obseru.* 21, 18 || 11 horas *Vatic.*, horis *Vesont.* || 12 adtestandos *Vatic.* || deprehensus *Vatic. Coll.*[w] *Coll.*[v] || 13 quae infamis *Vatic.* || 14 seruus *Vatic.* || etiam *Vesont.*, item *Vatic.*, etiam et liberos *Coll.* || quam p. o. potest] non prohibitur occidere *Vatic.* || 15 maritus *Vatic. Coll.*, *de Vesont. non constat* || deprehensa *Vatic.* || 16 adulterio *Vatic.* || 17 lenius *Vesont.*? *Coll.*, leuius *Vatic.* || maritus statim dimittere *Vatic.*, *de Vesont. non constat* || 19 inuenta in ad. uxore (inuentam ad. uxorem *Coll.*[P]) maritus (-tum *Coll.*[w]) ita demum adulterum maritus (-tum *Coll.*[w]) occidere potest si eum *Coll.*, inuentam in ad. uxorem (-re *L*) maritus ita demum occidere potest, si adulterum *Wisigothi*

8 dere potest, si eum domi suae deprehendat. Eum, qui in
adulterio deprehensam uxorem non statim dimiserit, reum
9 lenocinii postulari placuit. *Serui uero tam mariti quam
*uxoris in causa adulterii torqueri possunt, nec his libertas
10 *sub specie impunitatis data ualebit. Duos uno tempore
*uxoris adulteros accusari posse sciendum est: plures uero
11 *non posse. Cum his, quae publice mercibus uel tabernis
12 *exercendis procurant, adulterium fieri non placuit. Qui
13 *masculum liberum inuitum stuprauerit, capite punitur. Qui
*uoluntate sua stuprum flagitiumque impurum patitur, di-
*midi*a* part*e* bonorum suorum multatur, nec testamentum ei
14 *ex maiore parte facere licet. Adulterii conuictas mulieres
*dimidia parte dotis et tertia parte bonorum ac relegatione
*in insulam placuit coerceri: adulteris uero uiris pari in in-
*sulam relegatione dimidiam bonorum partem auferri, dum-
15 *modo in diuersas insulas relegentur. Incesti poenam, quae
*in uiro in insulam deportatio est, mulieri placuit remitti:
*hactenus tamen, quatenus lege Iulia de adulteriis non ap-
16 *prehenditur. Ancillarum sane stuprum, nisi deteriores fiant,
17 *aut per eas ad dominam adfectet, citra noxam habetur.* In
causa adulterii dilatio postulata impertiri non potest.

## [XXVII DE EXCVSATIONIBVS TVTORVM]

1 Inimicitiae capitales, quas quis cum patre defuncto habuit, a tutelis excusant, ne paterno inimico pupillus commit-

---

26, 8. 9 = *Collatio* 4, 12, 7. 8 || 26, 10—12 *ex Vesontino et Vatic. reg.* 1050 *restitutae sunt* (*in Vatic. singulis sententiis praemittitur* Interpretatio): 26, 12 = *Collatio* 5, 2, 1 || 26, 13 = *Collatio* 5, 2, 2: *extat etiam in quodam exemplo editionis Cuiacii* 1566 *a nescio quo adscripta* (*cf. Haubold Opuscula* 2 *p.* 915) *praemissis his* ex Paulli lib. sent. tit. XXXVII (*cf. ad* 75, 4) lege Iulia adulterii || 26, 14—16 *ex Vesontino et Vaticano reg.* 1050 *restitutae sunt* (*in Vaticano ante* 16 adulterii *et* 18 adulteris *et* 20 incesti *additur* Interpretatio) || 26, 17 *cf.* 1, 12, 9

---

2 dimiserit *Coll.*, dimisit *Wisigothi* || 5 specie] spe *Pithoeus* || 6 uxores ad. accusare *Vatic.* || 7 taberne *Vatic.* || 9 struprauerit *Vatic.* || punitur *Vesont.*, puniatur *Vatic.* $Coll.^{w}$ $Coll.^{v}$, punietur $Coll.^{p}$ || 10 dimidiam partem *codices* || 13 dimidiam partem *Vatic.* || terciam partem *Vatic.* || ac rel. in insulam *Vesont.*, in insule et rel. *Vatic.* || 14 in insule *Vatic.* || 16 relegantur *Vatic.* || quae in uiro in ins. dep. est *Vesont.*, in ins. dep. uiro *Vatic.* || 18 adprehendit *Vatic.* || 19 sane *om. Vatic.* || 20 ad domini iniuriam adfectetur *scr.* || citra *Vesont.*, ea tra *Vatic.* || 23 defuncto $L^{b}$, defunctum $L^{a}$, defunctorum *M*

2 tatur. Ad curam eius, cuius quis tutelam administrauit,
3 inuitus uocari non potest. *Quinquaginta dierum spatium
*tantummodo ad contestandas excusationum causas pertinet:
*peragendo enim negotio ex die nominationis continui quat-
4 *tuor menses constituti sunt. Post susceptam tutelam caecus
*aut surdus aut mutus aut furiosus aut ualetudinarius depo-
5 *nere tutelam potest. Paupertas, quae operi et oneri tutelae
6 *impar est, solet tribuere uacationem. Pro t ——————
*ut est Latinus Iuni*anus* —————————— *codic*illis ad tes-
*tamentum non pertinen*tibus* ——————————.*

[XXVIII DE POTIORIBVS NOMINANDIS]

1 Non recte potiorem uidetur nominare, qui causam nomi-
2 nati potioris non expresserit. Potior quis esse debet non so-
3 lum gradu generis, sed et substantia rei familiaris. *Amicos
*appellare debemus non leui notitia coniunctos, sed quibus
*fuerint in iura cum patre familias honestis familiaritatis
*quaesita rationibus.*

[XXIX QVI POTIORES NOMINARE NON POSSVNT]

Libertus, quem pater tutorem dedit, si minus idoneus dicatur, excusari quidem non potest, sed adiungi illi curator potest.

[XXX AD ORATIONEM DIVI SEVERI]

Dolo tutoris curatorisue detecto in duplum eius pecuniae condemnatione conueniuntur, qua minorem fraudare uoluerunt.

[XXXA]

*Postumo tutor datus non nato postumo neque tutelae, *quia nullus pupillus est, neque negotiorum gestorum iudicio

27, 3 = *Dig.* 27, 1, 38 || 27, 4. 5 = *Dig.* 27, 1, 40 || 27, 6 = *Vat.* 172 || 28, 3 = *Dig.* 50, 16, 223, 1 || 30A = *Dig.* 27, 3, 24

5 caecus] factus *addit Mommsen* || 12 nominati *dett.*, nominatim *L*, *deficit M* || 16 in iura . . . familiaritatis] uincula cum p. f. familiaritatis honestis *Mommsen* || 18 potiores *L*, potior *M* || nominare *dett.*, nominari *ML* || possunt *L*, possit *M* || 28 est $F^1$, est neque pro tutore quia nulla significatio est $F^2$

*tenetur, quia administrasse negotia eius qu*i* natus non esset *non uidetur: et ideo utilis in eum actio dabitur.*

[XXXI DE FVRTIS]

1 2 Fur est qui dolo malo rem alienam contrectat. Furto-
rum genera sunt quattuor: manifesti, nec manifesti, con-
cepti et oblati. manifestus fur est qui in faciendo deprehen-
sus est et qui intra terminos eius loci, unde quid sustulerat,
deprehensus est, uel antequam ad eum locum quo destinaue-
rat peruenerit. nec manifestus fur est qui in faciendo qui-
dem deprehensus non est, sed eum furtum fecisse negari non
3 potest. Concepti actione is tenetur, apud quem furtum quae-
situm et inuentum est. oblati actione is tenetur, qui rem
4 furtiuam alii obtulit, ne apud se inueniretur. Furti actione
5 is agere potest, cuius interest rem non perdidisse. Concepti
is agere potest, qui rem concepit et inuenit. oblati is agere
6 potest, penes quem res concepta et inuenta est. Manifesti
furti actio et nec manifesti et concepti et oblati heredi qui-
7 dem competit, sed in heredem non datur. Seruus, qui fur-
tum fecerit damnumue dederit, nisi id pro sui quantitate
8 dominus sarcire sit paratus, noxae dedi potest. Si seruus
furtum fecerit, deinde manumissus sit aut alienatus, cum
ipso manum*i*ss*o* uel emptore agi potest: noxa enim caput
9 sequitur. Filius familias si furtum fecerit, deinde emancipe-
tur, furti actio in eum datur, quia in omnibus noxa caput
10 sequitur. Non tantum qui furtum fecerit, sed etiam is, cuius
op*e* aut consilio furtum factum fuerit, furti actione tenetur.
11 *Rei hereditariae, antequam ab herede possideatur, furtum
12 *fieri non potest.* [Qui meretricem libidinis causa rapuit

31. 1—5 = *Collatio* 7, 5, 2—6 || 31, 7. 8 *cf. Edictum Theoderici* 117. 120 *Lex Rom. Burgund.* 15 || 31, 11 *ex Vesontino restituit Cuiacius Obseru.* 21, 19

1 qui] quia *F* || 4 dolo malo *om. Coll.* || 7 quid (*sic dett.*, quis *ML*) sustulerat deprehensus *Wisigothi*, furatus est comprehensus *Coll.* || 9 est fur *Coll.* || rapiendo *Coll.* || 10 comprehensus *Coll.* || furtum *om. Coll.* || 11 is *om. Coll.* || quaesitum . . . 12 est] est inuentum *Coll.* || 14 cuius *Coll.*, cui *ML* || concepti is] conceptiua autem *Coll.* || 15 et] id est *Huschke* || is *om. Coll.* || 16 et *om. Coll.*, id est *Huschke* || 18 qui *M*, si *L* || 22 manumisso *Cuiacius*, manumissore *codices* || enim *dett.*, *om. ML* || 26 ope *Cuiacius*, opera *codices* || 28 § 12 *Pauli non esse uidit Cuiacius, cf.* § 31 *et Dig.* 47, 2, 39

13 et celauit, eum quoque furti actione teneri placuit.] Furti
manifesti actio praeter quadrupli poenam ipsius rei persecu-
14 tionem genere uindicationis et condictionis continet. Furti
concepti actio †aduersus eum qui obtulit tripli est poena et
15 ipsius rei repetitio. Furti quocumque genere condemnatus
16 famosus efficitur. Quaecumque in caupona uel in meritorio
stabulo diuersorioue perierint, in exercitores eorum furti
17 actio competit. *Si res uendita ante traditionem subrepta
*sit, emptor et uenditor furti agere possunt: utriusque enim
18 *interest rem tradi uel tradere. Si quid in naue rateue peri-
19 *erit, furti actio in exercitorem nauis datur.* Rem pignori
datam debitor creditori subtrahendo furtum facit: quam si
20 et ipse similiter amiserit, suo nomine persequi potest. Pater
uel dominus de ea re, quae filio familias uel seruo subrepta
est, furti agere potest: interest enim ei deferri actionem,
21 qui de peculio conuenitur. Si rem, quam tibi commendaui,
postea subripui, furti actio competere tibi non poterit: rei
22 enim nostrae furtum facere non possumus. *Qui furtum
*quaesiturus est, antequam quaerat, debet dicere, quid quae-
23 *rat, et rem suo nomine et sua specie designare.* Si, cum
furtum quis quaerit, damnum iniuriae dederit, actione legis
24(25) Aquiliae tenebitur. Siue seges per furtum siue quaelibet ar-
bores caesae sint, in duplum eius rei nomine reus conuenitur.
25(24) Ob indicium comprehendendi furis praemium promissum iure
26 debetur. *Si seruum communem quis furatus sit, socio quo-
27 *que actio furti dabitur. Qui pro derelicto rem iacentem
*occupauit, furtum non committit, tametsi a domino *non* dere-
28 *linquendi animo relicta *sit*. Si seruus furtum fecerit cum do-
*mino, praeter rei condictionem furti actio in dominum da-
29 *tur. Fullo et sarcinator, qui polienda uel sarcienda uesti-
*menta accepit, si forte his utatur, ex contrectatione eorum

31, 15 = *Collatio* 5, 5, 1 || 31, 17. 18 *ex Vesontino restituit Cuiacius l. c.* || 31, 22. 26—28 *ex Vesontino restituit Cuiacius l. c.* || 31, 29—31 = *Dig.* 47, 2, 83 *pr.* § 1. 2: *Cuiacius eas hoc loco in Vesontino inuenit, attamen in restituendis eis non uidetur nisi Digestis usus esse*

2 quadrupli poenam praeter *Huschke* || 4 concepti] *secundum ea quae sequuntur et Interpretationem expectes* oblati: *latius tamen mendum latere suadet ipsius rei repetitio, quae non potest ei competere, apud quem furtum conceptum est* || 5 damnatus *Coll.* || 27 non *om. Vesontinus* || 28 relicta sit *duce Huschkio scripsimus*, relictam *Vesontinus*

*furtum fecisse uidetur, quia non in eam causam ab eo ui-
30 *dentur accepta. Frugibus ex fundo subreptis tam colonus
*quam dominus furti agere possunt, quia utriusque interest
31 *rem persequi. Qui ancillam non meretricem libidinis causa
*subripuit, furti actione tenebitur, et si suppressit, poena
32 *legis Fabiae coercetur.* Qui tabulas cautionesue subripuit,
in adscriptam summam furti actione tenebitur: nec interest,
cancellatae nec ne sint, quia ex his debitum dissolutum in-
33 terest comprobari. *Qui seruo fugae consilium dedit, furti
34 *quidem actione non tenetur, sed serui corrupti. Res sub-
*repta si in domini potestatem reuersa sit, cessat furti actio.
35 *Qui furandi animo conclaue effregit uel aperuit, sed nihil
*abstulit, furti actione conueniri non potest, iniuriarum potest.
36 *Qui rem suam furatur, ita demum furti actione non tene-
37 *tur, si alteri ex hoc non noceatur.* Seruus, qui in fuga
est, a domino quidem possidetur, sed dominus furti actione
eius nomine non tenetur, quia in potestate eum non habet.

[XXXII DE OPERIS LIBERTORVM]

Egentem patronum libertus obligatione doni muneris et operarum solutus alere cogendus est pro modo facultatum suarum.

31, 29—32 = *Dig.* 47, 2, 83, *cf. ad p.* 79 || 31, 33—36 *Cuiacius l. c. ex Vesontino restituit* || 31, 37 *cf. Lex Rom. Burgund.* 15

3 possit *F*ª *Cuiacius* || 7 interest] refert *Dig.* || 8 cancellatae *dett. cum Dig.*, cancancellatae *M*ª, an cancellatae *M*ᵇ, hanc ancillate *L* || quia *dett. Dig.*, qua *M*, quae *L* || debitum magis solutum esse comprobari potest *Dig.* || 11 furti actio] *expectes* condictio furtiua

# LIBER TERTIVS

[1A]

1 *Quotiens is, cui bonorum possessio ab altero postulata
*est, furere coeperit, magis probatum ratum eum uideri ha-
*buisse: rati enim habitio ad confirmationem prioris postu-
2 *lati pertinet. Si is, cui ignoranti petita est bonorum posses-
*sio, decesserit, heres eius intra tempora petitionis ratam
*eam habere non potest.*

[I DE CARBONIANO EDICTO]

Si fratri puberi controuersia fiat, an pro parte impuberis differri causa debeat, uariatum est: sed magis est, ut differri non debeat.

[II DE BONIS LIBERTI]

1 In bonis liberti prior est patronus quam filius alterius
patroni, itemque prior est filius patroni quam nepos alte-
2 rius patroni. Libertus duos patronos heredes instituit: alter
eorum uiuo liberto moritur: is qui superest contra tabulas
3 testamenti bonorum possessionem recte postulat. Liberto-
rum hereditas in capita, non in stirpes diuiditur: et ideo si
unius patroni duo sint liberi et alterius quattuor, singuli
4 uiriles (id est aequales) portiones habebunt. Patronus uel
patroni liberi ex parte dimidia heredes instituti aes alienum
5 liberti pro portionibus exsoluere coguntur. *Sicut testa-
*mento facto decedente liberto potestas datur patrono uel
*libertatis causa imposita petere uel partis bonorum posses-
*sionem, ita et cum intestato decesserit, earum rerum electio
6 *ei manet. Liberto per obreptionem adrogato ius suum pa-
*tronus non amittit.*

---

1A, 1 = *Dig.* 37, 1, 16 || 1A, 2 = *Dig.* 46, 8, 7 || 2, 5 = *Dig.* 37, 14, 20 || 2, 6 = *Dig.* 38, 2, 49

---

4 uideri] *expectes* non uideri, *cf. Dig.* 29, 2, 48 || 10 si . . . impuberis] *expectes* si fratribus puberi et impuberi controuersia fiat, an pro parte puberis *(similiter Cuiacius)* || 16 duos patronos *tuetur Interpretatio, requiritur fere* qui duos patronos habuit, extraneos

[III DE LEGE FABIANA]

Ea, quae in fraudem patroni a liberto quoquo modo alienata sunt, Fabiana formula tam ab ipso patrono quam a liberis eius reuocantur.

[IVA DE TESTAMENTIS]

1 Testamentum facere possunt masculi post impletum quar-
2 tum decimum annum, feminae post duodecimum. Spadones
eo tempore testamentum facere possunt, quo plerique pu-
3 bescunt, id est annorum decem et octo. Filius familias, qui
militauit, de castrensi peculio tam communi quam proprio
iure testamentum facere potest. castrense enim peculium est
quod in castris adquiritur uel quod proficiscenti ad militiam
4 datur. Caecus testamentum facere potest, quia *ac*cire po-
test adhibitos testes et audire sibi testimonium perhiben-
4a tes. *Qui manus amisit, testamentum facere potest, quamuis
5 *scribere non possit.* Furiosus tempore intermissi furoris
6 testamentum facere potest. *Et mulieri, quae luxuriose ui-
7 *uit, *bonis* interdici potest.* Moribus per praetorem bonis in-
terdicitur hoc modo: QVANDO TIBI BONA PATERNA AVITAQVE NEQVI-
TIA TVA DISPERDIS LIBEROSQVE TVOS AD EGESTATEM PERDVCIS, OB
8 EAM REM TIBI *EA* RE COMMERCIOQVE INTERDICO. Qui ab hostibus
captus est, testamentum quasi seruus facere non potest. sane
ualet testamentum id quod ante captiuitatem factum est, si
reuertatur, iure postliminii, aut si ibidem decedat, beneficio
legis Corneliae, qua lege etiam legitimae tutelae heredita-
9 tesque firmantur. In insulam relegatus et in opus publicum
ad tempus damnatus, quia retinent ciuitatem, testamentum
10 facere possunt et ex testamento capere. Plures quam septem

4A, 4a = *Dig.* 28, 1, 10 || 4A, 6 *extat in LA Paris.* 4408 *Dig.* 27, 10, 15 *pr.*

1 lege] formula *Schulting* || 7 *post* duodecimum *Montispessulanus H* 84 *et Vaticanus* 1023 *addunt* habet in libro tutore auctore, *quod ex glossemate uenire etiam inde colligitur, quod illi codices alias non habent nisi Paulum Wisigothorum* || 11 enim] autem *Sichardus* || 13 accire *Cuiacius*, scire *ML*, adscire *dett.* || 17 *post* potest *rubricam* de eo cui moribus interdicitur *ins. codices* || et *Dig.*, *om. L*, *de A et Paris. non constat* || qui *L* || 18 bonis (*ante* interdici) *Cuiacius*, moribus *L*, *de A et Paris. non constat* || 20 tuos *M*, *om. L* || 21 ea re *Sichardus*, aere *M*, *om. L* || § 8 *rubricam* item (item *om. L*) de testamentis *praemittunt codices* || 27 quia *L*, qui *M*

ad testamentum adhibiti non nocent. superflua enim facta
11 prodesse iuri tantum, nocere non possunt. In aduersa cor-
poris ualetudine mente captus eodem tempore testamentum
12 facere non potest. Prodigus recepta uitae sanitate ad bonos
mores reuersus et testamentum facere potest et ad testamenti
13 sollemnia adhiberi potest. Ex his, qui ad testamentum adhi-
bentur, si qui sint qui Latine nesciant uel non intellegant,
si tamen sentiant, cu*i* rei intersint, adhibiti non uitiant te-
14 stamentum. *Repetundarum damnatus nec ad testamentum
15 *nec ad testimonium adhiberi potest. Hermaphroditus an
*ad testamentum adhiberi possit, qualitas sexus incalescen-
16 *tis ostendit. Singulos testes, qui in testamento adhibentur,
*proprio chirographo adnotare conuenit, quis et cuius testa-
*mentum signauerit.*

[IVB *DE INSTITVTIONE HEREDVM*]

1 Condicionum duo sunt genera: aut enim possibilis est,
aut impossibilis: possibilis, quae per rerum naturam admitti
potest, impossibilis, quae non potest: quarum ex euentu
2 altera expectatur, altera [impossibilis] submouetur. Condi-
ciones contra leges et decreta principum uel bonos mores ad-
scriptae nullius sunt momenti: ueluti SI VXOREM NON DVXERIS,
SI FILIOS NON SVSCEPERIS, SI HOMICIDIVM FECERIS, *SI* LARVALI HABITV
3 PROCESSERIS et his similia. Quotiens non apparet, qui sit he-
res institutus, institutio non ualet: quod euenit, si testator
4 plures amicos unius nominis habeat. Heredes aut instituti
aut substituti dicuntur, institut*i* primo gradu, substitut*i* se-
5 cundo uel tertio scripti. Substituere quis et pure et sub con-
dicione potest, et tam suis quam extraneis, tam puberibus
6 quam impuberibus. In quot uult uncias testator hereditatem
suam diuidere potest. impleto asse sine parte heredes in-
stituti ad prioris assis semissem aequis portionibus ueniunt.

4A, 14. 15 = *Dig.* 22, 5, 15 || 4A, 16 = *Dig.* 28, 1, 30 || 4B, 2 *usque ad u.* 21 momenti = *Consultatio* 4, 8

2 tantum] testamenti *Savigny* || nocere non *M*, noceri *L* || 8 cui *Sichardus*, cuius *codices* || adhibiti *L*, adibitioni *M* || 15 *rubricam ex Consult.* 4, 8 *suppleuimus* || 19 impossibilis *del. Cuiacius* || condiciones] pacta uel cond. *Cons.* || 20 et] uel *Cons.* || adscriptae *om. Cons.* || 22 si laru.] aut laru. *codices* || 23 qui *L*, quidem quid *M* || 26 instituti p. g. substituti *dett.*, instituetur p. g. substituetur *M*, instituitur p. g. substituhitur *L* || 31 assis *dett.*, asse *ML*

7 Seruus alienus cum libertate heres institutus institutionem
non infirmat: sed libertas ut alieno superuacue data uidetur.
8 Filio et extraneo aequis partibus heredibus institutis si prae-
terita adcrescat, tantum suo auocabit, quantum extraneo: si
uero duo sint filii instituti, suis tertiam, extraneis dimidiam
9 tollet. Talis postumorum institutio: SI QVI POST MORTEM MEAM
POSTVMI NATI FVERINT, HEREDES SVNT*O*: si uiuo eo nascantur,
10 rumpunt testamentum. Nepos postumus, qui in locum patris
succedere potest, ab auo aut heres instituendus est aut no-
minatim exheredandus, ne agnascendo rumpat testamentum.
10ª *Filius familias si militet, ut paganus nominatim a patre aut
*heres scribi aut exheredari debet, iam sublato edicto diui
*Augusti, quo cautum fuerat, ne pater filium militem exhere-
11 *det.* Qui semel constituit ad se hereditatem pertinere, ac
se eius rebus immiscuit, repudiare eam non potest, etiamsi
12 damnosa sit. *Pater quotiens filio mandat adire, certus esse
*debet, an pro parte an ex asse, et an ex institutione an ex
*substitutione, et an testamento an ab intestato filius suus
13 *heres exsistat. M*u*tus pater uel dominus filio uel seruo he-
*redibus institutis magis est ut, si intellectu non careat,
*nutu iubere possit adire hereditatem, ut ei iure eius com-
*modum quaeri possit: quod facile explicari possit scientia
14 *litterarum. Mutus seruus iussu domini pro herede gerendo
*obligat dominum hereditati.*

## [V AD SENATVS CONSVLTVM SILANIANVM]

1 Hereditas eius, qui a familia occisus esse dicitur, ante
habitam quaestionem adiri non potest neque bonorum pos-
2 sessio postulari. Occisus uidetur non tantum qui per uim
aut per caedem interfectus est, uelut iugulatus praecipitatus,
sed et is qui ueneno necatus dicitur: honestati enim heredis
conuenit qualemcumque mortem testatoris inultam non prae-

4B, 10ª = *Dig.* 28, 2, 26 || 4B, 12—14 = *Dig.* 29, 2, 93

3 filio et extraneo *dett.*, filius et extraneus *M*, filio extraneo *L* || 6 talis (tales *L*) p. institutio] *expectes* tali postumorum institutione facta || 7 sunto *Cuiacius*, sumptote *M*, mihi stote *L* || 8 qui *L*, *om. M* || 19 matus *F* || 25 *in Appendice* 2, 15 *huius tituli* §§ 10—12ª *praemittitur rubrica* ex corpore Pauli sententiarum scheda de quaestionibus in familia habendis aut si ante habitam quaestionem (habita quaestione *codices*) hereditas eius qui dicitur interfectus (-cta *codices*) adita fuerit || 29 uelut *dett.*, uel *ML*

3 termittere. Domino occiso de ea familia quaestio habenda
est, quae intra tectum fuerit, uel certe extra tectum cum
4 domino eo tempore quo occidebatur. Qui occisus dicitur, si
constet eum sibi quoquo modo manus intulisse, de familia
eius quaestio non est habenda, nisi forte prohibere potuit nec
5 prohibuit. Neroniano senatus consulto cauetur, ut occisa
uxore etiam de familia uiri quaestio habeatur, id*em*que iu*s* *in*
6 uxoris familia obseruatur, si uir dicatur occisus. Serui,
qui sub eodem tecto fuerunt, ubi dominus perhibetur occi-
sus, et torquentur et puniuntur, etsi testamento occisi manu-
missi sint. sed et hi torquentur, qui cum occiso in itinere
7 fuerunt. Serui de proximo si, cum poss*e*nt ferre, auditis
8 clamoribus auxilium domino non tulerunt, puniuntur. Ser-
u*os*, qui in itinere circumdatum a latronibus dominum per
fugam deseruerunt, apprehensos et torqueri et summo sup-
9 plicio adfici placuit. Habebitur de familia quaestio et si heres
testatorem occidisse dicatur: nec interest, extraneus an ex
10 liberis sit. *In summa tamen sciendum et de his omnibus
*habend*am* esse quaestionem, qui in suspicione quacumque
11 *ratione ueniunt. In disponenda eorum quaestione, quo-
*rum dominus dicitur interemptus, h*i*c ordo seruatur, pri-
*mum ut constet occisum dominum, deinde, si *id* liqueat, de
*quibus ea quaestio habenda *sit*, atque ita de reis inqui-
12 *rendis. Etsi percussor certus sit, tamen de familia haben-
*da quaestio est, ut caedis mandator inueniri possit.*

12ª *Hereditas a fisco ut indignis aufertur his primum, qui,
*cum †suscepta re esset testatoris, apertis tabulis testamenti
*uel ab intestato adi*erunt* hereditatem bonorumue possessionem
*accep*erunt*: amplius his et centum milia sestertiorum poena
*inrogatur. nec refert, a quibus pater familias uel quemad-
13 *modum dicatur *occisus esse*.* Omnibus, qui contra uolunta-

5, 10 = *Appendix* 2, 16 || 5, 11. 12 = *Appendix* 2, 17 || 5, 12ª = *Appendix* 2, 15

7 idque (atque *M*) iuxta uxoris familia (famili *M*ª) *codices* || 11 sint *M*, dicantur *L* || 12 possint *ML* || 13 serui *codices* || 19 habendum *codices* || 21 haec *codices* || 22 deinde (deinde *E*, *om. reliqui*) si aliqua eat *codices* || 23 sit *om. codices* || 27 suscepta re (se *E*) *codices*, suspecta nex *Huschke* || 28 adierunt . . . 29 acceperunt *Cuiacius*, adiit . . . accepit *codices* || 31 occisus esse *om. codices*

tem defuncti faciunt, ut indignis aufertur hereditas, si nihil testamento in fraudem legis fuerit cautum.

14 Siue falsum siue ruptum siue irritum dicatur esse testa-
mentum, salua eorum disceptatione scriptus heres iure in
15 possessionem mitti desiderat. Si inter heredem institutum
et substitutum controuersia sit, magis placet eum in posses-
sionem rerum hereditariarum mitti, qui primo loco scriptus
16 est. Scriptus heres ut statim in possessionem mittatur, iure
17 desiderat. hoc post annum impetrare non poterit. In eo
testamento heres scriptus, quod neque ut oportuit oblatum
nec publice recitatum est, *in* possessionem mitti frustra de-
18 siderat. In possessionem earum rerum, quas mortis tempore
testator non possedit, heres scriptus, priusquam iure ordina-
rio experiatur, improbe mitti desiderat.

[VA]

*Litterae, quibus hereditas promittitur uel animi adfec-*tus exprimitur, uim codicillorum non obtinent.*

[VI DE LEGATIS]

1 Per praeceptionem uni ex heredibus nummi legati, qui
domi non erant, officio iudicis familiae herciscundae a cohe-
2 redibus praestabuntur. Ante heredis institutionem legari
non potest: inter medias heredum institutiones, siue a*lt*er
siue ut*er*qu*e* adeat, potest. interdum dimidium, interdum to-
tum debetur: dimidium, si per uindicationem legatum sit:
3 totum, si per damnationem. *Post diem legati cedentem
*actio, quae inchoata non est, ad heredem non transmittitur.*
4 Communi seruo cum libertate et sine libertate legari potest,
5 totumque legatum socio testatoris adquiritur. Post mortem
heredis legari non potest, quia nihil ab herede heredis re-
6 linqui potest. In mortis tempus tam sua*e* quam heredis eius

5A = *Dig.* 29, 7, 17 || 6, 3 = *Consultatio* 6, 9

6 placet *M*, placuit *L* || 9 impetrare *L*, iure impetrari *M* || 11 in *dett.*, heres scriptus in *ML* || 22 alter siue uterque adeat *Sichardus*, siue aliter (alter *dett.*) siue ut quis adeat (uadeat *M*) *codices* || 24 sit totum si *dett.*, si totum *ML* || 29 ab heredes heredi *L*, ab hh. heredi *M* || 30 suae (sua $ML^b$, suam $L^a$) q. heredis (-des *ML*) eius] *expectes* legatarii quam heredis

legata conferri possunt hoc modo LVCIO TITIO, CVM MORIETVR,
7 DO LEGO, aut HERES MEVS DARE DAMNAS ESTO. Per uindicationem
legatum etsi nondum constituerit legatarius ad se pertinere,
atque ita post apertas tabulas ante aditam hereditatem deces-
7a serit, ad heredem suum legatum transmittit. *ILLVD AVT ILLVD
*VTRVM ELEGERIT LEGATARIVS: nullo a legatario electo decedente
*eo post diem legati cedentem ad heredem transmitti pla-
8 *cuit.* Si res obligata creditori, cuius causam testator non
ignorauit, per damnationem legata sit, luitio ad heredis sol-
9 licitudinem spectat. Seruo fataliter interempto legatarii dam-
10 n*um* est, quia legatum nulla culpa heredis intercidit. Dam-
nari heres potest, ut alicui domum extruat aut aere alieno
11 eum liberet. Sinendi modo tam corporales res quam quae
in iure consistunt legari possunt: et ideo debitori id quod
12 debet recte legatur. Eius rei quae legata est exemplo here-
dis partem agnoscere partem repudiare legatarius non potest.
13 Legatum nisi certae rei sit et ad certam personam deferatur,
14 nullius est momenti. Si quis sibi et Titio legat*um* adscrip-
serit, magis est, ut totum legatum ad coniunctum pertineat.
14a *Vxori legatum in alieno testamento scribere non prohibe-
15 *mur.* Qui se filio testatoris impuberi tutorem adscripserit,
ut suspectus a tutela remouendus est, ad quam ultro uidetur
16 adfectasse. Rem legatam testator si postea pignori uel fidu-
17 ciae dederit, ex eo uoluntatem mutasse non uidetur. Vsus-
fructus uniuscuiusque rei legari potest et aut ipso iure con-
stituetur aut per heredem praestabitur: ex causa damnationis
18 per heredem praestabitur: ipso iure per uindicationem. Fu-
rios*i* et aegrotanti*s* et infanti*s* ususfructus utiliter relinquitur.
horum enim alius resipiscere, alius conualescere, alius cre-
19 scere potest. Ancillae usufructu legato partus eius ad usu-
20 fructuarium non pertinent. Gregis usufructu legato grege

6, 7a = *Dig.* 33, 5, 19 || 6, 14a = *Dig.* 48, 10, 18 *pr.* || 6, 15 = *Dig.* 48, 10, 18, 1

1 conferri *M*, conferri confirmari *L* || 2 *post* meus *interciderit* cum morietur || 10 damno *ML* || 13 corporalis *ML* || 18 legata *ML* || 21 adscripserit . . . 23 adfectasse] adscripsit, etsi suspectus esse praesumitur, quod ultro tutelam uidebitur adfectasse, tamen si idoneus esse approbetur, non ex testamento, sed ex decreto tutor dandus est: nec excusatio eius admittetur, quia consensisse uidetur uoluntati testatoris *Dig.* || 24 *ante* § 17 *rubricam* de usufructu *ins. codices* || 27 furiosi et aegrotantis et infantis *Cuiacius*, furioso et aegrotanti et infanti *codices* || 29 resipiscere *dett.*, respicere *ML*

integro manente fetus ad usufructuarium pertinent, saluo eo,
21 ut quidquid gregi deperierit, ex fetibus impleatur. Areae
22 usufructu legat*o* aedificia in ea constitui non possunt. Acces-
sio ab alluuione ad fructuarium fundum, quia fructus fundi
non est, non pertinet: uenationis uero et aucupii reditus ad
23 fructuarium pertinent. Seruos neque torquere neque flagel-
lis caedere neque in eum casum facto suo perducere usufruc-
24 tuarius potest, quo deteriores fiant. Fructu legato si usus
non adscribatur, magis placuit usumfructum uideri adscrip-
25 tum. fructus enim sine usu esse non possunt. Si alteri usus,
alteri fructus legatus sit, fructuarius in usu concurrit, quod
26 in fructu usuarius facere non potest. Coniunctim duobus
usu*s*fructu*s* DO LEGO legatu*s* altero mortuo ad alterum in
27 solidum pertinebit. Vsufructu legato de modo utendi cautio
a fructuario solet interponi, et ideo perinde omnia se usurum,
ac si optimus pater familias uteretur, fideiussoribus oblatis
27[a] cauere cogitur. *Arbores ui tempestatis, non culpa fructu-
27[b] *arii euersas ab eo substitui non placet. Quidquid in fundo
*nascitur uel quidquid inde percipitur, ad fructuarium per-
*tinet: pensiones quoque iam antea locatorum agrorum, si
*ipsae quoque specialiter comprehensae sint. sed ad exem-
*plum uenditionis, nisi fuerint specialiter exceptae, potest
27[c] *usufructuarius conductorem repellere. Caesae harundinis
*uel pali compendium, si in eo quoque fundi uectigal esse
28 *consueuit, ad fructuarium pertinet.* Vsusfructus amissus
ad proprietatem recurrit. amittitur autem quinque modis:
capitis minutione, rei permutatione, non utendo, in iure ces-
29 sione, dominii comparatione. Capitis minutione amittitur, si
in insulam fructuarius deportetur, uel si ex causa metalli
seruus poenae efficiatur, et si statum ex adrogatione uel adop-
30 tione mutauerit. Non utendo amittitur ususfructus, si pos-
sessione fundi biennio fructuarius non utatur, uel rei mobilis
31 anno. Rei mutatione amittitur ususfructus, si domus legata
incendio conflagrauerit aut ruina perierit, licet postea resti-
32 tuatur. In iure cessione amittitur ususfructus, quotiens do-

---

**6, 27a—27c** = *Dig.* 7, 1, 59

---

3 legatae *codices* || 4 fundum *del.* || 5 est non] est *L* || 13 usus-fructus do lego legatus *Arndts* (*cf. Vat.* 57), usumfructum do lego legatum *codices* || 15 et *om. M* || usurum] facturum *Cuiacius* || 17 cogitur *dett.*, cogetur *ML*

33 mino proprietatis eum fructuarius in iure cesserit. Finitur
ususfructus aut morte aut tempore: morte, cum usufructua-
rius moritur: tempore, quotiens ad certum tempus ususfruc-
34 tus legatur, uelut biennio aut triennio. Fundo uel seruo
legato tam fundi instrumentum quam serui peculium ad lega-
35 tarium pertinet. Quaerendorum fructuum causa esse uiden-
tur, qui opus rusticum faciunt, et monitores et uilici et
saltuarii: item boues aratorii, aratra, bidentes et falces pu-
36 tatoriae: frumentum quoque ad sementem repositum. Fruc-
tuum cogendorum causa comparata instrumento cedunt, uelut
corbes, aluei, falces messoriae et fenariae, item molae oliua-
37 riae. Conseruandorum fructuum causa comparata instru-
mento cedunt, uelut dolia, cupae, uehicula rustica, cibaria,
pistores, asini, focariae: item ancillae quae uestimenta ru-
38 sticis faciunt, scutra quoque et sutor continebuntur. Vxores
eorum qui operantur magis est ut instrumento cedant. pecora
quoque et pastores eorum stercorandi causa parata instru-
39 mento continentur. Ea autem, quae custodiae magis causa
quod ad usus patris familias eo delata sunt, instrumenti no-
40 mine non continentur. Vxores uero eorum, qui mercedes
praestare consueuerant, neque instructionis neque instru-
41 menti appellatione continentur. Piscaturae uel uenationis
instrumentum ita demum instrumento fundi continetur, si ex
42 his maxime fundi reditus cogantur. Fructus percepti instru-
mento fundi ita demum cedunt, si ibidem absumi a testatore
43 consueuerant. Fundo cum omni instrumento rustico et ur-
bano et mancipiis quae ibi sunt legato semina quoque et ci-
44 baria debebuntur. Fundo cum omni instrumento rustico et
urbano et mancipiis quae ibi sunt legato tam supellex quam
aeramentum itemque argentum et uestes, quae ibi pater fa-
milias instruendi gratia habere solet, debebuntur: item ea
mancipia, quae usui patris familias esse solent, itemque aues
et pecora, quae instruendarum epularum gratia in fundo com-
parata sunt: exceptis his, quae ibi custodiae causa deposita
45 sunt. Fundo legato ITA VT OPTIMVS MAXIMVSQVE EST retia apra-
ria et cetera uenationis instrumenta continebuntur: quae et-
iam ad instrumentum pertinent, si quaestus fundi ex maxima

5 tam fundi (fundum *L*) instrumentum (-to *ML*) quam] *expectes* nec f. i. nec, *cf. Dig.* 33, 8, 24. 33, 10, 14 || 15 scutra *L*, scodra *M* || 19 quod] quaeue *scr.*, *cf. Dig.* 33, 7, 12, 15 || 22 piscatore *L*, piscatoris *M* || 32 itemque *M*, item *L*

46 parte in uenationibus consistat. Fructus, qui solo cohaere-
bant mortis testatoris tempore, ad legatarium pertinent: ante
47 percepti ad heredem. Fundo legato cum mancipiis et peco-
ribus et omni instrumento rustico et urbano peculium acto-
ris ante testatorem defuncti, si ex eodem fundo fuerit, magis
48 placet ad legatarium pertinere. Actor uel colonus ex alio
fundo in eodem constitutus, qui cum omni instrumento lega-
tus erat, ad legatarium non pertinet, nisi eum ad ius eius
49 fundi testator uoluerit pertinere. Adiunctiones, quas fundo
legato testator ex diuersis emptionibus applicauerat, legata-
50 rio cedere placuit. Instructo praedio legato fabri ferrarii,
item tignarii, putatores et qui instruendi fundi gratia ibidem
51 morabantur, legato cedunt. Instructo fundo legato libri quo-
que et bibliothecae quae in eodem fundo sunt legato continen-
52 tur. Seruos studendi gratia ex eodem fundo, qui cum man-
cipiis fuerat legatus, alio translatos ad legatarium placuit
53 pertinere. Fundo ita ut possederat legato mancipia tam ur-
bana quam rustica, itemque argentum et uestes, quae eodem
tempore in fundo comprehendentur, ad legatarium pertinent.
54 Pascualia, quae postea comparata ad fundum legatum testator
adiunxerat, si eius appellatione contineantur, ad legatarium
55 pertinent. Quidquid in eadem domo, quam instructam lega-
uit pater familias, perpetuo instruendi gratia habuit, le-
56 gatario cedit. Instructa domo legata ea legato continentur,
quibus domus munitior uel tuta ab incendio praestatur: tegu-
lae specularia et uela legato continebuntur: item aeramenta
lecti culcitae puluini subsellia cathedrae mensae armaria
delphicae pelues conchae aquimanalia candelabra lucernae
57 et similia quacumque materia expressa. Domo legata bal-
neum eius, quod publice praebetur, nisi alias separetur, le-
58 gato cedit. Domo cum omni iure suo sicut instructa est le-
gata urbana familia, item artifices et uestiarii et zetarii et
59 aquarii itidem domui seruientes legato cedunt. Omnibus
quae in domo sunt legatis cautiones debitorum rationesque

5 fundo *M, om. L* || 7 eodem] eo *scr.* || 12 et putatores qui *Huschke* || 15 seruus *M*, seruo *L* || 16 translatus *MLᵇ* || 18 argentum *L*, agrum *M* || 20 pascualia *M*, pascuaria *L* || 23 instruendi *L*, instruendi se *M* || 27 puluini *M*, puluine *L* || 28 conchae *dett.*, concaea *L, om. M* || aquimanalia *dett.*, aquimanulia *M*, aquaminilia *L*, aquiminalia *alii: cf. Mommsen ad Dig.* 33, 10, 3 *pr.* || 31 cedunt *codices* || 32 ostiarii *Cuiacius* || 33 itidem *scripsi*, et idem *M*, et eidem *L*

60 seruorum legato cedunt. Monilibus legatis aurum uel argen-
tum non debetur, nisi de his quoque manifeste sensisse testa-
61 torem possit ostendi. Instrumento cauponio legato ea deben-
tur, *quae* cauponis usui parata sunt, uelut uasa, in quibus
uinum defunditur: escaria quoque et pocula*ria* uasa debentur.
62 sane ministri earum rerum legato non cedunt. Instrumento
medici legato collyria et emplastra et apparatus omnis con-
ficiendorum medicamentorum, itemque ferramenta legato ce-
63 dunt. Instrumento pictoris legato colores penicilli cauteria
64 et temperandorum colorum uasa debebuntur. Pistoris in-
strumento legato cribra asini molae et serui qui pistrinum
exercent, item machinae, quibus farinae subiguntur, legato
65 cedunt. Instrumento balneatorio legato balneator ipse et
scamna et hypo*po*dia, fistulae, miliaria, epitonia, rotae aqua-
riae, iumenta quoque quibus ligna deferuntur legato cedunt.
66 Instrumento piscatoris legato et retia et nassae et fuscinae et
nauicul*ae*, hami quoque et cetera eiusmodi usibus destinata
67 debentur. Supellectile legata capsae armaria, n*isi* solum li-
brorum aut uestis ponendae gratia paratae sint, debebuntur,
sed et b*ux*ina et cristallina et argentea et uitrea uasa tam esca-
68 ria quam pocularia, et uestis stratoria legato cedunt. Villis
69 uel agris separatim legatis alterum alteri cedit. Seruis DO
LEGO legatis ancillae quoque debebuntur: non item serui le-
gatis ancillis: sed ancillarum appellatione tam uirgines quam
seruorum pueri continentur: his scilicet exceptis, qui fidu-
70 ciae dat*i* sunt. Seruis *a*manuensibus legatis omnes qui ex
conuersatione urbana et in ministerio fuerint debebuntur,
nisi ex his aliqui perpetuo ad opus rusticum transferantur.
71 Venatores serui uel aucupes an inter urbana ministeria con-

1 monilibus *dett.*, mouilibus *M*, mobilibus *L* || 4 quae *dett.*, quae in *ML* || 5 pocularia *Cuiacius*, pocula *L*, pecula *M*, pocula et *dett.* || 9 pensulli *M*, pinecelle *L* || 14 hypodia *codices* || epitonia *M*, ytomia *L* || 17 nauicula *ML* || 18 capsae et arm. *Schulting* || nisi *Huschke*, non *codices*, *cf. Dig.* 33, 10, 3, 2 || 19 uestes *L*, uestium *M* || 20 buxina *Bynkershoek*, byssina *codices* || 21 uestis *M*, uestes *L* || 24 sed *L*, et *M* || sed tam ancillarum appellatione *scr.*: *male Interpres sententiam sic explicuit:* ancillarum autem appellatione tam uirgines quam puberes uel impuberes accipiendae sunt || 25 qui *M*, quae *L* || 26 datae *ML*: *fortasse* dati dataeue *scr.* || *post* amanuensibus (adman. *codices*) *intercidisse uidetur definitio amanuensium, quam talia fere exceperint:* ministeriis uero urbanis legatis non ei tantum serui qui intra urbem ministrauerunt, sed etiam si qui extra urbem ex conuersatione urbana in ministerio fuerint

tineantur, dubium remansit: et ideo uoluntatis est quaestio.
• tamen si instruendarum cotidianarum epularum gratia haben-
72 tur, debentur. Muliones et insti*to*res inter urbana ministeria
continentur: item opsonatores et uestiarii et cellararii et cu-
bicularii et arcarii et coqui plac*e*ntarii tonsore*s* pistores lec-
73 ticarii. Pecoribus legatis quadrupedes omnes continentur,
74 quae gregatim pascuntur. Iumentis legatis boues non con-
tinentur: equis uero legatis equas quoque placuit contineri.
ouibus autem legatis agni non continentur, nisi annuales sint.
75 76 Grege ouium legato arietes etiam continentur. Auibus lega-
tis anseres phasiani gallinae et auiaria debebuntur: an autem
77 phasianarii et pastores anserum, uoluntatis est quaestio. Dul-
cibus legatis sapa, defrut*um*, muls*um*, dulce etiam uin*um*,
palmae, caricae, uuae passae debebuntur. sed in hoc quo-
que uoluntatis est quaestio, quia et in specie pomorum com-
78 prehendi possunt. Frugibus legatis tam legumina quam hor-
79 deum et triticum continentur. Veste legata ea cedunt, quae
ex lana et lino texta sunt: item serica et bombycina, quae
tamen indutui uel operiendi cingendi sternendi iniciendique
causa parata sunt: pelles quoque indutoriae continebuntur.
80 Veste uirili legata ea tantummodo debentur, quae ad usum
uirilem saluo pudore uirilitatis attinent. stragula quoque
81 huic legato cedunt. Muliebri ueste legata omnia quae ad
82 usum muliebrem spectant debebuntur. Lana legata, siue
sucida siue lota sit siue pectinata siue uersicoloria, legato
cedit: purpura uero aut stamen subtemenue hoc nomine non
83 continentur. Mundo muliebri legato ea cedunt, per quae mun-
dior mulier lautiorque efficitur, uelut speculum conchae si-
tuli, item pyxides unguent*a* et uasa, in quibus ea sunt: item
84 sella balnearis et cetera huiusmodi. Ornamentis legatis ea
cedunt, per quae ornatior mulier efficitur, ueluti anuli catenae
reticuli et cetera, quibus collo uel capite uel manibus mulieres
85 ornantur. Argento legato massae tantummodo debebuntur:
uasa enim, quae proprio nomine separantur, legato non ce-
86 dunt, quia nec lana legata uestimenta debentur. Vasis ar-

2 habentur debentur *dett.*, his debentur *M*, habentur *L* || 3 institutores *codices* || 4 cellarii *M*[a], cellariarii *L* || 5 placontarii *ML* || tonsores] t. et *ML* || lecticarii] lect. stabularii *Sichardus* || 13 defruto (defreto *ML*) mulso dulce etiam uino *codices* || 15 specie *dett.*, spe *L*, spem *M* || 19 indutui *M*, indui *L* || 26 subtemenue *dett.*, subtimen uel *M*, subtimine uel *L* || 29 pyxides *L*, bubrides *M* || unguentum *codices*

genteis legatis ea omnia continentur, quae capacitati alicui
praeparata sunt, et ideo tam potoria quam escaria, item mi-
nisteria omnia debebuntur, ueluti urceoli lances patinae pi-
peratatia: cochlearia quoque itemque trullae calices scyphi
87 et his similia. Libris legatis tam chartae uolumina uel mem-
branae et philyrae continentur: codices quoque debentur:
librorum enim appellatione non uolumina chartarum, sed
88 scripturae modus qui certo fine concluditur aestimatur. Auro
legato gemmae quoque inclusae itemque margaritae *et* sma-
ragdi legato cedunt. sed magis est uoluntatis esse quaestio-
nem: †infectum enim aurum debebitur: factum enim orna-
89 mentorum genere continetur. Vasis argenteis legatis em-
90 blemata quoque ex auro infixa legato cedunt. Argento potorio
legato omnia quae ad poculorum speciem comparata sunt de-
bebuntur, ueluti paterae calices scyphi urceoli oenophoria et
91 conchae. Carruca cum iunctura legata mulae quoque lega-
tae, *non* et mulio uidetur, propter cotidianam loquendi con-
91ª suetudinem. *Heres seruum proprium, quem testator lega-
*uerat, manumittendo nihil agit, quia scientiae uel ignorantiae
91ᵇ *eius nullam placuit admitti rationem. Libertus, qui in priore
*parte testamenti legatum acceperat et ingratus postea eadem
*scriptura a testatore appellatus est, commutata uoluntate
92 *actionem ex testamento habere non potest.* Prolatis codi-
cillis uel alio testamento, quibus ademptum est legatum uel
certe rescissum, perperam soluta repetuntur.

## [VII DE MORTIS CAVSA DONATIONIBVS]

1 Mortis causa donat qui ad bellum proficiscitur et qui na-
uigat, ea scilicet condicione, ut, si reuersus fuerit, sibi re-
2 stituatur, si perierit, penes eum remaneat cui donauit. Do-

6, 91ª = *Dig.* 40, 9, 28 || 6, 91ᵇ = *Dig.* 34, 4, 29

2 potiora *M*, potatoria *L* || 3 patinae *M*, patene *L* || pepera-taria *M*, piperatoria *L* || 4 cocliaria *ML* || 6 philyrae *Cuiacius*, phyllidae *codices* || 9 margaritae asmaragdi *ML* || 11 enim *post* factum *delet Huschke: sed uidentur nonnulla intercidisse* || 15 enoferia *L*, enoferaria *M* || 17 non] nec non *L*, *om. M:* mulio autem non debetur *Interpretatio* || 24 adempto est legato *ML* || 25 solutis *ML*

natio mortis causa cessante ualetudine et sequente sanitate, paenitentia etiam reuocatur: morte enim tantummodo conualescit.

[VIII AD LEGEM FALCIDIAM]

1 Exhausta legatis aut fideicommissis uel mortis causa do-
nationibus hereditate auxilio Falcidiae institutus heres qua-
2 drantem retinere potest. Quotiens de modo quartae retinen-
dae quaeritur, propter periculum plus petendi officio iudicis
omnibus aestimatis quarta facienda est, quae apud heredem
remaneat, aut certe exigenda cautio a legatario, ut quod plus
3 dodrante perceperit restituat. Ea, quae mater uiua filio do-
3a nauit, in quartam non imputantur. *Aeris alieni loco dedu-
*cuntur non solum pretia eorum quibus libertas data est et
*eorum qui supplicio sunt adfecti, sed et eius quem praetor
*propter indicium proditae mortis uel detectae eorum con-
4 *iurationis libertate donauit.* Ex mora praestandorum fidei-
commissorum uel legatorum fructus et usurae peti possunt:
mora autem fieri uidetur, cum postulanti non datur.

[IX]

*Si nullae sint res hereditariae, in quas legatarii uel *fideicommissarii mittantur, in rem quidem heredis mitti non *possunt, sed per praetorem denegatas heredi actiones ipsi *persequantur.*

[X]

*In bonis curatoris priuilegium furiosi furiosaeue serua*tur: prodigus et omnes omnino, etiamsi in edicto non fit eo*rum mentio, in bonis curatoris decreto priuilegium conse*quuntur.*

8, 3a = *Dig.* 35, 2, 39 || 9 = *Dig.* 36, 4, 10 || 10 = *Dig.* 27, 10, 15, 1: *huic autem loco haec sententia ideo restituta est, quia ueram eius sedem intra hunc librum ignoramus*

1 sequente *M*, secuta *dett.*, *deficit L* || 7 quartae *L*, partis *M* || 8 iudicis *L*, iudicantis *M*

# LIBER QVARTVS

## [I DE FIDEICOMMISSIS]

1 Ab uxore, cui uir dotem praelegauit, fideicommissum
relinqui non potest, quia non ex lucratiua causa testamento
2 aliquid capit, sed proprium recipere uidetur. A postumo he-
3 rede instituto fideicommissum dari potest. Ab imperatore
4 herede instituto legatum et fideicommissum peti potest. A
surdo uel muto, siue legatum acceperit siue heres institutus
sit uel ab intestato successerit, fideicommissum relinquitur.
4ª *A patre uel domino relictum fideicommissum, si hereditas
*ei non quaeratur, ab emancipato filio uel seruo manumisso
*utilibus actionibus postulatur: penes eos enim quaesitae he-
5 *reditatis emolumentum remanet.* Qui fideicommissum re-
linquit, etiam cum eo loqui potest cui relinquit, uelut PETO,
GAI SEI, CONTENTVS SIS ILLA RE, aut VOLO TIBI ILLVD PRAESTARI.
6 Fideicommittere his uerbis possumus ROGO, PETO, VOLO, MANDO,
DEPRECOR, CVPIO, INIVNGO. DESIDERO quoque et IMPE*R*O uerba
util*e* faciunt fideicommissum. RELINQVO uero et COMMENDO
6ª nullam fideicommissi pariunt actionem. *Nutu etiam relin-
*quitur fideicommissum, dummodo is nutu relinquat, qui et
*loqui potest, nisi superueniens morbus ei impedimento sit.*
7 Tam nostras res quam alienas per fideicommissum relinquere
possumus: sed nostrae statim, alienae autem aestimatae aut
8 redemptae praestantur. Si alienam rem tamquam suam tes-
tator per fideicommissum reliquerit, non relicturus, si alie-
nam scisset, ut solet legatum, ita inutile erit fideicommissum.
9 Testator superuiuens si eam rem quam reliquerat uendiderit,
10 extinguitur fideicommissum. Codicillis, qui testamento con-
firmati non sunt, adscriptum fideicommissum iure debetur.
11 Filio quibuscumque uerbis a patre fideicommissum relictum
iure debetur: sufficit enim inter coniunctas personas quibus-
cumque uerbis ut in donatione uoluntas expressa. et ideo
12 etiam PRIDIE QVAM MORIETVR recte relictum uidetur. In tem-
pus emancipationis uel CVM SVI IVRIS ERIT fideicommissum re-

1, 4ª = *Dig.* 32, 4 || 1, 6ª = *Dig.* 32, 21 *pr.*

7 peti *L*, *om. M* || 17 inpetro uerba utilia *codices* || 31 sufficit *M*, sufficiet *L*

lictum quocumque modo patria potestate liberato debetur.
13 Rogati inuicem sibi, si sine liberis decesserint, hereditatem
restituere, altero decedente sine liberis hereditas ad eum
peruenit qui superuixit: nec ex eo pacisci contra uoluntatem
14 testatoris possunt. Heres ante aditam hereditatem, legata-
rius antequam legatum accipiat, fideicommissum praestare
15 non possunt. Rem fideicommissam si heres uendiderit eam-
que sciens compararit, nihilo minus in possessionem eius
16 fideicommissarius mitti iure desiderat. Quotiens libertis fidei-
commissum relinquitur, ad eos tantummodo placuit pertinere,
qui manumissi sunt uel qui in eodem testamento libertatem
17 intra numerum legitimum consecuti sunt. Cui ab herede
fideicommissum non praestatur, non solum in res heredita-
18 rias, sed et in proprias heredis inducitur. Ius omne fidei-
19 commissi non in uindicatione, sed in petitione consistit. *Fi-
*deicommissum relictum et apud eum cui relictum est ex
*causa lucratiua inuentum extingui placuit, nisi defunctus
20 *aestimationem quoque eius praestari uoluit. Columnis ae-
*dium uel tignis per fideicommissum relictis ea tantummodo
*amplissimus ordo praestari uoluit nulla aestimationis facta
*mentione, quae sine domus iniuria auferri possunt.*

[II DE SENATVS CONSVLTO TREBELLIANO]

Senatus consulto Trebelliano prospectum est, ne solus heres omnibus hereditariis actionibus oneretur. et ideo quotiens hereditas ex causa fideicommissi restituitur, actiones eius in fideicommissarium transferuntur, quia unicuique damnosam esse fidem suam non oportet.

[III DE SENATVS CONSVLTO PEGASIANO]

1 Inter heredem et fideicommissarium, cui ex Pegasiano
hereditas restituitur, partis et pro parte stipulatio interponi-
tur, ut heredi instituto pro quarta actiones, pro ceteris uero
2 portionibus fideicommissario competant. Totam hereditatem
restituere rogatus si quartam retinere nolit, magis est, ut eam
ex Trebelliano debeat restituere: tunc enim omnes actiones

1, 19. 20 = *Dig.* 32, 21, 1. 2

25 restituitur *dett.*, restituetur *ML* || 26 eius *M*, eius non *L*

3 in fideicommissarium dantur. Lex Falcidia itemque senatus
consultum Pegasianum deducto omni aere alieno deorumque
donis quartam residuae hereditatis ad heredem uoluit perti-
4 nere. Qui totam hereditatem restituit, cum quartam retinere
ex Pegasiano debuisset, si non retineat, repetere eam non
potest. nec enim indebitum soluisse uidetur qui plenam fidem
defuncto praestare maluit.

### [IV DE REPVDIANDA HEREDITATE]

1 Recusari hereditas non tantum uerbis, sed et re potest
2 et alio quouis indicio uoluntatis. Heres per magistratus mu-
nicipales ex auctoritate praesidis fideicommissario postulante
3 hereditatem adire et restituere compellitur. Fideicommis-
sarius si adfirmet heredem nolle adire hereditatem, absente
eo interponi decretum et in possessionem mitti iure deside-
4 rat. Suspectam hereditatem adire compulsus omnia ex Tre-
belliano restituit.

### [V DE INOFFICIOSI QVERELLA]

1 Inofficiosum dicitur testamentum, quod frustra liberis
exheredatis non ex officio pietatis uidetur esse conscript*um*.
2 Post factum a matre testamentum filius procreatus, non mu-
tata ab ea cum posset uoluntate, ad exemplum praeteriti in-
3 officiosi querellam recte instituit. Testamentum, in quo impe-
rator heres scriptus est, inofficiosum argui potest: eum enim
qui leges facit pari maiestate legibus obtemperare conuenit.
4 Qui inofficiosum dicere non potest, hereditatem petere non
5 prohibetur. Ex asse heres institutus inofficiosum dicere non
potest: nec interest, exhausta nec ne sit hereditas, cum apud
eum quarta aut legis Falcidiae aut senatus consulti Pegasiani
6 beneficio sit remansura. Quartae portionis portio liberis de-
ducto aere alieno et funeris impensa praestanda est, ut ab
inofficiosi querella excludantur. libertates quoque eam por-
7 tionem minuere placet. Filius iudicio patris si minus quarta

4, 1 = *Dig.* 29, 2, 95

5 si non retineat *del. Cuiacius* || 19 conscriptum *dett.*, conscripta *ML* || 21 possit *L*, sit *M* || 24 conuenit *L*, conueniet *M* || 25 non *ante* potest *del. Sichardus uix recte* || 32 placet *M*, placuit *L*

portione consecutus sit, ut quart*a* sibi a coheredibus citra in-
8 officiosi querellam, impleatur, iure desiderat. Pactio talis,
ne de inofficioso testamento dicatur, querellam super iudicio
futuram non excludet: meritis enim liberos quam pactioni-
9 bus adstringi placuit. Rogatus hereditatem restituere etsi
inofficiosi querellam instituerit, fideicommisso non fit iniuria:
quartam enim solummodo hereditatis amittit, quam beneficio
10 senatus consult*i* habere potuisset. Heres institutus habens
substitutum si de inofficioso dixerit nec obtinuerit, non id ad
fiscum, sed ad substitutum pertinebit.

## [VI DE VICESIMA]

1 Tabulae testamenti aperiuntur hoc modo, ut testes uel
maxima pars eorum adhibeatur, qui signauerint testamen-
tum: ita ut agnitis signis rupto lino aperiatur et recitetur at-
que ita describendi exempli fiat potestas ac deinde signo
publico obsignatum in archiuum redigatur, ut, si quando exem-
2 plum eius interciderit, sit, unde peti possit. Testamenta in
municipiis coloni*is* oppidis praefectura uico castello concilia-
bulo facta in foro uel basilica praesentibus testibus uel hones-
tis uiris inter horam secundam et decimam diei *aperiri* reci-
tarique debebunt, exemploque sublato ab isdem rursus [ma-
gistratibus] obsignari, quorum praesentia constat apertum.
2[a] *Qu*i* aliter aut alibi, quam ubi lege praecipitur, testamentum
*aperuerit recitaueritue, poena sestertiorum quinque milium
3 *tenetur.* Testamentum lex statim post mortem testatoris
aperiri uoluit. et ideo, quamuis sit rescriptis uariatum, ta-
men a praesentibus intra triduum uel quinque dies ape-
riendae sunt tabulae: *ab* absentibus quoque intra eos dies,
cum superuenerint: nec enim oportet t*am* heredibus et le-
gatariis aut libertatibus quam necessario uectigali moram
fieri.

6, 2[a] = *extat in E et Rosambino*

1 quartam *ML* || 8 consulto *ML* || 14 signis *dett.*, signitis *M*, sigillis suis *L* || 18 colonia *codices* || 20 aperiri *om. codices, suppl. Rittershusius* || 21 magistratibus *del., cf. Dig.* 29, 3, 7 || 22 quorum *sqq.*] *expectes fere* in quorum praesentia aperta sunt || 23 qualiter *codices* || legem percipitur *Ros.* || 24 ue *om. Ros.* || poenae *E* || 25 teneatur *Ros.* || 28 ab *om. ML* || 29 tam *Rittershusius*, testamentum *codices*

[VII DE LEGE CORNELIA]

1 Qui testamentum falsum scripserit recitauerit subiecerit
signauerit suppresserit amouerit resignauerit deleuerit, poena
legis Corneliae de falsis tenebitur, id est in insulam depor-
2 tatur. Non tantum is, qui testamentum subiecit suppressit
deleuit, poena legis Corneliae coercetur, sed et is qui sciens
3 dolo malo id fieri iussit faciendum*ue* curauit. Testamentum
supprimit, qui sciens prudensque tabulas testamenti in frau-
dem heredum uel legatariorum fideiuecommiss*ari*orum aut
4 libertatium non profert. Supprimere tabulas uidetur, qui
5 cum habeat et proferre possit, eas proferre non curat. Codi-
cilli quoque si lateant nec proferantur, supprimi uidebuntur.
6 Edicto perpetuo cauetur, ut, si tabulae testamenti non appa-
reant, de earum exhibitione interdicto reddito intra annum
agi possit, quo ad exhibendum compellitur qui supprimit.
tabularum autem appellatione chartae quoque et membranae
continentur.

[VIII DE INTESTATORVM SVCCESSIONE]

1 *Intestati dicuntur, qui testamentum facere non possunt,
*uel ipsi linum, ut intestati decederent, abruperunt, uel ii
*quorum hereditas repudiata est, cuiusue condicio defecerit.
2 *[Sine] iure praetorio factum testamentum obiecta doli ex*cep-*
2ª *tione obtinebit. *Quorum* testamenta rumpuntur aut inrita
*fiunt, ipso quidem iure testati decedunt, sed per consequen-
3 *tias sublato testamento intestati decedunt. Intestatorum he-
*reditas lege duodecim tabularum primum suis heredibus,
*deinde agnatis et aliquando quoque genti*li*bus deferebatur.
*sane consanguinei, *quos* lex non apprehenderat, interpre-

8, 1—19 = *Collatio* 16, 3

3 suppresserit a. resign. *L, om. M, cf.* 5, 25, 1 || 5 subiecit *L, om. M* || 7 faciendumue *dett.*, faciendumque *M*, faciendoque *L* || 9 fideiuecommissorum *M*, fideiquecommissorum *L* || 10 profert *dett.*, proferet *L*, proferre *M* || 16 autem *L*, quoque *M* || 18 successione *Wisigothi*, successionibus *Coll. et Lex Rom. Burg.* 28, 3, hereditatibus *Appendix* 1, 7. 17 || 20 hii *Coll.*[p], hic *Coll.*[w] *Coll.*[v] || 21 cuiusue *fortasse ex* institutionisue *corruptum est* || 22 sine *del.* || abiecta doli expectatione (-nem *Coll.*[w]) *codices* || 23 quorum] eorum quorum *codices* || 27 gentilibus *Pithoeus*, gentibus *codices* || 28 consanguinei quos *Cuiacius*, consanguineis *codices*



ASHMOLEAN OXFORD MUSEUM

*tatione prudentium primum inter agnatos locum acceperunt.
4 *Sui heredes sunt *hi*: primo loco filius filia in potestate pa-
*tris constituti: nec interest, *a*doptiui sint an naturales et
*secundum legem Iuliam Papiamue quaesiti: modo maneant
5 *in potestate. Qui sui heredes sunt, ipso iure heredes etiam
*ignorantes constituuntur, ut furiosi aut infantes et peregri-
*nantes: quibus bonorum possessionis propter praetoriam
6 *actionem non erat necessaria. In suis heredibus adeo a
*morte testatoris rerum hereditariarum dominium continua-
*tur, ut nec tutoris auctoritas pupillis nec furiosis curator sit
*necessarius, nisi forte soluend*o* sit hereditas: quamuis etiam
*furiosus, si resipuerit, et pupillus, si adoleuerit, abstinere
7 *possint. Post mortem patris natus uel ab hostibus reuersus
*aut ex primo secundoue mancipio manumissus, cuiusue er-
*roris causa probata, licet non fuerint in potestate, sui tamen
8 *patri heredes efficiuntur. Post filios filias ad intestatorum
*successionem inter suos ueniunt nepotes neptes pronepotes
*proneptes ac deinde masculino sexu post filium descenden-
*tes, si nullus parentum impedimento ipsi*s* in aui potestate
*uel proaui familia remanserit: parentes enim liberis suis,
*cum quibus in potestate fuerunt ipsi, ordine successionis
9 *obsistunt. Fili*i si* cum nepotibus ex alio filio susceptis in
*familia retinentur, ad intestati patris successionem cum fra-
*tris filiis uocantur. quibus in patris sui pa*r*tem uenientibus
*hereditas in stirpes, non in capita diuiditur, ita ut unus
*filius e*t* plures nepotes singulos semisses habeant. idemque
*euenit, si auo ex duobus filiis impari numero nepotes suc-
10 *cesserint. Ex filia nepotes sui heredes non sunt: in aui
*enim materni potestate alienam familiam sequentes ipsa ra-
11 *tione esse non possunt. Eo tempore suus heres constituen-
*dus est, quo certum est aliquem intestatum decessisse: quod

8, 3—20 = *Collatio* 16, 3, 3—20

2 hi] hoc *codices* || 3 adoptiui] si ad. *codices* || an nat. et *Coll.*[p], tam nat. eos *Coll.*[w] *Coll.*[v] || 4 papiamque *Schulting* || 7 possessionis *Coll.*[p] *Coll.*[v], possessiones *Coll.*[w]: possessionis petitio *requiritur* || 8 erit *Pithoeus* || 11 *post* forte *intercidisse uidentur talia:* in hoc ut abstineant, si non || soluenda *codices* || 15 probata] probata est *scr.* || 19 ipsi *codices* || 22 filius cum *codices* || 23 ad intestati *Coll.*[w] *Coll.*[v], ab intestato *Coll.*[p] || 24 uocatur *Coll.*[w] *Coll.*[v] || partem] parentem *Coll.*[p], parentes *Coll.*[w] *Coll.*[v] || 26 et] ex *codices*

*ex euentu deficientis condicionis et ortu nepotis, qui uiuo
12 *auo post mortem patris natus *est*, *def*iniri potest. *Quem*
*filius emancipatus suscepit uel adoptauit, sui heredis locum
*in aui successione, sicut ipse pater, obtinere non potest.
*adoptiuus tamen nec quasi cognatus bonorum possessionem
13 *eius petere potest. Si sui heredes non sunt, ad agna-
*tos legitima hereditas pertinebit, inter quos primum locum
*consanguinei obtinent. agnati autem sunt cognati uirilis
*sexus per uirilem *sexum* descendentes, sicut filius fratris
14 *et patruus et deinceps tota successio.* Inter agnatos et co-
gnatos hoc interest, quod in agnatis etiam cognati continen-
tur, inter cognatos uero agnati non comprehenduntur. et
ideo patruus et agnatus est et cognatus, auunculus autem
15 cognatus tantummodo. *Consanguinei sunt eodem patre nati,
*licet diuersis matribus, qui in potestate fuerunt mortis tem-
*pore: adoptiuus quoque frater, si non sit emancipatus, et
*hi qui post mortem patris nati sunt uel causa*m* probauerunt.
16 *Soror iure consanguinitatis tam ad fratris quam ad sororis
17 *hereditatem admittitur. Consanguineis non exsistentibus
*agnatis defertur hereditas, prout quis alterum grad*u* praeces-
*serit: quod si plures eodem gradu consistunt, simul admit-
18 *tuntur.* Si sint fratres defuncti et fratris filii uel nepotes
19 fratre non exsistente, filius fratris nepoti praefertur. *Sed si
*duorum fratrum sint liberi, non in stirpes, sed in capita he-
*reditas distribuitur, scilicet ut pro numero singulorum uiri-
20(22) *tim distribuatur hereditas.* Feminae ad hereditates legitimas
ultra consanguineas successiones non admittuntur: idque iure

8, 11—20 = *Collatio* 16, 3, 11—20

2 est definiri] iniri *Coll.*P, siniri *Coll.*w *Coll.*v || quem] cuius *Coll.*P *Coll.*w, cum *Coll.*v || 5 ne quasi *Coll.*P *Coll.*w, neque si *Coll.*v || 9 sexum *om. codices* || 11 quod *om. Coll.* || 13 et agnatus] agnatus *Coll.* || 14 tantummodo] tantummodo est *Coll.* || 17 causa *codices* || 20 gradum *codices* || 22 si sint fratres defuncti et fratres filii uel nepotes *ML*, si sit frater defuncti et fratris filius et nepos *Coll.*: si sint fratris defuncti et filius et nepos *scr.* || 26 *post* § 19 *edd. ex Epitoma Aegidiana inserunt haec:* filius fratris intestati filio sororis praefertur, *deinde supplent ex Appendice* 1, 7: legitimi heredes iure gallico intra centesimum diem nisi adierint hereditatem, ad proximos eadem successio transfertur, *utrumque non Pauli, sed Interpretis* || feminae . . . 27 admittuntur] *ad hoc comma pertinent uerba Appendicis* 1, 9: feminae etsi ultra consanguineas hereditates ad successionem legitimam non admittuntur, proximitatis tamen ad successionem petere non prohibentur, *quae non sunt Pauli, sed Interpretis, licet non eiusdem, quem Wisigothi exscripserunt* || 27 idque *ML*, id quod *Coll.*P, hi quod *Coll.*w

ciuili Voconiana ratione uidetur effectum. ceterum lex duode-
21(23) cim tabularum nulla discretione sexus cognatos admittit. In
hereditate legitima successioni locus non est. et ideo fratre
decedente, antequam adeat aut repudiet hereditatem, fratris
filius admitti non potest, quia omissa successio proximiori
22(24) defertur. Ab hostibus captus neque sui neque legitimi he-
redis ius amittit postliminio reuersus. quod et circa eos,
qui in insulam deportantur uel serui poenae effecti sunt, pla-
cuit obseruari, si per omnia in integrum indulgentia prin-
23(25) cipali restituantur. Pro herede gerere est destinatione fu-
turi dominii aliquid ex hereditariis rebus usurpare: et ideo
pro herede gerere uidetur, qui fundorum hereditariorum cul-
turas rationesque disponit, et qui seruis hereditariis, iumen-
24(26) tis rebusue aliis utitur. Ex pluribus heredibus isdemque
legitimis si qui omiserint hereditatem uel in adeundo ali-
qua ratione fuerint impediti, his qui adierunt uel eorum he-
redibus omittentium portiones adcrescunt. quod in herede
instituto [eum] qui acceperat substitutum euenire non poterit:
diuersa enim causa est scripti et legitimi.

### [IX AD SENATVS CONSVLTVM TERTVLLIANVM]

1 Matres tam ingenuae quam libertinae ciues Romanae,
ut ius liberorum consecutae uideantur, ter et quater pepe-
2 risse sufficit, dummodo uiuos et pleni temporis pariant. Quae
semel uno partu *tres* filios edidit, ius liberorum non conse-
quitur: non enim ter peperisse, sed semel partum fudisse
3 uidetur: nisi forte per interualla pariat. Mulier si monstruo-

---

9, 3. 4 = *Dig.* 1, 5, 14 (*u. i.*)

---

1 uoconia narratione *codices,* uoconia rationem *Coll.*[p], coniurationem *Coll.*[w] || 2 nulla] sine ulla *Coll.* || cognatos] *expectes* agnatos || 5 omissa *tuetur Interpretatio,* omnis *Cuiacius: fuerit fortasse* quia non nisi proximiori successio defertur || 18 eum *del. Faber* || 20 *rubricam post* § 7 *collocant codices, huic loco restituit Cuiacius:* de intestatorum successionibus ad senatus cons. tert. *Lex Rom. Burg.* 28, 3: *in Appendice* 1, 8. 17 *ea quae titulo X continentur sub rubrica* de intestatorum hereditatibus *citantur* || 23 sufficit *L,* sufficiet *M* || 24 simul *Faber* || tres *Cuiacius,* tres uel duos *codices* || 26 — *p.* 103, 5 §§. 3. 4 *in Dig. sic leguntur:* non sunt liberi, qui contra formam humani generis conuerso more procreantur: ueluti si mulier monstrosum aliquid aut prodigiosum enixa sit. partus autem, qui membrorum humanorum officia ampliauit, aliquatenus uidetur effectus et ideo inter liberos connumerabitur: *cf. praef. p.* 42 || 26 monstruoso a. a. prodigioso *codices*

*sum* aliquid aut prodigios*um* enixa sit, nihil proficit: non
sunt enim liberi, qui contra formam humani generis conuerso
4 more procreantur. Partum, qui membrorum humanorum
officia duplicauit, quia hoc ratione aliquatenus uidetur effec-
5 tum, matri prodesse placuit. Septimo mense natus matri
prodest: ratio enim Pythagorae*i* numeri hoc uidetur admit-
tere, ut aut septimo pleno aut decimo mense partus maturior
6 uideatur. Aborsus et abactus uenter partum efficere non
7 uidetur. Libertina ut ius liberorum consequi possit, quater
8 eam peperisse ut ingenuam sufficit. Latina ingenua ius Qui-
ritium consecuta si ter peperit, ad legitimam filii heredita-
9 tem admittitur: non est enim manumissa. Ius liberorum ma-
ter habet, quae tres filios aut habet aut habuit aut neque
habet neque habuit. habet, cui supersunt: habuit quae ami-
sit: neque habet neque habuit, quae beneficio principis ius
10 liberorum consecuta est. *Mater per fratrem excluditur et
*in successione frater cum sorore aequa sorte succed*i*t. quod
*si frater defuerit, mater et filiae, quantae fuerint, aequales
*capiunt portiones.*

[X]

1 *Filii uulgo quaesiti ad legitimam matris hereditatem
*adspirare non prohibentur, quia pari iure, *ut* ipsorum *here-*
2 **ditates* matribus, ita ipsis matrum deferri debuerunt. Ad
*filiam ancillam uel libertam ex senatus consulto Claudiano
*effectam legitima matris intestatae hereditas pertinere non
*potest, quia neque serui neque liberti matrem ciuilem ha-
3 *bere intelleguntur. Ad legitimam intestatae matris here-
*ditatem filii ciues Romani, non etiam Latini admittuntur.
*ciues autem Romanos eo tempore esse oportet, quo eis de-

9, 3. 4 = *Dig.* 1, 5, 14 ‖ 9, 10 = *Lex Rom. Burgund.* 28, 2. 3, *quae tamen non ipsa Pauli uerba, sed argumentum sententiae refert* ‖ 10, 1—3 = *Appendix* 1, 17—19

4 hoc *M*, hec L ‖ 6 pythagorae *codices* ‖ 9 libertina] libertina Latina *Huschke* ‖ 10 ut ingenuam *del. Cuiacius* ‖ sufficit *dett.*, suffecit *M*, sufficiet *L* ‖ 17 succedunt *codices Legis Rom. Burg.* ‖ 20 *rubricam* de intestatorum hereditatibus (= *tit.* 8) *citat Appendix: Cuiacius rubricam* ad senatus consultum Orfitianum restituit ‖ 22 ut *Cuiacius*, in *uel* hi ut *codices* ‖ hereditates *om. codices*

*fertur et ab iis legitima hereditas aditur. perinde autem
*matris certiores filii fiunt, non nuntio accepto, sed pro li-
4 *quido comperto, quod intestata decesserit. Filius maternam
*hereditatem eandemque legitimam nisi adeundo quaerere
*non potest.*

## [XI DE GRADIBVS]

1[a] *Στέμματα cognationum directo limite in duas lineas se-
*parantur, quarum altera superior, altera inferior: ex supe-
*riore autem et secundo gradu transuersae lineae pendent,
*quas omnes latiore tractatu habito in librum singularem con-
1 *tex*u*imus.* Primo gradu superiori linea continentur pater
mater, inferiori filius filia: quibus nullae aliae personae iun-
2 guntur. Secundo gradu continentur superiori linea auus auia,
inferiori nepos neptis, transuersa frater soror. quae personae
duplicantur: auus enim et auia tam ex patre quam ex matre,
nepos neptis tam ex filio quam ex filia, frater soror tam ex
patre quam ex matre accipiuntur. quae personae sequenti-
bus quoque gradibus similiter pro substantia earum, quae
3 in quoque gradu consistunt, ipso ordine duplicantur. Tertio
gradu ueniunt supra proauus proauia: infra pronepos pronep-
tis: ex obliquo fratris sororisque filius filia, patruus amita,
id est patris frater et soror, auunculus matertera, id est ma-
4 tris frater et soror. Quarto gradu ueniunt supra abauus ab-
auia: infra abnepos abneptis: ex obliquo fratris et sororis ne-
pos neptis, frater patruelis soror patruelis, id est patrui filius
filia, consobrinus consobrina, id est auunculi et materterae
filius filia, amitinus amitina, id est amitae filius filia: item-
que consobrini, qui ex duabus sororibus nascuntur. quibus
adcrescit patruus magnus amita magna, id est aui paterni
frater et soror: auunculus magnus matertera magna, id est

10, 4 = *Appendix* 1, 8 || 11, 1[a] = *Dig.* 38, 10, 9 || 11 = *Lex Wisigothorum* 4, 1

1 ab . . . 2 matris] *haec sic restitue:* ab iis hereditas aditur. non ante autem matris legitima hereditas adiri potest quam || 10 quas . . . contexuimus (conteximus *F*) *addiderint Iustiniani* || 17 quae] itemque *scr.* (itemque hae *Huschke*) || 18 earum quae in quoque *M*, eorum in quorum *L*, earumque in quo *uel* eorumque in quoquo *codices optimi Legis Wisig.* || 21 amita] et amita *Lex Wisig.* || 22 matertera] et mat. *Lex Wisig.* || 25 frater *Lex Wisig.*, *om. ML* || 26 filia *ML*, filiaue *Lex Wisig.* || consobrinus . . . 27 filia *post* 27 amitae filius filia *collocat Huschke*, *cf.* §§ 5. 6

5 auiae tam paternae quam maternae frater et soror. Quinto
gradu ueniunt supra quidem atauus atauia: infra adnepos
adneptis: ex obliquo fratris et sororis pronepos proneptis,
fratris patruelis sororis patruelis amitini amitinae consobrini
consobrinae filius filia, prop*i*us sobrin*o* sobrina, id est pa-
trui magni amitae magnae auunculi magni materterae ma-
gnae filius filia. his adcrescunt propatruus proamita, hi sunt
proaui paterni frater et soror: proauunculus promatertera,
hi sunt proauiae paternae maternaeque frater et soror pro-
6 auique materni. Sexto gradu ueniunt supra tritauus tritauia.
infra trinepos trineptis: ex obliquo fratris et sororis abne-
pos abneptis, fratris patruelis sororis patruelis, amitini ami-
tinae, consobrini consobrinae, patrui magni amitae magnae
auunculi magni materterae magnae nepos neptis, prop*i*oris
sobrin*o* filius filia, qui consobrini appellantur. quibus ex
latere adcrescunt propatrui proamitae proauunculi promater-
terae filius filia: a*b*patruus a*b*amita, hi sunt abaui paterni
frater et soror: abauunculus abmatertera, hi sunt abauiae
7 paternae maternaeque frater et soror abauique materni. Sep-
timo gradu qui sunt cognati recta linea supra infraque, pro-
priis nominibus non appellantur: sed ex transuersa linea
continentur fratr*is* soror*is*ue adnepotes adneptes, consobrini
8 filii filiaeque. Successionis idcirco gradus septem constituti
sunt, quia ulterius per rerum naturam nec nomina inueniri
nec uita succedentibus prorogari potest.

[XII DE MANVMISSIONIBVS]

1 Seruum communem unus ex dominis manumittendo La-
tinum facere non potest nec magis quam ciuem Romanum:
cuius portio eo casu, quo, si proprius esset, ad ciuitatem Ro-
2 manam perueniret, socio adcrescit. Mutus et surdus seruum
uindicta liberare non possunt: inter amicos tamen et per
epistulam manumittere non prohibentur. ut autem ad iustam

11 = *Lex Wisigothorum* 4, 1

5 proprius sobrinus *codices cum Lege Wisig.* || 14 proprioris (proprii *L*) sobrini *ML cum Lege Wisig.* || 15 consobrini] sobrini *Contius, cf. Dig.* 38, 10, 10, 17 (*ed. Mommsen p.* 359, 9) || 17 adpatruus (apatruus *M*^a^, adpatruos *L*) adamita *codices cum Lege Wisig.* || 22 fratres sororesue (-que *L*) *codices cum Lege Wisig.* || adnepotes adneptes *M cum Lege Wisig.*, adnepos adneptis *L* || sobrini *Contius* || 23 idcirco] autem idcirco *Lex Wisig.* || 28 nec] non *scr.* || 30 peruenerit *ML*

libertatem peruenire possit, condicione uenditionis excipi
3 potest. Tormentis apud praesidem subiectus et de nulla culpa
4 confessus ad iustam libertatem perduci potest. Fideicom-
missa libertas data facto heredis non mutatur, si seruum,
5 quem manumittere iussus est, uinxerit. Communem seruum
unus ex sociis uinciendo futurae libertati non nocebit: inter
pares enim sententia clementior seueriori praefertur: et certe
humanae rationis est fauere miserioribus, pro*pe* et innocen-
tes dicere, quos absolute nocentes pronuntiare non possunt.
6 Debitor creditorue seruum pignoris uinciendo dediticium fa-
cere non possunt: alter enim sine altero causam pignoris de-
7 teriorem facere non potest. Seruus furiosi domini uel pu-
pilli iussu uinctus dediticiorum numero non efficitur, quia
8 neque furiosus neque pupillus exacti consilii capax est. Non
tantum si ipse dominus uinciat, nocet libertati, sed et si uin-
ciri iubeat aut uincientis procuratoris actorisue factum com-
probet. quod si, antequam sciret uinctum, solutionis eius
causas approbauerit, libertati futurae uincula non nocebunt.
9 Caeco curator dari non potest, quia ipse sibi procuratorem
instituere potest.

## [XIII DE FIDEICOMMISSIS LIBERTATIBVS].

1 Ea condicione heres institutus SI LIBEROS SVOS EMANCIPA-
VERIT omnimodo eos emancipare cogendus est: pro condi-
2 cione enim hoc loco emancipatio uidetur adscripta. Dece-
dente eo, a quo fideicommissa libertas relicta est, heredes
3 eius eam praestare cogendi sunt. Decedens seruis suis liber-
tatem ita dedit: ILLVM ET ILLVM LIBEROS ESSE VOLO EOSQVE FILIIS
MEIS TVTORES DO: impeditur fideicommissa libertas, quia pu-
pilli sine tutoris auctoritate manumittere non possunt et ha-
bentibus tutores tutor dari non potest. sed interim uice ab-
sentium pupilli habebuntur, ut ex decreto amplissimi ordinis
primum libertas ac deinde tutela competere possit.

## [XIV AD LEGEM FVFIAM CANINIAM]

1 Nominatim serui testamento manumitti secundum legem
Fufiam possunt. nominatim autem manumittere intellegitur

3 fideicommisso *dett.* || 6 libertatis *ML* || 8 prope et *scripsi*, probet *ML*, probe *dett.* || 13 iussu *dett.*, iussum *ML* || 23 omnimodis *codices* || 34 nominatim] non nisi nominatim *scr.* (*similiter Huschke*)

hoc modo STICHVS LIBER ESTO. cum autem OPSONATOREM,
uel QVI EX ANCILLA ILLA NASCETVR, LIBERVM ESSE VOLO, ex Or-
fitiano senatus consulto perinde libertas competit, ac si no-
minatim data sit: officiorum enim et artium appellatio nihil
de significatione nominum mutat: nisi forte plures sint, qui
eo officio designentur: tunc enim nomen adiungendum est,
2 ut eluceat, de quo testator sensisse uideatur. Codicillis tes-
tamento confirmatis datae libertates cum his quae tabulis
testamenti datae sunt concurrunt, et siue antecedant siue se-
quantur testamentum, nouissimo loco adhibentur, quia ex
3 testamento utraeque confirmantur. Quotiens numerus ser-
uorum propter legem Fufiam Caniniam ineundus est, fugitiui
quoque, quorum semper possessio animo retinetur, compu-
4 tandi sunt. Lege Fufia Caninia cauetur, ut certus seruorum
numerus testamento manumittatur. subductis igitur duobus
usque ad decem pars dimidia, a decem usque ad triginta pars
tertia, *a triginta* usque ad centum pars quarta, a centum us-
que ad quingentos pars quinta. plures autem quam centum
ex maiori numero seruorum manumitti non licet.

[XIVA]

Nec filio patroni inuito libertus natalibus suis restitui potest: quid enim interest ipsi patrono an filiis eius fiat iniuria?

# LIBER QVINTVS

## [I DE LIBERALI CAVSA]

1 Qui contemplatione extremae necessitatis aut alimentorum gratia filios suos uendiderint, statui ingenuitatis eorum non praeiudica*nt*: homo enim liber nullo pretio aestimatur. idem nec pignori ab his aut fiduciae dari possunt: ex quo facto sciens creditor deportatur. operae tamen eorum locari

14A = *Dig.* 40, 11, 4 ‖ 1, 1 *u.* 29 idem ... 30 deportatur = *Dig.* 20, 3, 5 *(u. i.)*

2 nascetur *Huschke,* nascitur *codices* ‖ 10 adhibetur *ML* ‖ 17 a triginta *om. codices* ‖ 28 praeiudicat *codices* ‖ nullo *L,* nulli dari (dar* *M*[a]) nullo *M* ‖ 29 idem ... 30 deportatur] creditor, qui sciens filium familias a parente pignori accepit, relegatur *Dig.*

2 possunt. Veritati et origini ingenuitatis manumissio quocum-
3 que modo facta non praeiudicat. Descriptio ingenuorum ex
officio fisci inter fiscalem familiam facta ingenuitati non prae-
4 iudicat. Qui metu et impressione alicuius terroris apud acta
praesidis seruum se esse mentitus est, postea statum suum
5 defendenti non praeiudicat. Post susceptum liberale iudi-
cium si adsertor causam deseruerit, in alium adsertorem omne
iudicium transferri placuit: in priorem uero, quod prodendae
libertatis gratia factum est, extra ordinem uindicatur: non
enim oportet susceptam status causam nulla cogente necessi-
6 tate destitui. *Cui necessitas probandi de ingenuitate sua
*non incumbit, ultro si ipse probare desideret, audiendus
7 *est. Qui de ingenuitate cognoscunt, de calumnia eius, qui
*temere controuersiam mouit, ad modum exsilii possunt ferre
8 *sententiam. Tutores uel curatores pupillorum, quorum tu-
*telam et res administrauerunt, postea status quaestionem
9 *facere non possunt. Maritus uxori eidemque libertae status
*quaestionem inferre non prohibetur.*

[IA]

1 *Locatio uectigalium, quae calor licitantis ultra modum so-
*litae conductionis inflauit, ita demum admittenda est, si fide-
*iussores idoneos et cautionem is qui licitatione uicerit offerre
2 *paratus sit. Ad conducendum uectigal inuitus nemo compel-
*litur et ideo impleto tempore conductionis elocanda sunt.
3 *Reliquatores uectigalium ad iterandam conductionem, ante-
*quam superiori conductioni satisfaciant, admittendi non sunt.
4 *Debitores fisci itemque rei publicae uectigalia conducere pro-
*hibentur, ne ex alia causa eorum debita onerentur: nisi forte
*tales fideiussores obtulerint, qui debitis eorum satisfacere
5 *parati sint. Socii uectigalium si separatim partes adminis-
*trent, alter ab altero minus idoneo in se portionem trans-
6 *ferr*i* iure desiderat. Quod illicite publice priuatimque ex-
*actum est cum altero tanto passis iniuriam exsoluitur: per

1, 6—9 = *Dig.* 40, 12, 39 || 1A, 1—9 = *Dig.* 39, 4, 9

20 quae] quam *Gebauer* || calor $F^1$, calore $F^2$ || 24 elocanda $F^1$, ea locanda $F^2$ || 31 transferre iure $F^2$, transferretur $F^a$, transferretur e $F^b$

*uim uero extortum cum poena tripli restituitur: amplius ex-
*tra ordinem plectuntur: alterum enim utilitas priuatorum,
7 *alterum uigor publicae disciplinae postulat. Earum rerum
*uectigal, quarum numquam praestitum est, praestari non
*potest. quod si praestari consuetum indiligentia publicani
8 *omiserat, alius exercere non prohibetur. Res exercitui pa-
9 *ratas praestationi uectigalium subici non placuit. Fiscus ab
*omnium uectigalium praestationibus immunis est. merca-
*tores autem, qui de fundis fiscalibus mercari consuerunt,
*nullam immunitatem soluendi publici uectigalis usurpare
10 *possunt. Cotem ferro subigendo necessariam hostibus quo-
*que uenumdari, ut ferrum et frumentum et sales, non sine
11 *periculo capitis licet. Agri publici, qui in perpetuum lo-
*cantur, a curatore sine auctoritate principali reuocari non
12 *possunt. Dominus nauis si illicite aliquid in naue uel ipse
*uel uectores imposuerint, nauis quoque fisco uindicatur.
*quod si absente domino [id] a magistro uel gubernatore aut
*proreta nautaue aliquo id factum sit, ipsi quidem capite puni-
*untur commissis mercibus, nauis autem domino restituitur.
13 *Illicitarum mercium persecutio heredem quoque adfligit.
14 *Eam rem, quae commisso uindicata est, dominus emere non
*prohibetur uel per se uel per alios quibus hoc mandauerit.
15 *Qui maximos fructus ex redemptione uectigalium conse-
*quuntur, si postea tanto locari non possunt, ipsi ea priori-
*bus pensionibus suscipere compelluntur.*

### [II DE VSVCAPIONE]

1 Possessionem adquirimus et animo et corpore: animo
utique nostro, corpore uel nostro uel alieno. sed nudo animo
adipisci quidem possessionem non possumus, retinere tamen
nudo animo possumus, sicut in saltibus hibernis aestiuisque
2 contingit. Per liberas personas, quae in potestate nostra non
sunt, adquiri nobis nihil potest. sed per procuratorem ad-
quiri nobis possessionem posse utilitatis causa receptum est.

14, 6—9 = *Dig.* 34, 4, 9 || 1A, 10—15 = *Dig.* 39, 4, 11

4 praestari] postulari *Mommsen* || 11 quoque hostibus *Mommsen* || 17 id *del. Mommsen* || 20 adfligit $F^1$, adficit $F^2$ || 22 per (pre $F^1$) se] per nos uel per se $F^2$

absente autem domino comparata non aliter ei, quam si rata
3 sit, quaeritur. Longi autem temporis praescriptio inter praesentes continui decennii spatio, inter absentes uicennii com-
4 prehenditur. Viginti annorum praescriptio etiam aduersus rem publicam prode*st* ei, qui iustum initium possessionis habuit nec medio tempore interpellatus est. actio tamen quanti eius interest aduersus eos rei publicae datur, qui ea negotia
5 defendere neglexerunt. Si post motam intra tempora quaestionem res ad nouum dominum emptione transierit, nec is per uiginti annos fuerit inquietatus, auelli ei possessionem non oportet.

[III DE HIS QVAE PER TVRBAM FIVNT]

1 In eos, qui per turbam seditionemue damnum alicui dederint dandumue curauerint, si quidem res pecuniaria est, aestimatione dupli sarcitur: quod si ex hoc corpori alicuius,
2 uitae membrisue noceatur, extra ordinem uindicatur. Quidquid ex incendio ruina naufragio nauique expugnata raptum susceptum suppressumue erit, eo anno in quadruplum eius rei, quam quis suppresserit celauerit rapuerit, conuenitur,
3 postea in simplum. Hi qui aedes alienas uillas*u*e expilauerint effregerint expugnauerint, si quidem id turba cum telis coacta fecerint, capite puniuntur. telorum autem appellatione omnia, ex quibus saluti hominis noceri possit, acci-
4 piuntur. Receptores adgressorum itemque latronum eadem poena adficiuntur, qua ipsi latrones: sublatis enim suscepto-
5 ribus grassantium cupido conquiescit. Fures uel raptores balnearum plerumque in metallum aut in opus publicum damnantur: nam nonnumquam pro frequentia admissorum iu-
6 dicantis sententia temperatur. Incendiarii, qui consulto

3, 3 = *Dig.* 48, 6, 11 *pr.* § 1

1 quam si ei *fortasse scr.* || rata *M*, grata *L* || 2 quaeritur *dett.*, quaerere *L*, inaerere *M* || 3 spatium *ML* || 4 uiginti] decem uel uig. *Huschke* || 5 prodesse *codices* || 9 is *M*, ipse *L* || 14 dandumue *dett.*, damnum *M*, iniuriamue *L*[b], iniuriamueue *L*[a] || 16 membrisue *dett.*, membrisque *ML* || 20 postea *L*, postea uero *M* || alienas *Dig.*, aliquas *ML*, aliquas alienas *dett.* || uillasque *codices*, aut uillas *Dig.* || 21 si quid in turba cum telis fecerint *Dig.* || 23 saluti h. noceri possit (nocere possunt *L*) *ML*, singuli homines noceri (nocere *F*) possunt *Dig.* || 28 nam *M*, *om.* *L*

incendium inferunt, summo supplicio adficiuntur. quod si per incuriam ignis euaserit, dupli compendio damnum eiusmodi sarcir*i* placuit.

[IV DE INIVRIIS]

1 Iniuriam patimur aut in corpus aut extra corpus: in cor-
pus uerberibus et illatione stupri, extra corpus conuiciis et
famosis libellis, quod ex adfectu uniuscuiusque patientis et
2 facientis aestimatur. Furiosus itemque infans adfectu doli
et captu contumeliae carent: idcirco iniuriarum agi cum his
3 non potest. Si liberis qui in potestate sunt aut uxori fiat
iniuria, nostra interest uindicare: ideoque per nos actio in-
ferri potest, si modo is qui fecit *in* iniuriam nostram id fecisse
4 doceatur. Corpori iniuria infertur, cum quis pulsatur cui*ue*
stuprum infertur aut de stupro interpellatur. quae res extra
ordinem uindicatur, ita ut pulsatio pudoris poena capitis uin-
5 dicetur. Sollicitatores alienarum nuptiarum itemque matri-
moniorum interpellatores et si effectu sceleris potiri non pos-
sint, propter uoluntatem perniciosae libidinis extra ordinem
6 puniuntur. Iniuriarum actio aut lege aut more aut mixto
iure introducta est. lege duodecim tabularum de famosis car-
7 minibus, membris ruptis et ossibus fractis. Moribus, quo-
tiens factum pro qualitate sui arbitrio iudicis aestimatur, con-
8 gruentis poenae supplicio uindicatur. Mixto iure actio iniu-
riarum ex lege Cornelia constituitur, quotiens quis pulsatur,
uel cuius domus introitur ab his, qui uulgo directarii appel-
lantur. in quos extra ordinem animaduertitur, ita ut prius
ingruentis consilium pro modo commentae fraudis poena uin-
9 dicetur exilii aut metalli aut operis publici. Iniuriarum ci-
uiliter damnatus eiusque aestimationem inferre iussus famo-
10 sus efficitur. Atrox iniuria aestimatur aut loco aut tempore

4, 5 = *Dig.* 47, 11, 1 *pr.*

2 per incuriam *L*, incuria eorum *M* || dupli *M*, duplo *L* || 3 sarcire *ML* || 6 et *M*, aut *L* || 11 per *M*, plenius per *L* || 12 in *om. codices* || 13 cuiue *Cuiacius*, cuique *codices* || 14 aut de stupro interpellatur *fortasse ex* § 14 *addita sunt* || 17 possint *L*, possit *M*, possunt *Dig.* || 22 congruentis] aut congr. *Huschke* || 25 domus] domus ui *Huschke: uidentur tamen plura aut hoc loco aut post* introitur *intercidisse* || 26 prius ingruentes *M:* furis inruentis *scr. (similiter Huschke)* || 27 commentae *dett.*, conmenti *M*, committente *L*

aut persona: loco, quotiens in publico inrogatur: tempore,
quotiens interdiu: persona, quotiens senatori uel equiti Ro-
mano decurioni*ue* uel alias spectatae auctoritatis uiro: et si
plebeius uel humili loco natus senatori uel equiti Romano,
decurioni uel magistratui uel aedili uel iudici, quilibet ho-
11 rum, uel si his omnibus plebeius. Qui per calumniam iniu-
riae actionem instituit, extra ordinem punitur: omnes enim
calumniatores exilii uel insulae relegatione aut ordinis amis-
12 sione puniri placuit. Iniuriarum non nisi praesentes accu-
sare possunt: crimen enim, quod uindictae aut calumniae iu-
13 dicium expectat, per alios intendi non potest. Fit iniuria
contra bonos mores, ueluti si quis fimo corrupto aliquem per-
fuderit, caeno, luto oblinierit, aquas spurcauerit, fistulas la-
cus quidue aliud in iniuriam publicam contaminauerit: in
14 quos grauiter animaduerti solet. Qui puero praetextato stu-
prum aliudue flagitium abducto ab eo uel corrupto comite
persuaserit, mulierem puellamue interpellauerit, quidue pu-
dicitiae corrumpendae gratia fecerit, donum praebuerit pre-
tiumue, quo id persuadeat, dederit, perfecto flagitio capite
punitur, imperfecto in insulam deportatur: corrupti comites
15 summo supplicio adficiuntur. *Qui carmen famosum in in-
*iuriam alicuius uel alia quaelibet cantica, quo agnosci possit,
*composuerit, ex auctoritate amplissimi ordinis in insulam
*deportatur: interest enim publicae disciplinae opinionem
16 *uniuscuiusque a turpi carminis infamia uindicare.* Psalte-

4, 13. 14 = *Dig.* 47, 11, 1, 1. 2 || 4, 15 *extat in A Paris.* 4409 *Paris. S. Germani* 366 *Vaticano reg.* 1048 *Bernensi* 263: *in Germ. praemittitur* Interpr.

1 publicum *codices* || 3 ue *om. codices* || uiro et si . . . 6 plebeius] *corrupta haec fortasse sic restituenda sunt* uiro plebeius uel humili loco natus iniuriam facit uel magistratui uel aedili uel iudici quilibet (*similiter Huschke, cf. Gai.* 3, 225) || 10 quod uind. aut *dett.*, quod uind. per *M,* aut uind. aut *L* || 13 aquas purgauerit *codices,* aquas spurgauerit *Dig.* || fistulas *Dig.*, fistulam *codices* || 14 in ini. *M,* ad ini. *Dig.*, ini. *L* || 15 praetextato *om. Dig.* || 16 aliudue flagitium *om. Dig.* || 17 mulierem] aut m. *Dig.* || pudicitiae corrumpendae] impudicitiae *Dig.* || 19 id] is *Dig.* || punitur capite *Dig.* || 21 carnem *Bern.* || famosam *Bern.*[a] || in iniuriarum *A,* iniuriarum *Bern.* || 22 qualibet *Bern.* || 25 a *Germ.?, om. reliqui* || infamiam *Bern.* || *post* uindicare *codices addunt* carmen facit non tantum qui satiras et epigrammata (sytiras sed epygrammas *Bern.*), sed *i*llegitimam (sed uel legit. *codices*) insectandi alicuius causam (causa *Bern.*) quidue aliud alio genere componit. de ratione et de personarum dignitate nihil (et desperatione nil *A Vat.*, et

rium, quod uulgo canticum dicitur, in alterius infamiam com-
positum et publice cantatum tam in eos qui hoc cantauerint
quam in eos qui composuerint, extra ordinem uindicatur: eo
acrius, si personae dignitas ab hac iniuria defendenda sit.
17 In eos auctores, qui famosos libellos in contumeliam alterius
proposuerint, extra ordinem usque ad relegationem insulae
18 uindicatur. Conuicium iudici ab appellatoribus fieri non
19 oportet: alioquin infamia notantur. Maledictum itemque
conuicium publice factum ad iniuriae uindictam reuocatur.
20 quo facto condemnatus infamis efficitur. Non tantum is, qui
maledictum aut conuicium ingesserit, iniuriarum conuictus
famosus efficitur, sed et is, cuius ope consilioue factum esse
21 dicitur. *Conuicium contra bonos mores fieri uidetur, si ob-
*scaeno nomine aut inferiore parte corporis nudatus aliquis
*insectatus sit. quod factum contemplatione morum et causa
*publicae honestatis uindictam extraordinariae ultionis ex-
22 *pectat.* Seruus, qui iniuriam aut contumeliam fecerit, si
quidem atrocem, in metallum damnatur, si uero leuem, fla-
gellis caesus sub poena uinculorum temporalium domino re-
stituitur.

[VA DE EFFECTV SENTENTIARVM ET FINIBVS LITIVM]

1 Res iudicatae uidentur ab his, qui imperium potesta-
temque habent uel qui ex auctoritate eorum inter partes dan-
tur, itemque *a* magistrat*ib*us municipal*ibus* usque ad sum-
mam, qua ius dicere possunt, itemque ab his, qui ab impe-
ratore extra ordinem petuntur. ex compromisso autem iudex
sumptus rem iudicatam non facit: sed si poena inter eos
promissum sit, poena *re* in iudicium deducta ex stipulatu

4, 18 = *Dig.* 47, 10, 42 || 4, 21 *extat in Parisiensibus* 4409. 4410 *Vaticano reg.* 1048 *Bernensi* 263

disperatione dialectione nil *Bern.*) cauetur, quoniam omnimodo deformanda est (est *om. A*) eius persona, contra quem uenimus. sed in hoc modus (modo *A Bern.*) quidam et ratio adhibenda est: aestimatio enim etiam hoc modo laeditur (legitur *A Vat.*), *quae Cuiacius non Pauli sed Interpretis esse uidit*

4 defendenda *M*, uindicanda *L* || 6 usque $L^b$, quoque *M*, *incertus* $L^a$ || 13 obscine *Bern.* || 14 inferiori *Paris.* 4409 || 24 a magistratibus municipalibus *Cuiacius*, magistratus municipales *codices* || 27 si sub poena inter eos compromissum sit *scr.* || 28 re in *Huschke*, rei in *M*, rem *L* || deducta L, deductae M

2 peti potest. Confessi debitores pro iudicatis habentur, ideo-
que ex die confessionis tempora solutioni praestituta compu-
3 tantur. Confiteri quis in iudicio non tantum sua uoce, sed
et litteris et quocumque modo potest: conuinci autem non
4 nisi scriptura aut testibus potest. Eorum, qui de debito con-
5 fessi sunt, pignora capi et distrahi possunt. Ea, quae altera
5 (6) parte absente decernuntur, uim rerum iudicatarum non ob-
$5^a$($6^a$) tinent. *De unoquoque negotio praesentibus omnibus, quos
*causa contingit, iudicari oportet: aliter enim iudicatum tantum
$5^b$ *inter praesentes tenet. Qui apud fiscum causam defendere
*[saepius conuenti] neglexerint, rebus iudicatis subiciendi sunt.
*quod eo apparet, si saepe conuenti praesentiam suam facere
6 (7) *noluerint.* Trinis litteris uel edictis aut uno pro omnibus
dato aut trina denuntiatione conuentus nisi ad iudicem, ad
quem sibi denuntiatum est aut cuius litteris uel edicto con-
uentus est, uenerit, quasi in contumacem dicta sententia auc-
toritatem rerum iudicatarum obtinet: quin immo nec appel-
$6^a$ lari ab *ea* potest. Ab ea sententia, quae aduersus contumaces
lata est, neque appellari neque in duplum reuocari potest.
7 (5) *Confessionem suam reus in duplum reuocare non potest.*
8 Res olim iudicata post longum silentium in iudicium deduci
non potest nec eo nomine in duplum reuocari. longum au-
tem tempus exemplo longae praescriptionis decennii inter prae-
9 sentes, inter absentes uicennii computatur. In causa capi-
tali absens nemo damnatur neque absens per alium accusare
10 aut accusari potest. Falsis instrumentis religione iudicis cir-
cumducta, si iam dicta sententia prius de crimine admisso
11 constiterit, eius causae instauratio iure deposcitur. *Ratio
*calculi saepius se patitur supputari atque ideo potest quo-
*cumque tempore retractari, si non longo tempore euanescat.*

5A, $5^a$. $5^b$ = *Dig.* 42, 1, 47 || 5A, 6. $6^a$. 7 = *Appendix* 2, 8—10 || 5A, 11 = *Appendix* 1, 16

2 solutioni *Cuiacius*, solutionis *codices* || 5 de *M*, *om. L* || 11 saepius conuenti *del. Mommsen* || 15 edictis *Appendix* || 18 ea potest *Sichardus*, eo potest *codices (Wisig. et Appendix)* || 19 lata *Appendix*, data *ML* || 24 inter *M*, et inter *L* || computatur *L*, *om. M* || 25 accusare aut *M*, *om. L* || 26 religione *dett.*, religio *ML* || 27 iam dicta *L*, indicta *M*

[VB]

1 *Pupillus si non defendatur, in possessione creditoribus
*constitutis minoribus ex his usque ad pubertatem alimenta
2 *praestanda sunt. Eius qui ab hostibus captus est bona ue-
*nire non possunt, quamdiu reuertatur.*

[VI DE INTERDICTIS]

1a *Neque muri neque portae habitari sine permissu prin-
1b *cipis propter fortuita incendia possunt. Concedi solet, ut
*imagines et statuae, quae ornamento rei publicae sunt fu-
1 *turae, in publicum ponantur.* Retinendae possessionis gratia
comparata sunt interdicta, per quae eam possessionem quam
iam habemus retinere uolumus, quale est VTI POSSIDETIS de
rebus soli et VTRVBI de re mobili. et in priore quidem is po-
tior est, qui redditi interdicti tempore nec ui nec clam nec
precario ab aduersario possedit: in altero uero potior est qui
maiore parte anni retrorsum numerati nec ui nec clam nec
2 precario possedit. Vt interdictum, ita et actio proponitur,
ne quis uia publica aliquem prohibeat. cuius rei sollicitudo
ad uiarum curatores pertinet, a quarum munitione nemo ex-
ceptus est. si quis tamen in ea aliquid operis fecerit, quo
3 commeantes impediantur, demolito opere condemnatur. Non
tantum si ipse dominus possessione deiciat, utile interdictum
est, sed etiam si familia eius. familiae autem nomine etiam
4 duo serui continentur. Vi deicitur non tantum qui oppressu
multitudinis aut fustium aut telorum aut armorum metu ter-
retur, sed et is qui uiolentiae opinione comperta possessione
5 cessit, si tamen eam aduersarius ingressus sit. De naui ui
deiectus hoc interdicto experiri non potest: sed utilis ei actio
de rebus recuperandis exemplo ui bonorum raptorum datur.

---

5B = *Dig.* 42, 5, 39 *(ex his, non ex Pauli aliquo codice hunc titulum hausisse emendationesque in Cuiacii Obseru.* 24, 17 *commendatas recepisse editorem Geneuensem a.* 1586 *perspexit Mommsen)* ‖ 6, 1a = *Dig.* 43, 6, 3 ‖ 6, 1b = *Dig.* 43, 9, 2

---

2 pupillo *editor Geneuensis (u. s.)* ‖ possessione] possessione bonorum *Geneu.* ‖ 3 minoribus *F, om. Geneu.:* bonorum eius *Mommsen* ‖ 9 ornamenta *F* ‖ 15 possedit *L*, possidetur *M*, possidet *dett.* ‖ 19 pertinet. ab uiarum *Huschke* ‖ 21 *ante* § 3 *rubricam* de interdicto utrubi (utrum ui *L*) *codices inserunt* ‖ 22 possessione] possessione utruui *L* ‖ deiciat *Cuiacius*, deiciatur *codices* ‖ 24 oppresso *ML* ‖ 25 terretur *M*, territus *L* ‖ 27 eam *dett.*, ea *L*, *om. M* ‖ 29 ui *L*, de ui *M*

id*em*que in eo dicendum est, qui carruca aut equo deicitur:
6 quibus non abductis iniuriarum actio datur. Vi deiectus ui-
detur et qui in praedio ui retinetur et qui in uia territus est,
7 ne ad fundum suum accederet. Qui ui aut clam aut precario
8 possidet ab aduersario, impune deicitur. Ex rebus ui pos-
sessis si aliquae res arserint uel serui decesserint, licet id
sine dolo eius qui deiecit factum sit, aestimatione tamen con-
$8^{a}$ demnandus est, qui ita uoluit adipisci rem iuris alieni. *Cu-
*iuscumque fundi usufructuarius prohibitus aut deiectus de
*restitutione omnium rerum simul occupatarum agit: sed et
*si medio tempore ali*quo* casu interciderit ususfructus, aeque
$8^{b}$ *de perceptis antea fructibus utilis actio tribuitur. Si fun-
*dus, cuius ususfructus petitur, non a domino possideatur,
*actio redditur. et ideo si de fundi proprietate inter duos
*quaestio sit, fructuarius nihilo minus in possessione esse
*debet satisque ei a possessore cauendum est, quod non sit
*prohibiturus frui eum, cui ususfructus relictus est, quamdiu
*de iure suo probet. sed si ipsi usufructuario quaestio mo-
*ueatur, interim ususfructus eius *di*ffertur: sed caueri de
*restituendo eo, quod ex his fructibus percepturus est, uel si
$8^{c}$ *satis non detur, ipse frui permittitur. Si de uia itinere actu
*aquaeductu agatur, huiusmodi cautio praestanda est, quam-
*diu quis de iure suo doceat, non se impediturum agentem
*et aquam ducentem et iter facientem. quod si neget ius
*esse aduersario agendi aquae ducend*ae*, cauere sine prae-
*iudicio amittendae seruitutis debebit, donec quaestio finie-
$8^{d}$ *tur, non se usurum. . . . . fructuarius, licet suo nomine.
$8^{e}$ $8^{f}$ *. . . . siue ad fundum nostrum facit siue ex fundo. Serui-
*tute usus non uidetur nisi is, qui suo iure uti se credidit:
*ideoque si quis pro uia publica uel pro alterius seruitute
9 *usus sit, nec interdictum nec actio utiliter competit.* Si
inter uicinos ex communi riuo aqua ducatur, induci prius

6, $8^{a}$. $8^{b}$ = *Dig.* 7, 1, 60 ‖ 6, $8^{c}$ = *Dig.* 43, 20, 7 ‖ 6, $8^{d}$ = *Dig.* 8, 6, 21 ‖ 6, $8^{e}$ = *Dig.* 8, 6, 23 ‖ 6, $8^{f}$ = *Dig.* 8, 6, 25

1 idemque *Sichardus,* idque *codices* ‖ 8 qui *L,* quia *M* ‖ 11 alio *F* ‖ 19 differtur *dett.,* offertur *F* ‖ caueri] cauetur ei *Mommsen* ‖ 25 agendi] eundi agendi *Mommsen* ‖ ducendi *F* ‖ 27 §§ $8^{d}$. $8^{e}$ *Scaeuolae regulis sic insertae sunt:* usu retinetur seruitus, cum ipse cui debetur utitur . . . aut fructuarius — fructuarius licet suo nomine. — denique quicumque quasi debita uia usus fuerit — siue . . . ex fundo — . . . retinebitur seruitus ‖ 32 induci (interdici *dett.*) prius debet] *requiruntur fere talia:* inquiri prius debet quibus uicibus singuli ante controuersiam motam aquam duxerint

debet, et his uicibus, quibus a singulis duci consueuit,
*ducenti* uis fieri prohibetur: alienam autem aquam usurpanti
nummaria poena inrogatur. cuius rei cura ad sollicitudinem
10 praesidis spectat. Redditur interdicti actio, quae proponi-
tur ex eo, ut quis quod precarium habet restituat. nam et
ciuilis actio huius rei sicut commodati competit: eo uel ma-
xime, quod ex beneficio suo unusquisque iniuriam pati non
11 debet. Precario possidere uidetur non tantum qui per epi-
stulam uel qualibet alia ratione hoc sibi concedi postulauit,
sed et is qui nullo uoluntatis indicio, patiente tamen domino
12 possidet. Heres eius, qui precariam possessionem tenebat,
si in ea manserit, magis dicendum est clam uideri possidere:
nullae enim preces eius uidentur adhibitae. et ideo perse-
13 cutio eius rei semper manebit nec interdicto locus est. Ar-
bor, quae in alienas aedes imminet uel in uicini agrum, nisi
a domino sublucari non potest, isque conueniendus est ut
eam sublucet. quod si conuentus dominus id facere nolue-
rit, a uicino luxuries ramorum compescitur: idque qualis-
14 cumque dominus facere non prohibetur. Aduersus eum, qui
hominem liberum uinxerit suppresserit incluserit operamue
ut id fieret dederit, tam interdictum quam legis Fabiae super
ea re actio redditur: et interdicto quidem id agitur, ut ex-
hibeatur is qui detinetur, lege autem Fabia, *ut* etiam poena
15 nummaria coerce*a*tur. Bene concordans matrimonium sepa-
rari a patre diuus Pius prohibuit, itemque a patrono liber-
tum, a parentibus filium filiamque: nisi forte quaeratur, ubi
16 utilius morari debeat. Omnibus bonis, quae habet quaeque
habiturus est, obligatis nec concubina nec filius naturalis nec
alumnus nec quae in usu cotidiano habet obligantur: ideo-
que de his nec interdictum redditur.

[VII DE OBLIGATIONIBVS]

1 Obligationum firmandarum gratia stipulationes inductae
sunt, quae quadam uerborum sollemnitate concipiuntur, et
appellatae, quod per eas firmitas obligationum constringitur:
2 stipulum enim ueteres firmum appellauerunt. Verborum ob-
ligatio inter praesentes, non etiam inter absentes contrahitur.

1 et *dett.*, *om. ML* || 2 ducenti *Cuiacius*, ducenti autem *codices* || 13 eius *M*, *om. L* || 16 isque *dett.*, is qui *ML* || 18 conpescetur *M* || 21 fabiae super ea re actio *M*, fabiae ut super ea re accusatio L || 23 ut . . . 24 coerceatur *Cuiacius*, aut . . . cohercetur *codices* || 31 de] de uerborum *Schulting*

quod si scriptum fuerit instrumento promisisse aliquem, per-
inde habetur, atque si interrogatione praecedente respon-
$2^a$ sum sit. *Si sub una significatione diuersis nominibus ea
*res quae in stipulatum deducitur appellatur, non infirmat
$2^b$ *obligationem, si alter altero uerbo utatur. Si, qui uiam ad
*fundum suum dari stipulatus fuerit, postea fundum par-
*temue eius ante constitutam seruitutem alienauerit, euanes-
3 *cit stipulatio.* Fructuarius seruus si quid ex re fructuarii
aut ex operis suis adquirit, ad fructuarium pertinet. quid-
quid autem aliunde uel ex re proprietarii adquirit, domino
4 proprietatis adquirit. Cum facto promissoris res in stipula-
tum deducta intercidit, perinde agi ex stipulatu potest, ac si
ea res extaret: ideoque promissor aestimatione eius punitur,
maxime si in dolum quoque eius concepta fuerit stipulatio.

### [VIII DE NOVATIONIBVS]

Non solum per nosmet ipsos nouamus quod nobis debetur, sed etiam per eos, per quos stipulari possumus, uelut per filiam familias uel per seruum iubendo uel ratum habendo. procurator quoque noster ex iussu nostro receptum est ut nouare possit.

### [IX DE STIPVLATIONIBVS]

1 Substitutus heres ab instituto, qui sub condicione scrip-
tus est, utiliter sibi institutum hac stipulatione cauere com-
pellit, ne petita bonorum possessione res hereditarias demi-
nuat: hoc enim casu ex die interpositae stipulationis duplos
fructus praestare compellitur. huius enim praeiudicium a
superiore differt, quo quaeritur, an ea res de qua agitur
maior sit centum sestertiis: ideoque in longiorem diem con-
2 cipit*ur*. Ex die accepti iudicii dupli fructus computantur.
et tam dantes quam accipientes, heredes quoque eorum,
procuratores cognitorumque personae, itemque sponsores
eadem stipulatione comprehenduntur: eorum quoque, quo-

7, $2^a$. $2^b$ = *Dig.* 45, 1, 136

1 perinde *dett.*, proinde *L*, aut inde *M* || 9 adquiret *L* || 10 adquirit *dett.*, adquiret *ML* || 11 adquiret *$M^a L$* || 14 concepta *L*, gratu *M* || 20 nouare *dett.*, nouari *ML* || 21 de stip. praetoriis *Cuiacius* || 28 concipitur *Cuiacius*, concipit *M*, concepit *L* || 30 dantes . . . 32 quorum] dantis quam accipientis (accipientis *$L^a$*?) heredes, procuratorum quoque eorum cogn. pers. eadem stip. compr., itemque sponsores eorum, quorum *scr.*

3 rum nomine promittitur. Quotiens iudicatum solui stipula-
tione satisdatur, omissa eius actio rei iudicatae persecutionem
4 non excludit. Emancipati liberi praeteriti si uelint miscere
se paternae hereditati et cum his qui in potestate remanserunt
communis patris diuidere hereditatem, antequam bonorum
possessionem petant, de conferendo cauere cum satisdatione
debebunt. quod si satisdare non possunt, statim ex fide bo-
norum con*fus*ionem excepto peculio castrensi facere cogendi
sunt.

### [X DE CONTRAHENDA AVCTORITATE]

1 Ob metum impendentis damni uicino satisdar*i* debet da-
2 tis sponsoribus super eo quod damni acciderit. De communi
pariete utilitatis causa hoc coepit obseruari, ut aedificet qui-
dem, cui*us* aedificare interest, cogatur uero socius portionis
suae impensas agnoscere.

### [XI DE DONATIONIBVS]

1 Species extra dotem a matre in honorem nuptiarum prae-
sente filia genero traditae donationem perfecisse uidentur.
2 Probatio traditae uel non traditae possessionis non tam in
iure quam in facto consistit: ideoque sufficit ad probationem,
3 si rem corporaliter teneant. Pater si filio familias aliquid
donauerit et in ea uoluntate perseuerans decesserit, morte
4 patris donatio conualescit. Cum unius rei in duo*s* donatio
confertur, potior est ille, cui res tradita est: nec interest,
posterior *is* an pri*or* acceperit, et exceptae nec ne per-
5 sonae sint. Inuitus donator de euictione rei donatae pro-
mittere non cogitur, nec eo nomine, si promiserit, oneratur,
quia lucratiuae rei possessor ab euictionis actione ipsa iuris
5ª ratione depellitur. *Si pater emancipati filii nomine dona-

11, 5ª. 6 = *Dig.* 39, 5, 34

8 confusionem *scripsimus ad Interpretationem*, conpititionem *M*, competionem *L* || 10 *expectes rubricam* de damno infecto || 11 satisdare *codices* || datis *M*, additis *L* || 13 ut *dett.*, ut ea *M*, ut hoc *L* || 14 cui *codices* || 17 a *om. M* || matre *M*, patre *L* || 18 uidentur *dett.*, uidetur *M*, uideatur *L* || 19 uel non trad. *om. M* || 21 teneant *L*, teneat *M*, teneam *Rittershusius* || 23 duobus *codices* || 25 is an prior *scripsi*, quis an prius *M*, quis an qui primus *L*: *expectes etiam* donationem *ante* acceperit

*tionis animo pecuniam fenerauit eamque filius stipulatus
6 *est, ipso iure perfectam donationem ambigi non potest.* Ei,
qui aliquem a latrunculis uel hostibus eripuit, in infinitum
donare non prohibetur (si tamen donatio et non merces eximii laboris appellanda est), quia contemplationem salutis
certo modo aestimari non placuit.

[XII DE IVRE FISCI ET POPVLI]

1ª *In fraudem fisci non solum per donationem, sed quo-
*cumque modo res alienatae reuocantur. idemque iuris
*est et si non quaeratur: aeque enim in omnibus fraus puni-
1ᵇ *tur. Bona eorum, qui in custodia uel in uinculis uel com-
*pedibus decesserunt, heredibus eorum non auferuntur,
1ᶜ *siue testato siue intestato decesserunt. Eius bona, qui sibi
*mortem consciuit, non ante ad fiscum coguntur, quam prius
1 *constiterit, cuius criminis gratia manus sibi intulerit.* Eius
bona, qui sibi ob aliquod admissum flagitium mortem consciuit et manus intulit, fisco uindicantur. quod si id taedio uitae aut pudore aeris alieni uel ualetudinis alicuius impatientia admisit, non inquietabuntur, sed ordinariae succes-
1ᵈ sioni relinquuntur. *A debitore fisci in fraudem datas liber-
*tates retrahi placuit. sane ipsum ita ab alio emere mancipium,
*ut manumittat, non est prohibitum: ergo tunc et libertatem
2 *praestare possit.* Ei etiam uelut indigno aufertur hereditas qui adfinem uel cognatum, cui ipse ab intestato successurus erat, testamentum facere prohibuit aut ne iure subsiste-
2ª ret operam dedit. *Portiones quoque eorum fisco uindicantur,
*qui mortem libertorum suspecto decedentium non defende-
*runt: omnes enim heredes uel eos qui loco heredis sunt of-

12, 1ª—1ᶜ = *Dig.* 49, 14, 45 *pr.* §§ 1. 2 || 12, 1 = *Dig.* 49, 14, 45, 2 || 12, 1ᵈ = *Dig.* 49, 14, 45, 3, *cf. fr. de iure fisci* § 19 || 12, 2ª = *Dig.* 34, 9, 21

2 est] et *F* || ei qui *sqq.*] si quis aliquem a latrunculis uel hostibus eripuit et aliquid pro eo ab ipso accipiat, haec donatio inreuocabilis est: non merces eximii laboris appellanda est, quod contemplatione salutis certo modo aestimari non placuit *Dig.* || 5 contemplationem *dett.*, contemplatione *ML cum Dig.* (*u. s.*) || 16 mortem consciuit et manus intulit] *Dig.*, morte constia intulit *L*, morte consciuit *M* || 17 id taedium *L*, id *dio *M*ª, id odio *M*ᵇ, i taedio *Dig.* || 19 admisit *Dig.*, hoc admisit *codices* || ordinariae] suae *Dig.*

3 *ficiose agere circa defuncti uindictam conuenit.* Si pater
uel dominus id testamentum, quo filius eius uel seruus he-
redes instituti sunt aut legatum acceperunt, falsum redar-
4 guant nec obtineant, fisco locus est. Aetati eius, qui accusat
testamentum, si non obtineat, succurri solet in id quod ita
amisit: maxime si tutoris aut curatoris consilio actio instituta
4a sit. *Minor uiginti quinque annis omissam allegationem per
5 *in integrum restitutionis auxilium repetere potest.* In ea
prouincia, ex qua quis originem ducit, officium fiscale admi-
nistrare prohibetur, ne aut gratiosus aut calumniosus apud
6 suos esse uideatur. Quotiens sine auctoritate iudicati officia-
les alicuius bona occupant uel describunt uel sub obserua-
tione esse faciunt, adito procuratore iniuria submouetur et
rei huius auctores ad praefectos praetorio puniendi mittun-
7 tur. Litem in perniciem priuatorum fisco donari non opor-
8 tet nec ab eodem donat*am* suscipi. Imperatorem litis causa
heredem institui inuidiosum est: nec enim calumniandi fa-
9 cultatem ex principali maiestate capi oportet. Ex nuda pol-
licitatione nulla actio nascitur: ideoque eius bona, qui se he-
redem imperatorem facturum esse iactauerat, a fisco occupari
9a non possunt. *Ex imperfecto testamento legata uel fidei-
*commissa imperatorem uindicare inuerecundum est: decet
*enim tantae maiestati eas seruare leges, quibus ipse solutus
9b *esse uidetur. Quod si ea bona, ex quibus imperator heres
*institutus est, soluendo non sint, re perspecta consulitur im-
*perator: heredis enim instituti in adeundis uel repudiandis
10 *huiusmodi hereditatibus uoluntas exploranda est.* Priui-
legium fisci est inter omnes creditores primum locum reti-
11 nere. Quicumque a fisco conuenitur, non ex indice et ex-
emplo alicuius scripturae, sed ex authentico conueniendus est,
et ita, si contractus fides possit ostendi: ceterum calumniosam
scripturam uim iustae petitionis in iudicio obtinere non con-
12 uenit. Eius bona, qui falsam monetam percussisse dicitur,

12, 4a = *Dig.* 4, 4, 36, *quae rectius fortasse titulo* 5, 5A *restituitur* || 12, 8 = *Dig.* 28, 5, 92 || 12, 9 *inde a u.* 19 eius = *Dig.* 28, 1, 31 || 12, 9a = *Dig.* 32, 23 || 12, 9b = *Dig.* 1, 19, 2 || 12, 11 = *Dig.* 22, 4, 2

8 *ante* § 5 *codices rubricam* de fisci aduocato *inserunt* || 14 praefecto *M*, praefectus *L* || 16 donata *codices* || 17 nec calumnia *Dig.* || 19 imperat. fact. heredem *Dig.* || 31 et ita *Dig. secundum Graecos*, ita *Dig. F*, et *codices Wisigothi* || 32 iustae pet. *om. Dig.*

fisco uindicantur. quod si serui ignorante domino id fecisse
dicantur, ipsi quidem summo supplicio adficiuntur, domino
tamen nihil aufertur, quia peiorem domini causam serui fa-
13 cere, nisi forte scierit, omnino non possunt. *Ex his bonis,
*quae ad fiscum delata sunt, instrumenta uel chirographa,
*acta etiam ad ius priuatorum pertinentia restitui postulanti-
14 *bus conuenit. Neque instrumenta neque acta a quoquam
15 *aduersus fiscum edi oportet. Ipse autem fiscus actorum suo-
*rum exempla hac condicione edit, ut is, cui describendi fit
*potestas, aduersus se uel rem publicam his actis *ne* utatur:
*de quo cauere compellitur, ut, si usus is contra interdictum
16 *fuerit, causa cadat. Quotiens apud fiscum agitur, actorum
*potestas postulanda est, ut merito his uti liceat, eaque manu
*commentariensis adnotanda sunt. quod si ea aliter profe-
17 *rantur, is qui ita protulerit causa cadit. Quotiens iterum
*apud fiscum eadem causa tractatur, priorum actorum, quo-
*rum usus non fuerat postulatus, ex officio recitatio iure pos-
18 *cetur. Qui pro alio a fisco conuentus debitum exsoluit, non
*inique postulat persecutionem bonorum eius pro quo soluit:
19 *in quo etiam adiuuari per officium solet. Fiscalibus debito-
*ribus petentibus ad comparandam pecuniam dilationem ne-
*gari non placuit. cuius rei aestimatio ita arbitrio iudican-
*tis conceditur, ut in maioribus summis non plus quam tres
*menses, in minoribus uero non plus quam duo prorogentur:
*prolixioris autem temporis spatium ab imperatore postulan-
20 *dum est. Si principalis rei bona ad fiscum deuoluta sint,
*fideiussores liberantur: nisi forte minus idonei sint et in
21 *reliquum non exsolutae quantitatis accesserint. Si plus ser-
*uatum est ex bonis debitoris a fisco distractis, iure ac merito
22 *restitui postulatur. Conductor ex fundo fiscali nihil trans-
*ferre potest nec cupressi materiam uendere uel oliuae non
*substitutis aliis ceterasque arbores pomiferas caedere: et
23 *facta eius rei aestimatione in quadruplum conuenitur. Mi-
*noribus uiginti quinque annis neque fundus neque uecti-
*galia locanda sunt, ne aduersus ea beneficio aetatis utantur.*

12, 13—23 = *Dig.* 49, 14, 45, 4—14

10 ne *Mommsen, om. F* || 27 minus idonei sint et] minus idoneo *Mommsen* || 33 eius $F^2$, eis $F^1$

### [XIII DE DELATORIBVS]

1 Omnes omnino deferre alterum et causam pecuniariam
fisco nuntiare prohibentur: nec refert, mares istud an femi-
nae faciant, serui an ingenui an libertini, an suos an extra-
2 neos deferant: omni enim modo puniuntur. Serui fiscales,
qui causam domino prodere ac nuntiare contendunt, deferre
non uidentur. subornati sane reum prodere coguntur, ne
qui quod per se non potest per alium deferat. perinde au-
3 tem subornatores ac delatores puniuntur. Damnati serui,
siue post sententiam siue ante sententiam dominorum faci-
nora confessi sint, nullo modo audiuntur, nisi forte reos de-
ferant maiestatis.

### [XIV DE QVAESTIONIBVS HABENDIS]

1 In criminibus eruendis quaestio quidem adhibetur: sed
non statim a tormentis incipiendum est, ideoque prius argu-
mentis quaerendum, et si suspicione aliqua reus urgueatur,
adhibitis tormentis de sociis et sceleribus suis confiteri com-
2 pellitur. Vnius facinoris plurimi rei ita audiendi sunt, ut
ab eo primum incipiatur, qui timidior et tenerae aetatis esse
3 uideatur. *Reus euidentioribus argumentis oppressus repeti
*in quaestionem potest, maxime si in tormenta animum cor-
4 *pusque durauerit. In ea causa, in qua nullis reus argumen-
*tis urguebatur, tormenta non facile adhibenda sunt: sed in-
*standum accusatori, ut id quod intendat comprobet atque
5 *conuincat. Testes torquendi non sunt conuincendi menda-
*cii aut ueritatis gratia, nisi cum facto interuenisse dicuntur.*

### [XV DE TESTIBVS]

1 Suspectos gratiae testes, et eos uel maxime, quos accu-
sator de domo produxerit uel uitae humilitas infamarit, inter-
rogari non placuit: in teste enim et uitae qualitas spectari

14, 2—5 = *Dig.* 48, 18, 18 *pr.* §§ 1—3 || 15, 1 = *Collatio* 9, 3, 1: *ex parte* = *Dig.* 22, 5, 24

16 urgeatur *M*, arguatur *L* || 19 et] est uel *Dig.* || aetatis uidetur *Dig.* || 27 testibus] testibus et de (de *om.* 9, 3) quaestionibus *Coll.* 8, 3. 9, 3: *cf. ad p.* 125, 10 || 28 gratiae *om. Coll.* || 29 eduxit *Coll.*p, deduxit *Coll.*w *Coll.*v || interrogari *dett. Coll. Dig.*, interrogatus *ML* || 30 testibus *Coll.*

2 debet et dignitas. In adfinem uel cognatum inuiti testes in-
3 terrogari non possunt. Aduersus se inuicem parentes et li-
beri, itemque liberti nec uolentes ad testimonium admittendi
sunt, quia rei uerae testimonium necessitudo personarum
4 plerumque corrumpit. Testes, cum de fide tabularum nihil
5 dicitur, aduersus scripturam interrogari non possunt. Qui
falso uel uarie testimonia dixerunt uel utrique parti prodi-
derunt, aut in exilium aguntur aut in insulam relegantur
6 aut curia submouentur. In re pecuniaria tormenta, nisi cum
de rebus hereditariis quaeritur, non adhibentur: alias autem
iureiurando aut testibus explicantur.

### [XVI DE SERVORVM QVAESTIONIBVS]

1 Seruum de facto in se interrogari posse ratio aequitatis
ostendit: nec enim obesse ei debet, qui per seruum aliquid
2 sine cautione commodat *uel* deponit. Iudex tutelaris item-
que centumuiri, si aliter de rebus hereditariis uel de fide
generis instrui non possunt, poterunt de seruis hereditariis
3 habere quaestionem. Serui alieni in alterius caput non nisi
singuli torqueri possunt. et hoc inuito domino non est per-
mittendum, nisi delator, cuius interest quod intendit pro-
bare, pretia eorum quanti dominus taxauerit inferre sit pa-
4 ratus, uel certe deterioris facti serui subire taxationem. Seruo
qui ultro aliquid de domino confitetur, fides non accommo-
datur: nec enim oportet in rebus dubiis salutem dominorum
5 seruorum arbitrio committi. Serui in caput domini neque a
praeside neque a procuratore, neque in pecuniariis quam in
6 capitalibus causis interrogari possunt. Communis seruus in
7 caput alterius ex dominis torqueri non potest. Qui seruum
ideo comparauit, ne in se torqueretur, restituto pretio pote-
8 rit interrogari. Seruus in caput eius domini, a quo distractus
est cuique aliquando seruiuit, in memoriam prioris dominii

15, 2. 3 = *Collatio* 9, 3, 2. 3 || 15, 5 = *Collatio* 8, 3 *Dig.* 22, 5, 16 || 16, 2 = *Dig.* 48, 18, 18, 4 || 16, 4 = *Dig.* 48, 18, 18, 5 || 16, 8—$8^{b}$ = *Dig.* 48, 18, 18, 6—8

3 nec *dett. cum Coll.*, nisi *M*, *om. L* || 6 dicitur] *fortasse* obicitur *scr.* || 13 facto] facto suo *Cuiacius cum Interpretatione* || 15 commodat uel *Studemund*, commodatum *codices* || 22 seruo *dett. cum Dig.* seruus *ML* || 24 neque *Dig.* || in rebus dubiis *om. Dig.* || 28 potest *M*, opotet $L^a$, oportet $L^b$ || qui] si quis *Schulting*

8[a] interrogari non potest. *Seruus nec si a domino ad tormenta
8[b] *offeratur, interrogandus est. Sane quotiens quaeritur, an
*serui in caput domini interrogandi sint, prius de eorum do-
9 *minio oportet inquiri.* Si seruus ad hoc fuerit manumissus,
ne torqueatur, quaestio de eo nihilo minus haberi potest.

10 Quaestioni eius latronis, quem quis obtulit, cum de eo
confitetur, fidem accommodari non conuenit: nisi id forte ue-
landae conscientiae suae gratia, quam cum reo habuit, fecisse
doceatur.
11 Neque accusator per alium accusare neque reus per ali-
um defendi potest, nisi ingratum libertum patronus accuset
11[a] aut rei absentia defendatur. *. . . alii propter suspicionem ca-
*lumniae, ut illi qui falsum testimonium subornati dixerunt.*
12 Si pecunia data iudici reus absolutus esse dicatur idque in
eum fuerit comprobatum, ea poena damnatur, qua reus dam-
13 nari potuisset. In conuictum reum, siue torqueri possit siue
14 non possit, pro modo admissi sceleris statuendum est. Reis
suis edere crimina accusatores cogendi sunt: scire enim
15 oportet, quibus sint criminibus responsuri. *Cogniturum de
*criminibus praesidem oportet ante diem palam facere custo-
*dias se auditurum, ne hi, qui defendendi sunt, subitis accu-
*satorum criminibus opprimantur: quamuis defensionem quo-
*cumque tempore postulante reo negari non oportet, adeo ut
16 *propterea et differantur et proferantur custodiae. Custodiae
*non solum pro tribunali, sed et de plano audiri possunt at-
17 *que damnari. In pecuniariis causis omnibus dilatio singulis
*causis plus semel tribui non potest: in capitalibus autem
*reo tres dilationes, accusatori duae dari possunt: sed utrum-
*que causa cognita.*

16, 11[a] = *Dig.* 48, 2, 9 || 16, 15. 16 = *Dig.* 48, 18, 18, 9. 10 || 16, 17 = *Dig.* 2, 12, 10

10 *inde a* § 11 *expectes rubricam* de accusationibus: *cum tamen Iustiniani* §§ 15. 16 *titulo* de quaestionibus *subdiderint, Paulus titulos Wisigothorum* 14—16 *uidetur unico titulo* de quaestionibus habendis *complexus esse* || 12 § 11[a] *in Dig.* 48, 2, 8 *his continuatur:* prohibentur accusare alii propter sexum uel aetatem *rel.* || 14 si pecunia data iudici *L*, si postea data a iudici *M* || 23 postulanti *Mommsen* || 26 omnis *F*

### [XVII DE ABOLITIONIBVS]

1 (2) Post abolitionem publicam a delatore suo reus intra tri-
2 (3) censimum diem repeti potest, postea non potest. Summa sup-
plicia sunt crux crematio decollatio: mediocrium autem delictorum poenae sunt metallum ludus deportatio: minimae relegatio exilium opus publicum uincula. sane qui ad gladium dantur, intra annum consumendi sunt.

### [XVIII DE ABACTORIBVS]

1 Abactores sunt, qui unum equum, duas equas totidemque boues uel capras decem aut porcos quinque abegerint. quidquid uero intra hunc numerum fuerit ablatum, in poena furti pro qualitate eius aut in duplum aut in triplum conuenitur, uel fustibus caesus in opus publicum unius anni datur
2 aut sub poena uinculorum domino restituetur. *Atroces pe-
*corum abactores plerumque ad gladium uel in metallum,
*nonnumquam autem in opus publicum dantur. atroces au-
*tem sunt, qui equos et greges ouium de stabulo uel de pas-
*cuis abigunt, uel si id saepius aut ferro conducta manu fa-
3 *ciunt.* Si ea pecora, de quibus quis litigat, abegerit, ad
forum remittendus est atque ita conuictus in duplum uel in
4 triplum furis more damnatur. *Qui bouem uel equum er-
*rantem quodue aliud pecus abduxerit, furem magis eum
*quam abactorem constitui placuit.*

### [XIX DE SACRILEGIS]

Qui noctu manu facta praedandi ac depopulandi gratia templum inrumpunt, bestiis obiciuntur: si uero per diem leue aliquid de templo abstulerint, uel deportantur honestiores uel humiliores in metallum damnantur.

18, 1 = *Collatio* 11, 3 ‖ 18, 2 = *Collatio* 11, 2 ‖ 18, 3. 4 = *Collatio* 11, 4. 5

2 *editiones in fronte tituli* 17 *uice* § 1 *ex Epitoma Aegidiana hoc glossema addunt:* abolitio est deletio obliuio uel extinctio accusationis ‖ 4 sunt *L*, hae sunt *M* ‖ 8 abigeatoribus *Coll.* 11, 2 ‖ 9 duas] uel duas *Coll.* ‖ 10 aut *om. Coll.* ‖ 11 in poena *Wisigothi*, inponat *Coll.*, in poenam *Cuiacius* ‖ 13 uel] aut *Coll.* ‖ 18 ferro] a ferro *codices*, ferro aut *Faber* ‖ 19 litigauerat *Coll.*P *Coll.*W, litigauerit *Coll.*V

[XIXA]

*Rei sepulchrorum uiolatorum, si corpora ipsa extraxe-*rint uel ossa eruerint, humilioris quidem fortunae summo *supplicio adficiuntur, honestiores in insulam deportantur: *alias autem relegantur aut in metallum damnantur.*

[XX DE INCENDIARIIS]

1 *Incendiarii, qui quid in oppido praedandi causa faciunt,
2 *capite puniuntur. Qui casam aut uillam inimicitiarum gra-
*tia incenderunt, humiliores in metallum aut in opus publi-
3 *cum damnantur, honestiores in insulam relegantur. For-
*tuita incendia, quae casu uenti ferente uel incuria ignem
*supponentis ad usque uicini agros euadunt, si ex eo seges
*uel uinea uel oliuae uel fructiferae arbores concrementur,
4 *datum damnum aestimatione sarciatur. Commissum uero
*seruorum, si domino uideatur, noxae deditione sarcitur.
5 *Messium sane per dolum incensores, uinearum oliuarumue
*aut in metallum humiliores damnantur, aut honestiores in
6 *insulam relegantur.* Qui noctu frugiferas arbores manu
facta ceciderint, ad tempus plerumque in opus publicum
damnantur aut honestiores damnum sarcire coguntur uel cu-
ria submouentur uel relegantur.

[XXI DE VATICINATORIBVS ET MATHEMATICIS]

1 Vaticinatores, qui se deo plenos adsimulant, idcirco ci-
uitate expelli placuit, ne humana credulitate publici mores
ad spem alicuius rei corrumperentur, uel certe ex eo popu-
lares animi turbarentur. ideoque primum fustibus caesi ci-
uitate pelluntur: perseuerantes autem in uincula publica
coniciuntur aut in insulam deportantur uel certe relegantur.
2 Qui nouas sectas uel ratione incognitas religiones inducunt,

19A = *Dig.* 47, 12, 11 || 20, 1—5 (= *Collatio* 12, 4. 2. 3) *in Vesontino inuenit et inde ordinem quem sequimur restituit Cuiacius Obseru.* 21, 21

3 humiliores *F* || 7 incendiarii qui quid] incendia qui (si qui *Huschke*) *scr.* || 8 capite *Vesont.*, facile capite *Coll.* || 11 ferente *Vesont.*, fuerint his *Coll.*[p], furentis *Coll.*[w] *Coll.*[v] || 13 oliua *Coll.*[p], oliueta *Coll.*[w], oliuas *Coll.*[v] || concrement *Vesont.* || 15 sarciatur *Vesont.* || 16 per dolum *Vesont.*, perdum *Coll.*[p] *Coll.*[v], perdunt *Coll.*[w] || 29 sectas *L*, et usu *M*

ex quibus animi hominum moueantur, honestiores deportan-
3 tur, humiliores capite puniuntur. Qui de salute principis uel
summa rei publicae mathematicos hariolos haruspices uati-
cinatores consulit, cum eo qui responderit capite punitur.
4 Non tantum diuinatione quis, sed ipsa scientia eiusque li-
bris melius fecerit abstinere. quod si serui de salute domi-
norum consuluerint, summo supplicio, id est cruce, ad-
ficiuntur: consulti autem si responsa dederint, aut in metal-
lum damnantur aut in insulam relegantur.

[XXI A]

1 *Si quis aliquid ex metallo principis uel ex moneta sacra
2 *furatus sit, poena metalli et exilii punitur. Transfugae ad
*hostes uel consiliorum nostrorum renuntiatores aut uiui exu-
*runtur aut furcae suspenduntur.*

[XXII DE SEDITIOSIS]

1 Auctores seditionis et tumultus uel concitatores populi pro qualitate dignitatis aut in crucem tolluntur aut bestiis obiciuntur aut in insulam deportantur.

2 Qui terminos effodiunt uel exarant arboresue terminales
euertunt, si quidem id serui sua sponte fecerint, in metallum
damnantur: humiliores in opus publicum, honestiores in in-
sulam amissa tertia parte bonorum relegantur aut exulare
3 coguntur. Ciues Romani, qui se Iudaico ritu uel seruos suos
circumcidi patiuntur, bonis ademptis in insulam perpetuo
4 relegantur: medici capite puniuntur. Iudaei si alienae na-
tionis comparatos seruos circumciderint, aut deportantur aut

21 A = *Dig.* 48, 19, 38 *pr.* § 1 || 22, 1 = *Dig.* 48, 19, 38, 2 || 22, 2 *extat in Gromaticorum codicibus* (*Lachmann I p.* 270)

1 deportantur *M*, exilio dep. *L* || 5 non . . . 6 abstinere *aut in fine* § 4 *aut ante* § 3 *collocanda sunt* || 7 cruci *codices* || 8 consulti] sed cons. *codices* || 9 relegantur] deportantur *Buchardus* || 10 *Paulus ea quae hoc et sequenti titulo continentur fortasse rubrica* de poenis (*cf. ad u.* 19) *complexus est* || 16 uel concitatores populi] populo concitato *Dig.* || 17 crucem] furcam *Dig.* || 19 *Gromaticorum codices praemittunt* Pauli sententiarum libro V titulo de poenis || arbores uel *codices cum Gromatic.* (arbores uel finales *Grom. Erfurt.*) || 20 id *om. Grom.* || 21 damnabuntur *Grom.* || 22 aut exulare (-ri *ML*[b]) cog. *om. Grom.*

5 capite puniuntur. *Qui nondum uiripotentes uirgines cor-
*rumpunt, humiliores in metallum damnantur, honestiores in
6 *insulam relegantur aut in exilium mittuntur. Qui se suis
*nummis redemptum non probauerit, libertatem petere non
*potest: amplius eidem domino sub poena uinculorum red-
*ditur, uel, si ipse dominus malit, in metallum damnatur.*

[XXIII AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS ET VENEFICIS]

1 Lex Cornelia poenam deportationis infligit ei qui homi-
nem occiderit eiusue rei causa furtiue faciendi cum telo fue-
rit, et qui uenenum hominis necandi causa habuerit uendi-
derit parauerit, falsum testimonium dixerit, quo quis periret,
mortisue causam praestiterit. quae omnia facinora in ho-
nestiores poena capitis uindicari placuit, humiliores uero
2 in crucem tolluntur aut bestiis obiciuntur. *Homicida est
*qui aliquo genere teli hominem occidit mortisue causam
3 *praestitit.* Qui hominem occiderit, aliquando absoluitur,
et qui non occidit, ut homicida damnatur: consilium enim
uniuscuiusque, non factum puniendum est. ideoque qui,
cum uellet occidere, id casu aliquo perpetrare non potuit, ut
homicida punitur: et is, qui casu iactu teli hominem impru-
4 denter occidit, absoluitur. *Quod si in rixa percussus homo
*perierit, quoniam ictus quoque ipsos contra unumquemque
*contemplari oportet, ideo humiliores in ludum aut in me-
*tallum damnantur, honestiores dimidia parte bonorum mul-
5 *tati relegantur. Causa mortis idonea non uidetur, cum cae-
*sus homo post aliquot dies officium diurnae uitae retinens
*decessit, nisi forte fuerit ad necem caesus aut letaliter uul-
6 *neratus. Seruus si plagis defecerit, nisi id dolo fiat, domi-

22, 5. 6 = *Dig.* 48, 19, 38, 3. 4 || 23, 1 = *Collatio* 1, 2. 8, 4 || 23, 2 = *Collatio* 1, 4 || 23, 3 = *Collatio* 1, 7, 1 || 23, 4 = *Collatio* 1, 7, 2 *Dig.* 48, 8, 17 *(u. i.)* || 23, 5 = *Collatio* 2, 7 || 23, 6 = *Collatio* 3, 2

9 eius uel *ML*, eiusque *Coll.* || 11 falsumue *Coll.* || 12 causam *Coll.*, causas *ML* || quae *Coll.*, ob quae *ML* || 13 uero] uero aut *Coll.* || 14 subiciuntur *Coll.* || 16 occidit *Coll.* || 18 qui *ML*, si *Coll.*[w] *Coll.*[v], *om.* *Coll.*[p] || 19 id *om.* *Coll.* || 20 puniatur *Coll.* || iactu *om.* *Coll.* || 21 occidit] ferierit *Coll.* || quod si . . . 25 relegantur] si in rixa percussus homo perierit, ictus uniuscuiusque in hoc collectorum contemplari oportet *Dig.* || 22 perierit *Dig.*, ferierit *Coll.*[v], fuerit *Coll.*[p] *Coll.*[w]

*nus homicidii reus non potest postulari: modum enim casti-
7 *gandi et in seruorum coercitione placuit temperari. Qui
*telum tutandae salutis causa gerit, non uidetur hominis
*occidendi causa portare. teli autem appellatione non
*tantum ferrum continetur, sed omne quod nocendi causa
8 *portatum est.* Qui latronem caedem sibi inferentem uel
†alias quemlibet stupro occiderit, puniri non placuit: alius
enim uitam, alius pudorem publico facinore defenderunt.
9 *Si quis furem nocturnum uel diurnum, cum se telo defende-
*ret, occiderit, hac quidem lege non tenetur: sed melius fe-
*cerit, si eum comprehensum transmittendum ad praesidem
10(11)*magistratibus obtulerit.* Mandatores caedis perinde ut ho-
11(10)micidae puniuntur. Iudex, qui in caput fortunasque homi-
nis pecuniam acceperit, in insulam bonis ademptis deportatur.
12 Si putator, ex arbore cum ramum de*i*ceret, non proclama-
uit, ut uitaretur, atque ita praeteriens eiusdem ictu perierit,
13 etsi in legem non incurrit, in metallum datur. Qui hominem
inuitum libidinis aut promercii causa castrauit castrandumue
curauit, siue is seruus siue liber sit, capite punietur, hone-
14 stiores publicatis bonis in insulam deportantur. Qui abor-
tionis aut amatorium poculum dant, etsi id dolo non faciant,
tamen quia mali exempli res est, humiliores in metallum,
honestiores in insulam amissa parte bonorum relegantur:
quod si ex hoc mulier aut homo perierit, summo supplicio
15 adficiuntur. Qui sacra impia nocturnaue, ut quem obcan-
tarent defigerent obligarent, fecerint faciendaue curauerint,
16 aut cruci suffiguntur aut bestiis obiciuntur. Qui hominem
immolaueri*n*t exue eius sanguine litauerint, fanum templumue
polluerint, bestiis obiciuntur, uel si honestiores sint, capite
17 puniuntur. Magicae artis conscios summo supplicio adfici
placuit, id est bestiis obici aut cruci suffigi. ipsi autem magi
18 uiui exuruntur. Libros magicae artis apud se neminem ha-

23, 7 = *Collatio* 1, 13 *et usque ad u.* 4 portare = *Dig.* 48, 6, 11, 2 || 23, 9 = *Collatio* 7, 2 || 23, 14 = *Dig.* 48, 19, 38, 5

3 salutis] sal. suae *Dig.* || gerit *Coll.*ʷ *Coll.*ᵛ, ageret *Coll.*ᵖ, gerunt *Dig.* || uideatur *Coll.*, uidentur *Dig.* || 7 alias queml. (quaml. *L*) stupro] *expectes* alium quemlibet stupro se petentem || 9 defendere *codices* || 15 deiecerit *codices* || 19 punietur *M*, puniuntur *L* || 21 id *om. Dig.* || 22 quia *Dig.*, *om. codices* || 24 ex hoc] eo *Dig.* || 26 defigerent *dett.*, defecerent *M*, deficerint *L* || obligarent *M*, obligarint *L* || 28 immolauerit *codices* || litauerint *M*, letauerit *L* || 32 exurantur *L*

bere licet: et penes quoscumque reperti sint, bonis ademptis, ambustis his publice, in insulam deportantur, humiliores capite puniuntur. [non tantum huius artis professio, sed
19 etiam scientia prohibita est.] Si ex eo medicamine, quod ad salutem hominis uel ad remedium datum erat, homo perierit, is qui dederit, si honestior sit, in insulam relegatur, humilior autem capite punitur.

### [XXIV AD LEGEM POMPEIAM DE PARRICIDIIS]

Lege Pompeia de parricidiis [tenentur] qui patrem matrem auum auiam fratrem sororem patronum patronam occideri*nt*, etsi antea insuti culleo in mare praecipitabantur, hodie tamen uiui exuruntur uel ad bestias dantur.

### [XXV AD LEGEM CORNELIAM TESTAMENTARIAM]

1 Lege Cornelia testamentaria [tenentur:] qui testamentum quodue aliud instrumentum falsum sciens dolo malo scripserit recitauerit subiecerit suppresserit amouerit resignauerit deleuerit, quodue signum adulterinum sculpserit fecerit expresserit amouerit reserauerit, quiue nummos aureos argenteos adulterauerit lauerit conflauerit raserit corruperit uitiauerit, uultuue principum signatam monetam praeter adulterinam reprobauerit: honestiores quidem in insulam deportantur, humiliores autem aut in metallum dantur aut in crucem tolluntur: serui autem post admissum manumissi
1a capite puniuntur. *Qui falsam monetam percusserint, si id *totum formare noluerunt, suffragio iustae paenitentiae ab-
1b *soluuntur. Accusatio suppositi partus nulla temporis prae- *scriptione depellitur, nec interest, decesserit nec ne ea quae
2 *partum subdidisse contenditur.* Qui ob falsum testimo-

25, 1a. 1b = *Dig.* 48, 10, 19 || 25, 2 = *Collatio* 8, 5

1 et *L*, et si *M* || sint *M*, fuerint *L* || 2 ambustis (conbustis *L*) his publice *ante* 1 bonis *collocat Huschke* || 3 non . . . 4 est *non uidentur Pauli esse, sed ex Interpretatione* § 17 *huc aberrasse* || 6 sit *L*, fuerit *M* || 10 occiderit *codices* || 13 *ex hoc ni fallor titulo Lex Rom. Burg.* 39, 2 *hanc sententiam citat:* si nouos quicumque terminos occulte posuerit, poena falsarii teneatur || 16 recitauerit *L*, *om. M* || 18 reserauerit *dett.*, reseruauerit *M*, designauerit *L* || 22 humiliores autem in metallum dantur, serui autem in crucem tolluntur aut post *scr.* || 24 id] in *Mommsen* || 28 qui] his qui *Coll.*[w], hii qui *Coll.*[p], hi qui *Coll.*[v]

nium perhibendum uel uerum non perhibendum pecuniam
acceperit dederit iudicemue, ut sententiam ferat uel non fe-
rat, corruperit corrumpendumue curauerit, humiliores capite
puniuntur, honestiores publicatis bonis cum ipso iudice in
3 insulam deportantur. *Falsum est, quidquid in ueritate non
4 *est, sed pro uero adseueratur.* Iudex, qui contra sacras
principum constitutiones contraue ius publicum, quod apud
5 se recitatum est, pronuntiat, in insulam deportatur. Qui ra-
tiones acta libellos album propositum testationes cautiones
chirographa epistulas sciens dolo malo in fraudem alicuius
deleuerit mutauerit subiecerit subscripserit, quiue aes inaura-
uerit argentauerit, quiue, cum argentum aurum poneret, aes
6 stannumue subiecerit, falsi poena coercetur. Amplissimus ordo
decreuit eas tabulas, quae publici uel priuati contractus scrip-
turam continent, adhibitis testibus ita signa*ri*, ut in summa
marginis ad mediam partem perforatae triplici lino constringan-
tur atque posit*ae* supra linum cerae signa imprimantur, ut
exterior*i* scripturae fidem interio*r* seruet. aliter tabulae pro-
6a latae nihil momenti habent. *Testamentum, quod nullo iure
*ualet, impune supprimitur: nihil est enim, quod ex eo aut
7 *petatur aut consistere possit.* Qui uiui testamentum ape-
ruerit recitauerit resignauerit, poena legis Corneliae tenetur:
et plerumque aut humiliores in metallum dantur aut hone-
8 stiores in insulam deportantur. Si quis instrumenta litis suae
a procuratore uel cognitore aduersario prodita esse conuice-
rit, tam procurator quam cognitor, si humiliores sunt, in
metallum damnantur, si honestiores sunt, adempta dimidia
9 (10) parte bonorum in perpetuum relegantur. Qui falsis instru-
mentis actis epistulis rescriptis sciens dolo malo usus fuerit,
poena falsi coercetur: ideoque humiliores in metallum dam-
10 (9) nantur, honestiores in insulam deportantur. Instrumenta

25, 3 = *Collatio* 8, 6 || 25, 6a = *Dig.* 48, 19, 38, 6 || 25, 7. 8 = *Dig.* 48, 19, 37, 7. 8 || 25, 10 = *Dig.* 48, 19, 38, 9

1 uel u. n. perh. *om. Coll.* || 11 aes *dett. cum Interpretatione, om. ML* || 15 signauerit *codices* || 16 tripl. lino *M*, et tripl. nodo *L* || 17 impositae *Salmasius*, impositum *codices* || 18 exteriori s. f. interior seruet *Huschke*, exterioris s. f. interior reseruaret *M*, exterioris s. f. interiori seruauerit *L* || 22 legis *om. Dig.* || 23 humiliores aut *Dig.* || damnantur *Dig.* || 24 instrumentum *Dig.* || litis *Dig.*, utilitatis *codices* || 25 proditum *Dig.* || 26 sunt . . . 27 honestiores sunt] *ad* sint . . . honestiores *ducunt Dig.* || 27 parte bonorum dimidia *Dig.* || 29 actis *dett.*, acceptis *L*, *om. M*

penes se deposita quicumque alteri altero absente reddiderit
uel aduersario prodiderit, pro personae eius condicione aut
11 in metallum damnatur aut in insulam relegatur. Qui sibi
falsum nomen imposuerit, genus parentesue finxerit, quo
quid alienum interciperet caperet possideret, poena legis Cor-
12 neliae de falsis coercetur. Qui insignibus altioris ordinis
utuntur militiamque confingunt, quo quem terreant uel
concutiant, humiliores capite puniuntur, honestiores depor-
13 tantur. Si qui de iudicis amicitiis uel familiaritate mentien-
tes euentus sententiarum eius uendunt, quidue obtentu no-
minis eius agunt, conuicti pro modo delicti aut relegantur aut
capite puniuntur.

## [XXVI AD LEGEM IVLIAM DE VI PVBLICA ET PRIVATA]

1 Lege Iulia de ui publica damnatur, qui aliqua potestate
praeditus ciuem Romanum antea ad populum, nunc impera-
torem appellantem necauerit necariue iusserit, torserit uer-
berauerit condemnauerit inue publica uincula duci iusserit.
cuius rei poena in humiliores capit*is* in honestiores insulae
2 deportatione coercetur. Hac lege excipiuntur, qui artem lu-
dicram faciunt, iudicati etiam et confessi *et* qui ideo in carce-
rem duci iubentur, quod ius dicenti non obtemperau*erint* quid-
ue contra disciplinam publicam fecerint: tribuni etiam militum
et praefecti classium alarumue, ut sine aliquo impedimento
3 legis Iuliae per eos militare delictum coerceri possit. Lege
Iulia de ui priuata tenetur, qui quem armatis hominibus pos-
sessione domo uilla agroue deiecerit expugnauerit obsederit
cluserit, idue ut fieret homines commodauerit locauerit con-
duxerit: quiue coetum concursum turbam seditionem incen-
dium fecerit, funerari sepeliriue aliquem prohibuerit, funusue
eripuerit turbauerit: et qui eum, cui aqua et igni interdic-
tum est, receperit celauerit tenuerit: quiue cum telo in pu-
blico fuerit, templa portas aliudue quid publicum armatis
obsederit cinxerit clauserit occupauerit. quibus omnibus

2 prout personae condicio est *Dig.* || 3 relegatur] deportatur *Dig.* || 4 quo quid alienum *dett.*, quod qui alienum *L*, quodque aliut *M* || 5 interciperet caperet possideret *dett.*, interceperit ceperit possederit *ML* || 9 uel *M*, et *L* || 16 necariue *dett.*, *om. ML* || 18 capitis *Cuiacius*, capite *codices* || 19 coercetur] *in L adduntur haec:* qui hominem ingenuum uel ciue romanum uim ferit flagellauerit humiliores capite puniuntur honestiores in insulam, *cf.* 5, 30b, 1 || 20 et *Cuiacius*, *om. codices* || 21 obtemperauit *codices*

conuictis, si honestiores sunt, tertia pars bonorum eripitur et in insulam relegantur: humiliores in metallum damnantur.
4 Creditor chirographarius si sine iussu praesidis per uim debitoris sui pignora, cum non haberet obligata, ceperit, in legem Iuliam de ui priuata committit. fiduciam uero et pignora apud se deposita persequi et sine auctoritate iudicis uindicare non prohibetur.

[XXVII AD LEGEM IVLIAM PECVLATVS]

Si quis fiscalem pecuniam attrectauerit subripuerit mutauerit seu in suos usus conuerterit, in quadruplum eius pecuniae quam sustulit condemnatur.

[XXVIII AD LEGEM IVLIAM REPETVNDARVM]

Iudices pedanei si pecunia corrupti dicantur, plerumque a praeside aut curia submouentur aut in exilium mittuntur aut ad tempus relegantur.

[XXIX AD LEGEM IVLIAM MAIESTATIS]

1 Lege Iulia maiestatis tenetur is, cuius ope consilio aduersus imperatorem uel rem publicam arma mota sunt exercitusue eius in insidias deductus est, quiue iniussu imperatoris bellum gesserit dilectumue habuerit, exercitum comparauerit sollicitauerit, deseruerit imperatorem. his antea in perpetuum aqua et igni interdicebatur: nunc uero humiliores bestiis obiciuntur uel uiui exuruntur, honestiores capite puniuntur. quod crimen non solum facto, sed et uerbis
2 impiis ac maledictis maxime exacerbatur. In reum maiestatis inquiri prius conuenit, quibus opibus, qua factione, quibus hoc auctoribus fecerit: tanti enim criminis reus non obtentu adulationis alicuius, sed ipsius admissi causa puniendus est, et ideo, cum de eo quaeritur, nulla dignitas a tormentis excipitur.

[XXXA AD LEGEM IVLIAM AMBITVS]

Petiturus magistratus uel prouinciae sacerdotium si turbam suffragiorum causa conduxerit, seruos aduocauerit ali-

3 per *dett.*, aut *M* || 9 subripuerit *om.* *M*

amue quam multitudinem conduxerit, conuictus ut uis publicae reus in insulam deportatur.

[XXXB *AD LEGEM FABIAM*]

1 *Lege Fabia tenetur, qui ciuem Romanum ingenuum,
*libertinum seruumue alienum celauerit uendiderit uinxerit
*comparauerit. et olim quidem huius legis poena nummaria
*fuit, sed translata est cognitio in praefectum urbis, itemque
*praesidis prouinciae extra ordinem meruit animaduersionem.
*ideoque humiliores aut in metallum dantur aut in crucem tol-
*luntur, honestiores adempta dimidia parte bonorum in per-
2 *petuum relegantur. Si seruus sciente domino alienum ser-
*uum subtraxerit uendiderit celauerit, in ipsum dominum
*animaduertitur. quod si id domino ignorante commiserit,
*in metallum datur.*

[XXXI DE POENIS MILITVM]

1 Si pecunia accepta miles custodiam dimiserit, capite pu-
niendus est. et certe quaeritur, cuius criminis reus dimis-
2 sus esse uideatur. Qui custodiam militi prosequenti magna
3 manu excusserunt capite puniuntur. *Qui metu criminis,
*in quo iam reus fuerat postulatus, nomen militiae dedit, sta-
4 *tim sacramento soluendus est. Miles turbator pacis capite
5 *punitur. Miles, qui ex carcere dato gladio erupit, poena
*capitis punitur. eadem poena tenetur et qui cum eo quem
6 *custodiebat deseruit. Miles, qui sibi manus intulit nec fac-
*tum peregit, nisi impatientia doloris aut morbi luctusue ali-
*cuius uel alia causa fecerit, capite puniendus est: alias cum
*ignominia mittendus est.*

[XXXII QVANDO APPELLANDVM SIT]

Quotiens iusiurandum postulatur, eo tempore appellandum est, quo defertur, non quo iuratur.

30B = *Collatio* 14, 2: *cf. Lex Rom. Burg.* 20 || 31, 3. 4 = *Dig.* 49, 16, 16 || 31, 5. 6 = *Dig.* 48, 19, 38, 11. 12

6 nummaria *Cuiacius*, summaria *codices* || 7 prefecto *codices* || 10 dimidiam partem *codices* || 18 prosequente iam magna *M* || 22 dato gladio erupit] erupit datus ad gladium *Mommsen*

### [XXXIII DE CAVTIONIBVS ET POENIS APPELLATIONVM]

1 Ne liberum quis et solutum haberet arbitrium retractandae et reuocandae sententiae, et poenae et tempora appellatoribus praestituta sunt. quod nisi iuste appellauerint, tempora ad cauendum in poena appellationis quinque dierum praestituta sunt. igitur *moran*s in eo loco, ubi appellauit, cauere debet, ut ex die acceptarum litterarum continui quinque dies computentur: si uero longius, salua dinumeratione interim quinque
2 dies cum eo ipso quo litteras acceperit computantur. Ne quis in captionem uerborum in cauendo incidat, expeditissimum est poenam ipsam uel quid aliud pro ea deponere: necesse enim non habet sponsorem quis uel fideiussorem dare aut praesens esse: et si contra eum fuerit pronuntiatum, perdit
3 quod deposuit. Quotiens in poena appellationis cauetur, tam unus quam plures fideiussores, si idonei sint, dari possunt: sufficit enim etiam per unum idoneum indemnitat*i* poe-
4 nae consuli. Si plures appellant, una cautio sufficit, et si
5 unus caueat, omnibus uincit. Cum a pluribus sententiis prouocatur, singulae cautiones exigendae sunt et de singulis poe-
6 nis spondendum est. Modus poenae, in qua quis cauere debet, specialiter in cautione exprimendus est, ut sit, in qua stipulatio committatur: aliter enim recte cauisse non uidetur.
7 Adsertor si prouocet, in eius modi tertiam cauere debet, quanti
8 causa aestimata est. *In omnibus pecuniariis causis magis *est, ut in tertiam partem eius pecuniae caueatur.*

### [XXXIV DE LITTERIS DIMISSORIIS]

1 Ab eo, a quo appellatum est, ad eum, qui de appellatione cogniturus est, litterae dimissoriae diriguntur, quae uulgo apostoli appellantur: quorum postulatio et acceptio in-
2 tra quintum diem ex officio facienda est. Qui intra tempora praestituta dimissorias non postulauerit uel acceperit uel reddiderit, praescriptione ab agendo submouetur et poenam appellationis inferre cogetur.

---

**33, 8** *restituta est ex AE et ex codice Vesontino (Cuiacii Obseru.* **21, 22**)

---

3 poena *M* || 6 morans *Cuiacius*, ignorans si *codices* || 8 interim *M*, integri *dett.*, itineri *Cuiacius* || 13 si *om. M* || 16 per *dett.*, in *M* || indemnitati *Cuiacius*, indemnitatis *codices* || 18 uincet *M* || 21 in *dett.*, *om. M* || 24 omnis *E* || 25 pecunia cauetur *A*

### [XXXV DE REDDENDIS CAVSIS APPELLATIONVM]

1 Meritum appellationis causae capitalis et ipsam rationem
status non nisi per nosmet ipsos prosequi possumus: nemo
2 enim absens aut duci in seruitutem potest aut damnari. Mo-
ratorias appellationes et eas, quae ab exsecutoribus et confes-
3 sis fiunt, recipi non placuit. Eum qui appellat cum conuicio
ipsius iudicis appellare non oportet: ideoque ita factum ar-
bitrio principis uindicatur.

### [XXXVI POST PROVOCATIONEM QVID OBSERVANDVM EST]

1 Quotiens possessor appellat, fructus medii temporis de-
poni conuenit. quod si petitor prouocet, fructus in causa
depositi esse non possunt nec recte eorum nomine satisdatio
2 postulatur. Si propter praedia urbana uel mancipia appel-
letur, pensiones eorum uel mercedes, uecturae etiam, si de
naui agatur, deponi solent.

### [XXXVII DE MERITIS APPELLATIONVM]

Omnimodo ponendum est, ut, quotiens iniusta appellatio pronuntiatur, sumptus, quos dum sequeretur aduersarius impendit, reddere cogatur, non simplos, sed quadruplos.

---

17 poniendum *uel* puniendum *codices*

# FRAGMENTA MINORA

## SAECVLORVM P. CHR. N. SECVNDI

## ET TERTII

# M. VALERII PROBI

## DE NOTIS IVRIS FRAGMENTA

In Probi opusculo de notis iuris edendo Mommsenianam editionem alteram secuti sumus, quae partem facit Grammaticorum Latinorum ab H. Keilio collectorum (Lipsiae uol. IV 1864 p. 271 sqq.). pendet autem crisis in Probo restituendo exercenda, ut Mommsen perspexit, ex duobus subsidiorum generibus: quorum alterum ipsis eis codicibus efficitur, quorum qui hodie periit archetypus Probi de notis opus plus minusue integrum continuerat. ex his codicibus Mommseniana editio duobus potissimum nititur saeculo XV exeunte uel XVI incipiente conscriptis: Ambrosiano J 115 sup. et Romano Chigiano I. VI. 204, qui Probi collectionem in fine mutilam tradunt. alterum subsidiorum genus primus et detexit et adhibuit Mommsen: qui cum additamenta, quibus in codice Einsidlensi 326 saec. X notarum sylloge quae uulgo Papiani dicitur aucta est, ex Probo sumpta esse intellexisset, hunc codicem non solum ad emendandas eas partes Probi operis, quas supra dicti codices complectuntur adhibuit, sed etiam eas Probi notas, quae in Einsidlensibus additamentis solis inueniuntur et ex integriore eis qui hodie extant Probi codice auctorem Einsidlensis collectionis hausisse demonstrant, collecta supplementi modo addidit. quo supplemento ut recte utamur, tenendum est Einsidlensis collectionis auctorem Probi notas passim in binas uel ternas discerpsisse et secundum litterarum ordinem, quem tota collectio Einsidlensis cum Papiano sequitur, Papianis notis inseruisse. ita u. g. notae Probi 3, 14 *S· Q· S· S· E· Q· N· I· S· R· E· H· L· N· R· si quid sacri sancti est, quod non iure sit rogatum, eius hac lege nihil rogatur* in Einsidlensi haec tria fragmenta extant, sub littera S: *S· Q· S· S· E· si quis sacri sancti est*, sub littera Q: *Q· S·*

*S· E· quid sacris sancti est*, item sub littera Q : *Q· N· I· S· R· quod non iure sit rogatum*. quamobrem Mommsen spreto ordine in codice Einsidlensi obseruato ea quae inter se cognata esse uiderentur iuxta posuit : isque Mommseni ordo in hac editione a nobis retentus est.

*A* = Ambrosianus J 115 sup. saec. XV—XVI
*R* = Romanus Chigianus I. VI. 204 saec. XV—XVI
*E* = Einsidlensis 326 saec. X

## VALERII PROBI

### [DE IVRIS NOTARVM]

1 Est etiam circa perscribendas uel paucioribus litteris notandas uoces studium necessarium. quod partim pro uoluntate cuiusque fit, partim pro usu publico et obseruatione communi. namque apud ueteres cum usus notarum nullus esset, propter scribendi *diff*icultatem, maxime in senatu qui scribendo aderant, ut celeriter dicta comprehenderent, quaedam uerba atque nomina ex communi consensu primis litteris notabant, et singulae litterae quid significarent, in promptu erat. quod *in* praenominibus legibus publicis pontificumque monumentis et in iuris ciuili*s* libris etiam nunc manet. ad quas notationes publicas accedit etiam studiosorum uoluntas. sed unusquisque familiares sibi notas pro uoluntate *quas signarit*, comprehendere infinitum est: publicae sane tenendae, quae in monumentis plurimis et in historiarum libris sacris-
2 que publicis reperiuntur, ut P· Publius : C· Gaius : M· Marcus : *C*N· Gnaeus : Q· Quintus : M'· Ma*n*ius : TI· Tiberius : CL· Claudius : SP· Spurius : SEX· Sextus : SER· Seruius : OP· Opiter : A· V· C· ab urbe condita : P· R· E· post reges exactos : P· C· patres conscripti : S· P· Q· R· senatus populusque Romanus : EQ· R· eques Romanus : V· R· urbs Rom*a* : C· R· ciuis Romanus : COL· colon*i*ae uel coloni : MVN· muni-

2 de *A*[a], *om.* *A*[b]*R* : *titulum* de iuris notarum *suppositum esse probauit Mommsen in Grammaticis Latinis* 4 *p.* 268 || 7 propter] postea propter *Mommsen* || difficultatem *Mommsen*, facultatem *codices* || 11 in *dett.*, non in *AR* || 12 ciuilis *dett.*, ciuilibus *AR* || 14 sed *Mommsen*, et *AR* || quas signarit *Mommsen*, signaret quas *codices* || 17 c· *dett.*, G· *AR* || 18 GN· *codices* || M'· manius *Mommsen*, MA· macunius (macuuius *dett.*) *codices* || 22 roma] romana *codices* || 23 colone uel *AR*

cipia uel municipes: N· L· nominis Latini: L· C· Latini colonarii: S· N· L· socii nominis Latini: et similia. secundum haec curiarum nomina, tribuum, comitiorum, sacerdotiorum, potestatum, magistratuum, praefecturarum, sacrorum, ludorum, rerum urbanarum, rerum militarium, collegiorum, decuriarum, fastorum, numerorum, mensurarum, [iuris ciuilis] et similium ceterorum notationes proprias habent.

LITTERAE SINGVLARES IN IVRE CIVILI DE LEGIBVS ET PLEBISCITIS:

3 1 P· I· R· P· Q· I· S· I· F· P· R· E· A· D· P· populum iure rogauit populusque iure *sciu*it in foro pro rostris ex ante diem pridie

2 E· H· O· L· N· R· eius hac †omnibus lege nihilum rogatur

3 S· R· L· R· I· C· Q· O· R· E· siremp*s* lex re*s* ius causaque omnium rerum esto

4 S· N· L· socii nominis Latini

5 L· P· C· R· Latini prisci ciues Roman*i*

6 M· E· M· D· D· E· municipi*bus* eius municipii dare damnas esto

7 C· E· C· colonis eius coloniae

8 Q· E· R· F· E· D· quod eius recte factum esse dicetur

9 L· I· D· A· C· lex Iulia de adulteriis cohercendis

10 V· D· P· R· L· P· unde de plano recte legi possit

11 A· A· A· F· F· aere argento auro flando fer*i*undo

12 I· N· Q· Q· iustis nuptiis quaesitos quaesitas

13 S· Q· S· S· E· Q· N· I· S· R· E· H· L· N· R· si quid sacri sancti est, quod non iure sit rogatum, eius hac lege nihil rogatur

14 V· P· R· ueteri possessori redditum

15 V· A· ueterano adsignatum

16 V· F· usus fructus

17 S· C· senatus consultum

18 P· S· plebi scitum

---

1 municipes *E*, municeps *AR* || colonarii *codices: cf. Vlp.* 19, 4 || 6 iuris ciuilis *del. Mommsen* || 8 *post* plebiscitis *desiderari* et de senatus consultis *monuit Mommsen* || 10 sciuit *edd.*, suscepit *codices* || 11 pride *A* || 13 siremps *Cuiacius*, si rem *codices* || res *dett.*, rex *EAR* || ius *E*, eius *AR* || 16 ciues romani *Marcanoua*, ciues romanorum *E*, ciuis romanus *AR* || 17 municipibus *edd.*, municipis *AR*, municipes *E* || 23 feriundo *dett.*, fertundo *A*, ferrundo *R* || 24 quaesitas *E*, quesitus *AR* || 31. 32 S· C· P· S· senatus consultum plebi scitum *codices*

19 Q· D· E· R· F· P· D· E· R· V· I· C· qu*i*d de ea re fieri placere*t*, de ea re uniuersi ita censuerunt
20 Q· F· E· quod factum est
21 I· S· F· in senatu fuerunt
22 D· C· S· de consilii sententia
23 S· Q· M· D· E· R· A· P· P· V· L· O· E· COS· PR· TR· PL· Q· N· S· Q· E· V· A· P· P· V· F· *Q· S· N· T· COS· PR· TR· PL· Q· D· E· Q· E· V· A· P· P· V· F·* si quid †mee de ea re ad populum pleb*emue* *la*to opus est, cos. praetor*es* tribuni plebis qui nunc sunt, quod e*i*s uidebitur, ad populum pleb*emue* ferant: quod si non tulerint, *c*os. praetores tribuni plebis qui deinceps erunt, quod eis uidebitur, ad populum plebemue ferant
24 S· F· S· sine fraude sua

4 IN LEGIS *A*CTIONIBVS HAEC:

1 A· T· M· D· O· aio te mihi dare oportere
2 Q· N· T· S· Q· P· quando negas, te sacramento quingenario prouoco
3 Q· N· *Q*· A· N· Q· N· quando neque ais neque negas
4 E· I· M· C· V· ex iure manum consertum uocauit
5 S· N· S· Q· si negat, sacramento quaerito
6 S· S· C· S· D· E· T· V· secundum suam causam sicut dixi ecce tibi uindicta
7 Q· I· I· T· C· P· A· F· A· quando in iure te conspicio, postulo, anne far auctor
8 T· PR· I· A· V· P· V· D· te praetor iudicem arbitrumue postulo uti des
9 I· D· T· S· P· in diem tertium siue perendinum
10 A· L· A· arbitrum liti aestimandae
11 Q· B· F· quare bonum factum

1 D· E· *et infra* de ea *ER*, E· D· *et* ea de *A* ‖ quid *dett.*, quod *EAR* ‖ 2 placere *codices* ‖ 3. 4 Q· F· E· I· S· F· quod factum est in senatu fuerunt *codices* ‖ 5 consiliis *A* ‖ 7 Q· S· N· . . . 8 V· F· *om. codices* ‖ 8 mee *AR*, me *dett.* ‖ 9 plebemue lato *dett.*, plebum ualeto *AR* ‖ consules praetores *dett.*, conspreto *AR* ‖ 10 eis *dett.*, eius *AR* ‖ 11 plebemue *dett.*, plebis *AR* ‖ cos· *Mommsen*, eos *codices* ‖ 12 tribui $A^a$ ‖ 15 actionibus *Marcanoua*, sanctionibus *AR* ‖ 19 N· Q· A· *Marcanoua*, N· A· *AR* ‖ ais] agis $A^a$ ‖ 25 anne *non una littera notari posse Mommsenus monuit* ‖ 26 te praetor *Mommsen*, tē pr̄ cor *E altero loco*, p̄t *E altero loco*, temptor *AR* ‖ 28 T· *om.* $A^a$ ‖ 29 arbitrum *A*, arbitrium *R* ‖ 30 *notam* 11 *ad edicta pertinere et post p.* 145, 1 *restituendam esse recte censuit Huschke, cf. Brissonius Form.* 3, 1 ‖ quere *A*

5 IN EDICTIS PERPETVIS HAEC :

1 I· D· P· E· iur*e* dicundo praeerit
2 I· D· C· iuris dicundi causa
3 Q· R· F· E· V· quod recte factum esse uidebitur
4 V· B· A· uiri boni arbitratu
5 D· M· F· V· C· dolo malo fraudisue causa
6 I· D· iudicium dabo
7 I· D· iurisdictio
8 Q· E· R· E· T· P· I· R· D· T· Q· P· D· T· D· D· P· F· quanti ea res erit, tantae pecuniae iudicium recuperatorium dabo testibusque publice dumtaxat decem denuntiandi potestatem faci*am*
9 Q· S· S· S· quae supra scripta sunt
10 I· C· E· V· iusta causa esse uidebitur
11 N· K· C· non calumniae causa
12 C· C· consilium cepit uel causa cognita
13 F· C· fraudare creditores uel fiduciae causa uel fideicommissum
14 P· C· [patres conscripti uel] pactum conuentum uel pecunia constituta
15 C· V· centum uiri [uel clarissimi uiri]
16 S· T· A· sine tutoris auctoritate
17 T· A· tutore auctore
18 F· E· D· factum esse dicetur
19 H· S· haec sic [uel hora secunda]
20 Q· A· M· quemadmodum
21 Q· M· quo modo uel quo magis
22 P· P· L· V· pro praede litis uindic*iar*um
23 I· S· iudic*at*um solui
24 B· E· E· P· P· V· Q· ·I bona ex *edicto* possideri proscribi uenirique iubebo

---

2 iure *Marcanoua*, iuri *AR* || 4 uidetur $A^{a}$ || 7 .8 I· D· I· D· iudicium dabo iurisdictio *codices* || 12 faciam *edd.*, facit *EA*, fiat *R* || 19 patres conscripti uel *delet Huschke* || 21 uel clarissimi uiri *delet Huschke* || 25 uel hora secunda *delet Huschke* || 28 pro predi litis uindicarium *AR*, prope delicius uindicarium *E* || 29 iudioatum *edd.*, iudicium *codices* || solui *AR*, soluit *E* || 30 V· Q· I· *ER*, V· Q· P· P· *A* || bona . . . 31 iubebo *restituit Mommsen ex E, ubi separatae inueniuntur notae* P· P· possideri proscribi *et* V· Q· I· uenirique iubebo: bona ex e *A*, bonarum e *R*

## *Excerpta Probiana*

*ex codice Einsidlensi 326 (= C) collecta*

1 I· E· iudex esto
2 R· S· reciperatores sunt*o*
3 E· R· A· ea res agitur
4 Q· D· R· A· qua de re agitur
5 N· N· Numerius Negidius
6 O· E· R· ob eam rem
7 O· O· oportet opor*t*ebit
8 O· *E*· F· B· oporte*b*it e*x* fide bona
9 M· A· E· melius aequius erit
10 S· *D*· E· R· Q· *D*· A· si de ea re qua de agitur
11 S· P· *si* parret
12 S· N· P· A· si non parre*t*, absoluito
13 T· M· D· F· O· te mihi dare facere oportere
14 D· M· F· dolo malo fecisti
15 D· V· M· T· doloue malo tuo
16 D· V· M· doloue malo
17 M· T· F· E· malo tuo factum est
18 N· R· non restituetur
19 O· C· o*p*e consilio
20 V· R· urbis Romae
21 R· R· E· P· Romae re*c*te experiri possit
22 M· C· F· municipi*o* *colonia* foro
23 D· D· decreto decurionum
24 M· P· D· maiorem partem diei
25 P· P· D· pro parte dimidia
26 S· S· S· supra scripti sunt
27 Q· I· S· S· quae infra scripta sunt
28 L· E· leg*e* egisse
29 L· A· E· lege actum est
30 R· R· recte recipitur
31 M· M· P· manu mancipio potestate
32 E· I· Q· ex iure Quiritium

4 sunt *C* || 5 agatur *Huschke, cf. Gai.* 4, 131 || 9 *cf. Inst.* 3, 29, 2 || 10 E·] F· *C* || ex] et *C* || 11 *cf. Cic. de off.* 3, 15, 61 || 12 S· O· E· R· Q· O· A· *C* || 13 si] sine *C* || 14 parre *C* || 18 dolo uel male *C* || 21 ore concilio *C* || 23 recte *Mommsen*, recee *C* || 24 municipio colonia foro *Mommsen ad legem Rubriam* 2, 2. 56, *cf. lex Iulia munic. u.* 84. 85, municipii fores *C* || 26 *cf. Dig.* 50, 16, 2, 1 || 30 lege *Mommsen*, legem *C*

33 P· D· E· possessio data est
34 S· *L*· P· H· A· secundum *legem* publicam hoc aere
35 H· B· V· P· heres bonorumue possessor
36 M· H· E· mihi heres erit
37 H· Q· M· heredemque meum
38 E· H· E· exheres est*o*
39 V· V· C· uolo uos curare
40 †S· N· P· M· S· R· S· [S·] Q· H· sine praesumere sibique habere
41 P· S· T· Q· H· praecipito sumito tibique habeto
42 T· Q· H· tibique habeto
43 O· O· O· T· omnia ornamenta, omnia texta
44 V· M· M·ueste*m* mund*um* muliebrem
45 T· T· A· A· A· tegulas testas aurum argentum aes
46 F· T· C· familiam testamenti causa
47 T· C· testamenti causa
48 L· C· libertatis causa
49 M· C· M· *M*· mortis causa manumissa
50 V· R· C· uindicta recte †neempet
51 S· Q· M· M· M· M· M· si quis manumis*sus* manumissa moritur
52 D· D· D· [M·] deinde deperit deminutum
53 H· COG· herede cognitore
54 D· M· O· donum munus operas
55 O· D· M· opera*s* donum munus
56 Q· P· *N*· M· C· quod pondere numero mensura continetur
57 F· P· P· R· forma publica populi Romani
58 R· R· P· rebus recte praestari
59 F· P· fidei promissor
60 P· A· pluuiae arcendae
61 F· E· familiae erciscundae
62 F· R· finibus reg*u*ndis
63 V· F· I· uadimonium fieri iubere
64 N· C· N· P· nec clam nec precari*o*

---

**2** L· *et* legem *om. C, addidit Mommsen ex Gaio* 2, 104 ‖ 6 esto *Mommsen*, est *C* ‖ 8 S· N· P· M· S· R· *in* S· P· *contraxit Mommsen* ‖ 13 ueste munda *C* ‖ 17 liberalis *Huschke: cf. tamen Paul.* 3, 2, 5 ‖ 18 M· M·] M· *C* ‖ 19 [libertas] uindicta recte competet *Mommsen* ‖ 20 manumissus *Mommsen*, manumisit *C* ‖ 22 *cf. Dig.* 5, 3, 20, 6 si quid deperiit deminutumue erit ‖ M· *delet Mommsen* ‖ 24 *cf. Dig.* 50, 16, 53 *pr.* ‖ 25 *cf. Dig.* 38, 1, 7 § 3. 37 *pr.* ‖ opera *C* ‖ 26 Q· P· M· M· C· *C* ‖ 28 *cf. Dig.* 6, 1, 19. 50, 16, 71, 1 ‖ 32 regnandis *C* ‖ 34 praecari *C*

65 V· F· V· uim fieri ueto
66 F· C· L· fraudationis causa latitat
67 P· P· V· pup*ill*us pupillaue
68 R· P· C· S· D· M· re*i* publicae causa se d*o*l*o* malo
69 V· I· I· u*i*debitur in integrum
70 R· A· Q· E· I· E· restitu*as* antequam ex iure exeas
71 E· C· ex consuetudine
72 O· A· Q· omnes ad quos
73 O· F· fenestrae
74 Q· M· E· qu*ae* mea est
75 R· N· rerum nouarum
76 S· N· P· Q· Λ· Ɖ si non plus quam †magnus
77 S· P· M· Sext*i* Pedii †mediuani

---

## SEXTI POMPONII REGVLA

Et seruitutes diuidi non possunt: nam earum usus ita conexus est, ut qui eum partiatur, naturam eius corrumpat.

De hac regula, quam debemus solis Consuetudinum Burdigalensium commentariis ab Arnoldo Ferrando publici iuris factis (Lugd. ap. Seb. Gryph. 1536. 4), ipse Ferrandus p. 72 haec rettulit: *ex libris Pomponii . . . . ex uetustissimis quibusdam fragmentis carie corrosis, quae nobis dono dedit Iulius Caesar Scaliger . . . . excepta e bibliotheca Petri Criniti Florentini.* eam ad Pomponii librum singularem regularum pertinere censuit A. G. Cramer.

---

2 *cf. Dig.* 42, 4, 7 *pr.* || 3 pupillus *Mommsen,* puplius *C* || 4 res *C, cf. Dig.* 42, 4, 6, 1 || dolo *Mommsen*, damno *C* || 5 uindebitur *C, cf. Dig.* 4, 6, 26, 9 *et Probus* 5, 10 || 6 restituas *Mommsen,* restitutus *C, cf. Gai.* 4, 164 || 8 ad quos] ea res pertinet *suppl. Huschke* || 9 ostia fenestrae *Huschke* || 10 quae *Huschke,* quem *C* || 12 magnus] mille aeris *Mommsen* || 13 sextii *C*

## FRAGMENTVM REGVLARVM INCERTI AVCTORIS INTERPRETAMENTIS DOSITHEI INSERTVM

Dositheus magister Interpretamentis artis grammaticae, quam anno 207 composuit, fragmentum iuridici argumenti inseruit, quo initium libri cuiusdam regularum Latine compositi olim effectum fuisse et uerba § 3 *regulas exsequenti mihi* indicant et ipsa operis ad quod fragmentum olim pertinuit indoles suadere uidetur.

Dositheus Latino Interpretamentorum contextui uersionem Graecam se addidisse testatur, atque uniuersum opus Latinam linguam ediscentibus destinauit. postea autem id in usum eorum qui Graece docerentur cessisse neque Dositheanorum Interpretamentorum recensionem ad nos peruenisse, sed hanc operis partem fere nouam faciem induisse ex ipsa Interpretamentorum qualia traduntur condicione consentaneum est. menda enim in utroque (id est in Graeco et Latino) textu obuia facta pleraque non talia sunt, qualia aut librariorum socordia aut male doctorum interpolationibus nascuntur, sed potius puerorum ingenium produnt, qui alterius linguae contextum ad uerba uertendo ita altera reddiderint et expresserint, ut ipsam operis sententiam intellegere et ita ut apte intellegi posset uertere minime curarent.

Fragmentum illud iuridici argumenti, de quo supra diximus, duo codices in bibliotheca Lugduno-Bataua extantes tradunt: alter, qui numerum 80 fert, saeculo IX uel X (nobis *V*), alter, qui omittit § 1, numero 61 insignis (nobis *S*) Iosephi Scaligeri manu scriptus est. hoc autem Scaligeri apographum descriptum est aut ex ipso Claudii Puteani libro manu scripto, ex quo Petrus Pithoeus Latinum contextum inde a § 2 edidit[1]), aut ex simillimo[2]). hic Puteani liber fortasse idem est atque codex Parisiensis Latin. 6503 saeculi X uel XI[3]) (nobis *P*), in cuius folio primo legitur *Iac. Puteani Cl. fil.*: quod tamen pro certo affirmare non ausim,

[1]) Fragmenta quaedam Papiniani Pauli Vlpiani Gaii Modestini etc. ex bibliotheca P. Pithoei. Lutetiae 1573 p. 113 sqq.

[2]) Dubitationem mihi potissimum discrepantia in § 17 obuia inicit, ubi in *S* legitur μεντοι καθαρμω κτιζεται, apud Pithoeum δη καθαρμωτιζεται.

[3]) His saeculis eum tribuit Fr. Haase apud Boeckingium, Vlpiani fragmenta ed. IV Lipsiae 1855 p. 158: saeculi VIII uel IX eundem codicem esse uult A. Boucherie, Notices et extraits des mss. de la bibl. nationale etc. tom. XXIII. Paris 1872 p. 295.

cum hodie hic codex in media § 4 deficiat, nec sciam, utrum integer sit an fortasse folia nonnulla excisa sint. hoc utique constat duas et Graeci et Latini contextus recensiones inter se diuersas his libris nobis traditas esse, quarum alteram *V* solus, alteram *S P* Pithoeus repraesentent, et modo hanc modo illam a Dositheano contextu propius abesse. cum autem huius fragmenti editori id agendum esse recte demonstrauerit Carolus Lachmann [1], ut genuinum iureconsulti opus redintegret, in hac editione Latinum contextum pristinum ope potissimum utriusque Latini contextus qui traditur recuperare studuimus. praeterea Graeci contextus comparatio nonnullas Latini contextus locutiones peruersas ex praua Graeci contextus uersione ortas esse docuit: rarius hic eo duxit, ut leuiculas quasdam Latini contextus corruptelas recentioribus demum librariis deberi intellegeremus. in apparatu critico componendo codicum *V* et *S* lectiones ex Boeckingii editione [2] repetiuimus; Pithoei editionem ipsi contulimus, *P* dedimus ad apographum uiri doctissimi Delisle a Boucherio editum [3]. atque Pithoei quidem editionem in adnotatione critica non laudauimus nisi ubi ab *S* recedit. codicum *VSP* autem plenam scripturae discrepantiam enotauimus [4]. in § 1 cum tradita lectio nimis ab ea recedat, quam genuinam iureconsulti fuisse diuinari liceat, pagina in duas columnas diuisa priore loco traditam lectionem, posteriore contextum e regione posuimus ita restitutum, ut fere Lachmanni recensionem sequeremur. § 2 et 3 non dedimus nisi traditam lectionem: fieri enim posse negamus, ut ex tam corruptis mutilisque sententiis genuina operis facies diuinando recuperetur. atque in reliquis quoque non tam genuinum iureconsulti sermonem quam rem ipsam q. d. a. adsequi nos posse persuasum habemus.

---

*V* = Lugduno-Batauus n. 80 saec. IX uel X
*S* = Lugduno-Batauus n. 61 (incipit § 2)
*P* = Parisiensis Lat. 6503 saec. X uel XI (incipit § 2, desinit in § 4 p. 152, 8 *libertis*)
*Pith.* = Pithoei editio a. 1573 (incipit § 2)
ubi Latinus et Graecus contextus inter se discrepant, illum notis $V^l$ uel $S^l$, hunc notis $V^g$ uel $S^g$ indicauimus.

1) Versuch über Dositheus. Berlin 1837. 4.
2) Dosithei magistri interpretamentorum liber tertius. Bonnae 1832.
3) L. c. p. 526 sq.
4) Quae in *S* ad marginem uel supra uersum adscripta sunt, quippe quae ad Scaligeri emendationes redeant, non commemorauimus.

1 Omne enim iustum [cum iure] aut ciuile appellatur aut naturale dicitur [uel nationis] aut gentile iustum. ab eo enim nominatur et omnes nationes similiter eo sunt usae: quod enim bonum et iustum est, omnium utilitati conuenit. [se] quod autem iustum ciuile[m] proprium est [et] romanorum et ab eis dictum, quoniam nostra ciuitas ea ueritate utitur. sed quidam hoc esse, quod omnes ciuibus suis praedicent aut maior*i* par*ti* expedit. sunt enim qui et tradiderunt quanti tamen iustitiae esse. plurima hanc autem definitionem ueriorem esse tradiderunt quae initio diximus.

*Omne ius aut ciuile appellatur aut naturale. naturale dicitur etiam ius gentium: ab eo nominatum, quod omnes gentes similiter eo sunt usae: quod enim bonum et aequum est, omnium utilitati conuenit. ius ciuile autem proprium est ciuium Romanorum, ab eo dictum, quod nostra ciuitas eo . . . utitur. sed quidam hoc esse praedicant, quod omnibus ciuibus peculiariter aut maiori parti expedit. sunt etiam qui tradiderunt . . . . . plurimi autem eam definitionem ueriorem esse tradiderunt, quam initio diximus.*

2 Iuris ciuilis ut quid appositicium appellatur, ex pluribus partibus constat. sed constitutiones imperatorias similiter honorandum. quod est et praetoris edictum similiter uel proconsulis. ex eo enim consenserunt prudentiam et re-

1 cum iure *et* 3 uel nationis *omittit* $V^{g}$ ‖ 5 nominatur et] ωνομασθη και $V^{g}$ ‖ nationes] τα εθνη $V^{g}$ ‖ 9 se quod *sqq.*] το δε δικαιον πολιτικον κυριον εστιν ρωμαιων και απο τουτων ειρημενον ‖ 11 romanis $V^{a}$ ‖ 12 ea ueritate] ταυτη τη αληθεια $V^{g}$: eo re uera *proposuit Boecking* ‖ 13 sed *sqq.*] αλλ ενφοι (ἔνιοι *scr.*) τουτο ειναι, α παντεσ πολιταισ ιδιοισ (ἰδίως *Huschke*) προλεγουσιν η μιζονι μερει συμφερι $V^{g}$: *cf. Dig.* 1, 1, 11 quod omnibus aut pluribus in quaque ciuitate utile est, ut est ius ciuile ‖ 15 maiori paris $V^{1}$ ‖ 16 sunt . . . 18 esse] εισιν γαρ οι και παρεδοσαν υποστασιν δικαιοσυνησ ειναι $V^{g}$ ‖ 17 quanti tamen] summam *M. Voigt Ius naturale* 1 *p.* 625, *ut olim Graecus interpres* summam *in* ποσότητα *uerterit, deinde hoc Latine per* quantitatem *redditum sit et hoc subinde per Graecum* ὑπόστασιν ‖ 18 plurima hanc autem] πλιονα τουτον δε $V^{g}$ ‖ 20 quae in. dix.] οσα εν τη αρχη ειπαμεν $V^{g}$ ‖ 22 ut quid app. εισ τι εντηθημενον *SP*, *om. V* ‖ ex *SP*, qui ex ωσ εκ *V* ‖ 23 constat συνεστηκει *SP*, constant συνεστηκεν *V* ‖ constitutiones imperatorias (-ris *S*) διαταξισ αυτοκρατορικη *SP*, edicta imperatoria διαταξεισ αυτοκρατορικαι *V* ‖ 24 honorandum τιμητεον *SP*, honorantur τιμεταιον *V*: *in hoc latere* ius honorarium *uidit Cuiacius* ‖ quod *VP*, quid ιλιο *S* ‖ 25 uel $VS^{1}P$?, και $S^{g}$ ‖ ex ea enim consenserunt prudentiam et receptum est responsorum et summatim solemus haec et dicere εκ τουτου γαρ συγκατεθεντο την ενπιριαν

ceptum est responsis et summatim solemus haec dicere. lex enim Iulia et Papia ceterae partes iustitiae appellantur.

3 Regulas enim exsequenti mihi ad ea studia necessarium ante omnia scire. nec enim unius sunt condicionis, sed uariae: quae per singula, quae pertinent ad eam enarrationem, referenda sunt per ordinem.

4 Omnes enim aut ingenui sunt aut liberti. sed ut magis possint singula declarari, melius uidetur incipere a libertis adferre et primum de Latinis scribere, ne saepius eadem interpretari cogamur. primum ergo uideamus, quale est quod dicitur *de* eis, qui inter amicos *olim* manumittebantur, non esse liberos, sed domini uoluntate in libertate morari et tantum seruiendi metu dimitti.

5 Antea [enim] una libertas erat et *manumissio* fiebat uindicta uel testamento uel censu et ciuitas Romana compet*eba*t manumissis: quae appellatur iusta *manumissio*. hi autem, qui domini uoluntate in libertate erant, manebant serui: *sed si* manumissores ausi erant in seruitutem denuo eos per uim ducere, interueniebat praetor et non patiebatur manumissum

---

και παριληψπται των αποκριματων και κεφαλαιωδωσ ταυτα λεγειν *V*, ex eo enim consenserunt peritum et adsumptus ex responsis ista dicere εκ τουτου γαρ συνκατενευσαν εμπειρον και παρειληπτησ εξ αποφθεγματοσ (-τωσ *P*) ταυτα λεγειν *SP*

2 iulia et papia *om. SP* || iustititiae τω δικαιω *V*, iustum (iuste *P*) του δικαιου *SP*, iusti *Pith.* || 3 necessarium] αναγκαιον εφανη *margo* $S^g$ *(ex coniectura Scaligeri)* || 4 nec enim *sqq.*] *agi de distinctionibus liberorum hominum ex* § 4 *colligitur* || 5 quae singula pertinentia ad hanc narrationem referenda sunt in ordine *SP* || 7 aut . . . aut *SP*, uel . . . uel *V* || 8 singulae $S^1$, *sed* εκαστα $S^g$ || declarari *om. V* || uideri $V^1$, *sed* δοκεῖ $V^g$ || 9 adferre et primum *om. S* || latinis ρωμαιων *S*, ρωμαικων *V* || 10 cogamur *om.* $S^1$ *Pith.* || 11 dicitur de eis] dicturus eis $S^1$, λεγεται αυτοισ $S^g$, dicitur eos *Pith.* || de eis . . . manumittebantur *om. V* || olim] ueteres παλαιουσ *S*, *cf.* $S^g$ *ad u.* 12 (παλαι) || 12 liberos ελευθερουσ παλαι *S* || in libertate *Pith.*, in libertatem $VS^1$, εν ελευθερια $S^g$ || 13 seruiendi metu $S^1$, seruitutis timore $V^1$, του δουλικου φοβου $V^gS^g$ || 14 ante enim *V*, enim antea *S* || et m. fiebat *om. S* || manumissio *Lachmann*, libertas ελευθερια *V* || uindicta *S*, ex uindictis *V* || 15 testimonio κατα διαθηκη *S*, ex testamentor κατα διαθηκην *V* || in censu *codices* || ciuitas πολισ *S*, administratio πολιτεια *V* || competebat *Boecking*, competat ευναγοι *V*, competit συναγεται *S* || 16 iusta legitima νομιμοσ *V*, legitima νομιμοσ *S*, iusta ac legitima *Lachmann* || manumissio *Lachmann*, libertas ελευθερια *codices* || autem δη *S*, tamen δε *V* || 17 erant *S*, erant fuerant ησαν *V* || sed si *scripsi*, et *codices* || 18 ausi erant *V*, audebant *S* || per ad uim $V^1$ || 19 ducere αγειν *S*, perducere αγειν *V*, redigere *Lachmann* || interueniebat *V Pith.*, interueniebant *S* || praetor *om. V* || patiebatur] permittebat *Pith.*

seruire. omnia tamen quasi seruus adquirebat manumissori, uel*ut* si quid stipulabatur *uel* mancup*io* accipiebat uel ex quacumque causa alia adquisierat, domini hoc faciebat, id est manumissi omnia bona ad patronum pertinebant.

6 Sed nunc habent propriam libertatem qui inter amicos manumittuntur, et fiunt Latini Iuniani, quoniam lex Iunia, quae libertatem eis dedit, exaequauit eos Latinis colonariis, qui cum essent ciues Romani [liberti], nomen suum in coloniam dedissent.

7 In his qui inter amicos manumittuntur uoluntas domini spectatur: lex enim Iu*n*ia eos fieri Latinos iubet, quos dominus liberos esse uoluit. *quod* cum ita *sit*, debet uoluntatem manumitten*di* habere dominus: unde si per uim coactus uerbi gratia ab aliquo populo uel a singulis hominibus manumiserit, non ueniet seruus ad libertatem, quia non intellegitur uoluisse qui coactus est.

8 *Item* ut possit habere seruus libertatem, talis esse debet, ut praetor *uel* proconsule libertatem tueatur: nam et hoc

---

1 quasi *V*, tamquam *S* ‖ 2 uelut *Lachmann*, uel *codices* ‖ qui stipulabantur *V* ‖ uel] uel si η *S*, *om.* *V* ‖ mancupio *Lachmann*, mancupationi κατα γραφην *V*, per scripturam κατα γραφην *S* ‖ acceperat *S* ‖ uel η *S*, uel is η *V* ‖ quacumque causa alia οιασδηποτε αιτιασ αλλησ *S*, quibuscumque causis aliis οιασδηποται δικησ αλλησ *V* ‖ 3 id *V*, hoc *S* ‖ 4 omnia bona *om.* *S* ‖ 4 pertinebat ανειχειν *S contra Pith.* ‖ 5 qui i. a. manumittuntur *S*, i. a. manumissi *V* ‖ 6 iuliani $V^1$ ‖ lex iuliani νομοσ ιουλιοσ *V* ‖ 7 iis *S* ‖ eos *V Pith.*, *om.* *S* ‖ colanariis $V^1$ ‖ 8 cum essent *V*, tunc erant *S* ‖ romanorum *S* ‖ liberti *V*, et *S* ‖ coloniam *V*, ciuitatem *S*: coloniam latinam *Huschke* ‖ 10 his τουτοισ *S*, eis τουτοισ *V* ‖ uoluntatem domini spectant θελεσι δεσποτου σκοπειται *V* ‖ 11 lex enim iulia *V*, qui *S*, quae *Pith.* ‖ iubet eos fieri lat. *S* ‖ quos *S*, quo *V* ‖ 12 quod cum ita sit] hoc tamen cum ita habeant τουτο δη (δη *om. Pith.*) ουτωσ εχοντεσ *S Pith.*, hoc tamen sic habens τουτο δη ουτωσ εχον *V* ‖ debet uoluntatem (προαιρεσιν $V^g$) manumittendi (*sic Lachmann*, manumittentis *V*) hab. dominus *V*, debent pro(er)missum (*sic* $S^l$, προαιρεσιν $S^g$) manumittentes hab. (hab. dominus $S^g$, *u. i. ad* 13 coactus) *S*, debet promissum manumittentis hab. dominus *Pithoeus* ‖ 13 coactus *V*$S^g$ *Pith.*, dominus coactus $S^l$ ‖ 14 gratiarum χαριν *V* ‖ ab aliquo populo *V*, ab aliquo *S*: *requiritur* a populo, *cf. Dig.* 40, 9, 17 *pr.* ‖ a singulis hominibus αφ ενοσ εκαστου ανθρωπων *V*, ab unoquoque hominum υπο τινοσ εκαστου ανθρωπων *S* ‖ 15 ueniet ερχεται *S*, potuerit ελευσεται *V*: perueniet *Lachmann* ‖ 16 est *V*, manumisit *S* ‖ 17 item *Lachmann*, similiter *codices* ‖ seruus *om.* *S* ‖ 18 praeceptor στρατηγοσ *S* ‖ uel *scripsi*, eius uel *S*, eius si uero *V*: eius *post* libertatem *collocat Roever* ‖ libertatem . . . 154, 16 usus fructus *om.* *S*

lege Iu*n*ia *cau*tum est. sunt autem plures causae, in quibus non tu*e*tur proconsul *libertatem*, de quibus procedentes ostendemus.

9 Sed et illud obseruandum, ut i*s* qui manumittitur in bonis manumittentis *sit*: et ideo si tantum ex iure Quiritium sit manumittentis, non erit Latinus: necesse est ergo seruum non tantum ex iure Quiritium, sed etiam in bonis esse manumittentis.

10 Communis seruus ab uno *ex sociis* manumissus, neque ad libertatem peruenit et alterius domini totus fit seruus iure *ad*crescend*i*. sed inter amicos seruus ab uno ex sociis manumissus utri*us*que domin*i* seruus manebit: ius *enim* adcrescen*di* in ha*c* manumissione *non* uer*s*atur. *quamuis* Proculus e*x*istimauerit adcrescere *e*um socio . . . . qua sententia utimur.

11 Proprietarius eum seruum, cuius usus*f*ructus ad alium pertinet, non potest uindicta manumittere obstante usufructu: et si manumiserit eum *u*indicta, faciet seruum sine domino. sed Latinum . . . . .

12 Peregrinus manumi*ssor* seruum non potest ad Latin*itat*em perducere, quia lex Iunia, quae Latinorum genus introduxit,

1 iulia *V* || cautum *Roever*, tutatum ησφαλισται *V* || 2 tueatur φυλαξι *V* || proconsul] praetor uel proconsul *Lachmann* || libertatem *Roever*, manumissionem ελευθεριαν *V* || procedentes ostendemus προβενοντεσ επιδειξομεν *V*: *requiritur* deinceps uidebimus || 4 sed ut αλλα και *V* || ut is *Boecking*, uti *V* || 5 sit *om. V* || 9 ab uno ex sociis manumissus *scripsi*, manumissus fit liber ει υπο ενοσ γενηται ελευθεροσ *V* || 11 iure adcrescendi *Roever*, iure crescente νομου αυξομενου *V* || 12 utriusque domini *Lachmann*, utrique dominabunt εκατερω κυριευσουσιν *V* || ius . . . 13 uersatur *Huschke*, iustum enim non adcrescere in hac manumissionem in qua uertitur δικαιον γαρ ου (του *scr.*) προσαυξεσθαι εν ταυτη τη ελευθερια εν η στρεφεται *V*: *fortasse* seruatur *pro* uersatur *restituendum est* || 13 quamuis . . . 15 utimur *Lachmann*, sed quam proculus aestimauerit probauerit adcrescere cum sotio qua sententia utimur ει και προκουλοσ δοκιμασαι προσαρξιν μετα κοινωνων ου τη γνωμη χρωμεθα *V* || 16 uius *V*[1] || usus et fructus *V* || *inde ab* ad alium *redit S* || 17 pertinere *S* || uindicta *S*, ex uindictas *V* || obstante usufructu επισκεψουσησ χρησησυν καρπου *S*, obstantis usus et fructu επισκοτουσησ χρησεωσ και καρπου *V*: *fortasse fuerit* constante || 18 uindicta *S*, ex uindicta *V* || sine . . . 20 seruum *om. V* || 19 sed latinum] *requiruntur fere talia* sed finito usufructu ex lege Iunia latinus fit || 20 manumittens *codices* || ad latinum perducere προσ λατινον αγειν *V*, latinum facere ρωμαικον ποιησαι *S* || 21 quia επει *V*, quoniam επειδη *S* || iulia *V* || quae ολα (οια *Studemund*) *S*, qui ωσ *V* || genus *uix scripserit iureconsultus* || induxit *S*

non pertinet ad peregrinos manumissores, sicut et Octau*e*nus probat. *at* praetor non permittet manumissum seruire, nisi aliter lege peregrina caueatur.

13 Minor uiginti annorum manumittere nec uindicta potest nec testamento, itaque nec Latinum facere potest: *sed* tantum apud consilium *causa probata* potest manumittere seruum suum.

14 Is autem qui manumittitur inter amicos, quotcumque est annorum, Latinus fit, et tantum ei hoc prodest manumissio, ut postea iterum manumitti possit *u*indicta uel testamento et ciuis Romanus fieri.

15 Mulier sine tutoris auctoritate *inter amicos manumittere non potest*, nisi ius liberorum habeat: tunc enim *et* uindicta sine tutore potest manumittere. unde si mulier absens liberum esse iusserit, quae ius liberorum non habeat, quaesitum est, an *competat libertas* tutore eius auctoritatem *a*ccommo*d*ant*e* eo tempore, quo epistula scribitur seruo a domina. Iulianus negat: existimat enim eo tempore debere auctoritatem praestar*i*, quo peragitur *manumissio*, tunc *autem* peragi intelleg*i*, cum seruus cognouerit dominae uoluntatem. sed Neratius Priscus probat libertatem seruo competere: sufficere

1 manumissores *om. S* || sicut] idque *Lachmann* || octauianus *codices* || 2 at *om. codices, suppl. Pithoeus* || permittit εασει *S*, praemittat αφησει *V* || 3 alias αλλωσ *V* || caueatur χειρογραφηθη *V*, confirmatum fuerit στερεω εγεγονου *S* || 4 maior *V* || neque exui dicta potest neque $V^1$ || 5 itaque *S*, itaque ergo $V^1$ || sed tantum *scripsi*, tantum autem μονον δε *S*, tantum enim τοσουτον γαρ *V* || 6 causa probata *post* 7 suum *collocant codices* || 8 is *V*, hic *S* || qui] quia $V^1$ || inter amicos *om. S* || est *V*, sit *S* || 9 tantum μονον *V*, solum μονον *S* || prodest manumissio προχωρει τη ελευθερια *V*, procedit libertas προσχωρει ελευθερια *S*: prodest triginta annorum aetas *Huschke* || 10 postea *V*, *om. S* || manumitti *om. V* || possint δυναται *S* || ex uind. uel test. *V*, *om. S* || 12 auctoritatem $V^1$ || inter . . . 13 potest *Huschke*, *om. codices* || 13 liberum ius τεκνων δικαιον *S* || et *scripsi*, ex *codices* || 14 si *S*, esset εγη *V* || 15 iusserit κελευοι *S*, iubeat κελευση *V* || habeat *V*, habet *S* || 16 est *S*, est hoc *V* || an η *V*, si ει *S* || competat libertas *om. codices* || tutore . . . 17 eo *Lachmann*, tutores e. a. praestantis hunc επιτροπου αυτησ αυθεντιαν επιχρωντοσ τουτω *V*, tutores eius auctoritatem commodent eo *S* || 17 quo ω *S*, sicut ωσ *V* || scribitur . . . *p.* 156, 10 conditur *in V bis extant, cf. ad p.* 156, 12 || a] ad $V^1$ *altero loco* || 18 eo *S*, hoc *V* || 19 praestare παρεχεσθαι *codices* || manumissio *Lachmann*, libertas *codices* || autem *Cuiacius*, enim *codices* || intellegi *Schilling*, intellegitur *codices* || 20 cum *V*, quando *S* || cognouerit *S*, agnouerit *V* || 21 proclus *S*

enim, quando epistula scribitur, adhiberi auctoritatem tutoris: cuius sententia et constitutione *principali* confirmata est.

16 Seruum pignori datum ciuem Romanum facere debitor non potest, nisi si forte soluendo non sit: obstat enim libertati lex Aelia Sentia, quae uetat seruum *fraudandorum* creditorum causa manumissum ciuem Romanum fieri. sed Latinum . . . . .

17 Et qui censu manumittitur, si triginta annos habeat, ciuitatem Romanam *nanc*iscitur. census autem Romae agi solet *et peracto* censu lustr*um* conditur: est autem lustrum quinquennale tempus, quo Roma lustratur. sed debet hic seruus ex iure Quiritium manumi*ssor*is esse, ut ciuis Romanus fiat. magna autem dissensio est inter peritos, utrum eo tempore uires accipiant omnia, *quo in* censu *agun*tur, a*n* eo tempore *quo* lustrum conditur. sunt enim qui existimant non alias uires accipere quae in censu aguntur, nisi haec dies sequa-

---

1 quando] quo $V^1$ *altero loco* || adhibere auctoritate $V^1$ *altero loco* || 2 constitutio *V* || principali *Huschke*, imperatoria (-riae $V^1$) αυτοκρατορικη *codices* || confirmata *V Pith.*, confirmatum *S* || 3 seruum *S*, si seruum *V* || pigneri *S* || romanorum $V^1$ *altero loco* || debitor facere $S^1$ *contra Pith.* || 4 *post* potest *fere cum Dernburgio supplendum uidetur* generali hypotheca obligatum potest || si *om. V altero loco* || forte *om.* $V^gS$ || soluendo *Pithoeus*, soluendum προσ αποδοσιν *S*, ad reddendum (cred. *V altero loco*) προσ αποδοσιν *V* || enim *om. V* || libertate $V^1$ *altero loco* || 5 alia sententia $V^1$ || quae *om. V* || uetat *S*, prohibet
F· C·
*V* || fraud. cred.] foeneratorum *S*, creditorum *V*, foeneratorum *Pith. in margine adnotans* δανιστων δικα F· C· id est fraudandorum creditorum ut in l. 8. D. qui et a quib. ma. || 6 sed latinum] *desiderantur fere talia* fore debito soluto non ambigitur || 8 et *non habere quo se referat consentaneum est: fieri tamen potest, ut interciderit ea pars, qua de manumissione uindicta ageretur* || in censum *codices* || manumittitur *V Pith.*, manumittuntur *S* || ciuitate romana pascitur (potitur *in margine proponunt S et Pithoeus*) *S*, ciuitatem (administrationem *altero loco*) romanorum possidet *V* || 9 autem *V*, tamen *S* || romae *S*, in roma *V altero loco*, apud romam *V altero loco* || 10 et peracto censu lustrum *scripsi*, in (in *om. Pith.*) census autem lustro τιμησισ μεντοι (δη *Pith.*) καθαρμω *S Pith.*, uel census lustro η αποτιμησισ καθαρμω *V* || 11 quo roma *Pith.*, qui roma ιω ρωμη *V*, quorum ω ρωμη *S* || lustratur *S*, purgatur *V* || sed . . . 12 fiat *ante* 9 census *recte transposuit Boecking* || 12 quiriatium $V^1$ || manumissoris *Lachmann*, manumittentis ελευθερουντοσ *S*, manumissio η ελευθερια *V* || *post* fiat *in V iterantur p.* 155, 17 scribitur . . . 156, 10 conditur || fiat *V*, fieri possit *S* || 13 autem *V*, tamen *S* || est *om. S* || peritos *V*, prudentes *S* || eo *S*, hoc *V* || 14 accipiunt *V* || quo in censu aguntur *scripsi*, in quo census *codices* || an eo *Pith.*, aut in eo *codices* || 15 in quo *codices* || sunt . . . *p.* 157, 1 conditur *om. S* || 16 haec dies sequatur quo αυτη ημερα ακολουθησι οτε (= secuta sit cum) *V*

tur, qu*a* lustrum conditur: existimant enim censum descendere ad diem lustri, non lustrum *r*ecurrere ad diem census. quod ideo quaesitum est, quoniam omnia *quae* in censu aguntur lustro confirmantur. sed in urbe Rom*a* tantum censum agi notum est: in prouinciis autem magis professionibus utuntur.

---

## PAPINIANI FRAGMENTVM

Papiniani lib. I responsorum [I de pactis inter uirum et uxorem]. inter uirum et uxorem pacta non solum uerbis, sed e*t* uoluntate contrahentium constituuntur, ut neuter coniugum fiat locupletior.

Hoc Papiniani fragmentum finem facit legis Romanae Wisigothorum: rubricam *I de pactis* etc. a Wisigothis adiectam esse putem.

---

## VLPIANI INSTITVTIONVM FRAGMENTA VINDOBONENSIA

Vlpiani Institutionum fragmentis, quae in Collatione et in Iustiniani Digestis Institutionibusque extant, anno 1835 laciniae quaedam ab Endlichero in bibliotheca caesarea Vindobonensi repertae accesserunt, quae hodie in eadem bibliotheca sub signo Cod. Lat. 1 adseruantur. primum enim in his laciniis duorum foliorum inter se cohaerentium pars inferior extat in tres schedulas dissecta, quae praeter margines octonos uersus ultimos quattuor paginarum exhibet. haec duo folia olim non continuo ita olim se excepisse, ut intimum fasciculi par foliorum efficerent, quarta lacinia eiusdem codicis ostendit, quae olim alterius ex duobus illis foliis partem superiorem efficiebat: qua lacinia etsi seruati non sunt nisi primus folii recti itemque primus folii auersi uersus, tamen ea quae in ipso paginae secundae exitu leguntur, eis non continuari apparet, quae in primo tertiae paginae uersu (nobis fragmento III) leguntur. itaque si integrum codicem quaternio-

2 recurrere *Lachmann*, decurrere *codices* || 3 quod ideo ο δια τουτο *V*, propterea δια τουτο *S* || quoniam *V*, quia *S* || quae *om. codices* || in censum τη αποτιμησισ *V*, censu τη αποτιμησει *S* || 4 in urbem romanorum *V*, in ciuitate romana *S* || agei *V* || 5 notum *V*, declaratum *S* || prouintia $V^1$ || professiones $V^1$

9 ex *codices plerique, om. alii*

nibus, quae uulgaris codicum antiquiorum forma est, compositum fuisse sumitur et simul eius rei ratio habetur, quod quaternionis signum in marginibus infimis nullum extat, haec duo folia olim secundum aut tertium quaternionis foliorum par effecisse et inter ea aut IV aut II folia intercessisse satis probabiliter conicitur. praeterea singulas paginas fere XXIV ad XXVIII uersus complexas esse ex ambitu uersuum qui extant colligi potest.

Haec autem fragmenta Institutionibus Vlpiani attribuunt tam Dig. 43, 26, 1, in quibus initium fragmenti I redit, quam quinta membranae alicuius lacinia Vindobonensis, quae marginem superiorem unius folii cum superscriptione paginarum seruauit: in cuius pagina recta legitur LIB· $\overline{I}$ $^{\overline{5}}$·, in auersa VLP· INST·. illud tamen dici nequit, utrum hic margo ad alterutrum eorum foliorum, quorum partes inferiores extant, an ad aliud nescio quod eiusdem codicis folium pertinuerit. inde igitur, quod in hac inscriptione liber primus commemoratur, nullo modo euincitur fragmenta III—V ad primum Institutionum librum pertinuisse. prius autem folium ad librum I pertinere e Digestis patet. potest sane fieri, ut inter primum et secundum folium primi Institutionum libri finis et initium secundi intercesserit.

Extat denique sexta eiusdem codicis schedula et ipsa ex alicuius folii margine superiore resecta, in qua paucae primorum utriusque paginae uersuum litterae conspiciuntur, et in recta quidem pagina hae: ‖ *sua* ———— | in auersa hae: ‖ ———— ***d(?)em* |.

Scripturam codicis uel quinto uel sexto saeculo p. Chr. n. attribuas. fragmenta delineata et ampliore commentario illustrata a me sunt in libro cui inscribitur Kritische Versuche (Berlin 1870) p. 140 sqq.

I

Precarium est, quod precibus petenti utendum conceditur tam diu, quamdiu is qui concessit patitur. quod genus liberalitatis ex iure gentium descendit. et distat a donatione eo, quod qui donat sic dat, ne recipiat: at qui precario concedit, sic dat quasi tunc recepturus, cum sibi libuerit precarium soluere. et est simile commodato: nam et qui com-

2 — *p.* 159, 1 *usque ad* sed ut ei ut *e Dig.* 43, 26, 1 *suppleta sunt*

modat rem, sic commodat, ut non faciat rem accipientis, sed ut ei ut|i re commodata permittat.

Locatum quoque et conductum ius gentium induxit. nam ex quo coepimus possessiones proprias et res habere, et locandi ius nancti sumus et conducendi res alienas: et is qui conduxit iure gentium tenetur ad mercedem ex*soluendam*

II

reddis quae accepisti, sed aliam pecuniam eiusdem quantitatis. mutuae autem dari possunt res non aliae, quam quae pondere numero mensura continentur.

Depositi quoque utilitatem ius gentium perdidit, ut quis custodiendam rem suam animalem uel ||

III

*com*||paratum est interdictum uelut cui ini|*tium est*

IV

|qua*e d*∗∗∗∗∗∗∗∗∗∗∗∗∗∗∗∗∗∗∗∗| adipiscendae quam reciperandae possessionis, qualia sunt interdicta QVEM FVNDVM et QVAM HEREDITATEM. nam si fundum uel hereditatem ab aliquo petam nec lis defenda*tur*, cogitur ad me transferre possessionem, siue numquam possedi siue an*te posse*||di, deinde amisi possessionem|

V

|——— *aut per formulam* arbitrariam explicantur aut per sponsionem, prohibitoria uero *semper* per sponsionem explicantur: restitutorio uel exhibitorio interdicto reddito si quidem arbitrum postulauerit is cum quo agitur, formulam ac*cipit* arbitrariam, per quam arbiter ||

6 exsoluendam *Rudorff* || 8 *ante* reddis *supple* non eadem nummorum corpora || 16 quae d] *tertia littera uel* e *uel* c *uel* l *est, quarta uel* d *uel* c *uel* e *uel* o: *sententiam collatis Dig.* 43, 1, 2, 3 *fin. sic restituere possis* sunt et alia quaedam interdicta duplicia tam adipiscendae || 19 defendat *C* || *post* cogitur *in C signum* ⊤ *extat, quod ni fallor ad scholium margini hodie abscisso adscriptum remittit* || 24 semper prohibitoria uero *C, emendauit Rudorff collato Gaio* 4, 141 || 27 *sententiam collato Gaio* 4, 162. 163 *fere cum Huschkio sic expleo:* nisi arbitratu suo restituatur uel exhibeatur, quanti ea res est condemnare iubetur

Boethius in Topica 3, 4 (Baiter p. 299) ex Vlpiani Institutionibus non ad uerba, sed magis in modum argumenti haec rettulit:

Tribus enim modis uxor habebatur, usu farreo coemptione. sed confarreatio solis pontificibus conueniebat. quae autem in manum per coemptionem conuenerant, eae matresfamilias uocabantur: quae uero usu uel farreo, minime. coemptio uero certis sollemnitatibus peragebatur, et sese in coemendo inuicem interrogabant: uir ita, an sibi mulier materfamilias esse uellet? illa respondebat uelle: item mulier interrogabat, an uir sibi paterfamilias esse uellet? ille respondebat uelle. itaque mulier uiri conueniebat in manum, et uocabantur hae nuptiae per coemptionem, et erat mulier materfamilias uiro loco filiae. quam sollemnitatem in suis institutis Vlpianus exponit.

---

Spicilegium Solesmense ed. Pitra I p. 281 inter Pacati excerpta hunc locum aliunde non notum [1] exhibet:

Vlpianus lib*ro* [2] ad edictum sexto qui pro aliis ne postulent titulo sexto sic refert: Inuenimus apud ueteres mulier*is* appellatione etiam uirgin*es* [3] contineri.

---

## PAVLI FRAGMENTVM

Paulus institutorum libro secundo titulo de dotibus. Si diuortium est matrimonii et hoc sine culpa mulieris factum est, dos integra repetetur. quod si culpa mulieris factum est diuortium, in singulos liberos sexta pars dotis a marito retinetur usque ad mediam partem dumtaxat dotis.

Hoc Pauli fragmentum in Boethii commentario ad Top. 2, 4, 19 (Orelli p. 303) seruatum est.

---

1) *cf. Dig.* 50, 16, 13 *pr. et Boecking Vlpiani fragmenta ed.* 4 *p.* 177
2) liber *C* 3) mulieres a. e. uirginis *C*

# MODESTINI FRAGMENTA DVO

Fragmentum quod sequitur Petrus Pithoeus, cui soli eius notitiam debemus, in codice nescio quo patris sui inuenerat: cf. Fragmenta quaedam Papiniani etc. ex bibliotheca P. Pithoei, Lutetiae 1573 p. 54 et 111.

Modestinus regularum lib. III sub titulo de bonis libertorum et de testamentis. Cum in testamento dies et consules adiecti non sunt, non nocet, quominus ualeat testamentum.

---

Inter eum qui in insulam relegatur et eum qui deportatur magna est differentia, ut ait *Herennius*: primo quia relegatum bona sequuntur, nisi fuerint sententia adempta, deportatum non sequuntur, nisi palam ei fuerint concessa: ita fit, ut relegato mentionem bonorum in sententia non haberi prosit, deportato noceat. item distant etiam in loci qualitate, quod cum relegato quidem humanius transigitur, deportatis uero hae solent insulae adsignari, quae sunt asperrimae quaeque sunt paulo minus summo supplicio comparandae.

Hoc fragmentum ex Isidori Differentiis (ed. Areuali V p. 26 § 200) haustum Modestino egregia coniectura Casp. Barthius (Aduersariorum lib. 39 cap. 14 p. 1783) uindicauit: qui cum in antiquo Isidori codice uerba *ut ait orenius* prioribus Isidori editionibus ignota inuenisset, in nomine corrupto Herennium latere intellexit. alii eum secuti hoc fragmentum libris differentiarum Herennii Modestini et collatis quidem Dig. 48, 19, 22 primo earum libro adscripserunt. contextum ad Areuali (*A*) et Barthii (*B*) editiones restituimus.

---

4 relegatus est et *B* || 5 differentia est *A* || ut ait orenius *B*, *om.* *A* || quia *B*, quod *alias* qui *A* || 6 sententia adempta *A*, adempta alio modo *B* || 8 ut *A*, in *B* || in sententia *A*, *om.* *B* || non haberi prosit *Lachmann*, haberi non prosit *A*, non homini possit *B* || 9 etiam *B*, et *A* || 10 quidem *A*, *om.* *B* || 11 hae *B*, *om.* *A* || sunt *A*, *om.* *B*

## FRAGMENTA DE IVRE FISCI

Fragmenta Veronae in bibliotheca capitulari adseruata, quae propter argumentum hodie *de iure fisci* dicuntur, etsi de titulo et de auctore libri, cuius ea olim partem effecerint, certum indicium extat nullum, probabiliter propter argumentum iuridicum et propter sermonis formam ad saeculum II extremum uel III p. Chr. n. referuntur, si id tempus excipias, quo imperante Caracalla ius patrum in caducis uindicandis (quod in § 3 agnoscitur) non uigebat (Vlp. 17, 2, cf. Dio Cass. 78, 12 Capitolin. in Macrino 13)[1].

Fragmenta ipsa, quae primum una cum Gai Institutionibus a. 1820 publici iuris facta sunt, duobus foliis constant, quae olim codici rescripto Hieronymiano, cuius scriptura antiqua Gaium continet, tegumenti loco uidentur praemissa fuisse. quod quo commodius fieret, bibliopega haec folia ita amputauit, ut margines superiores et exteriores cum parte scripturae recideret. neque hanc labem solam folia illa contraxerunt, sed sensim pedetemptimque usu lacerata est dextera pars utriusque folii summi et praeterea foramina et rimae in mediis membranis ortae scripturae particulas abstulerunt. eo tempore quo folia innotuerunt, margines interiores duorum foliorum glutine compactae fuere: membranae autem ipsae num primitus ita inter se cohaeserint, ut unum par foliorum efficerent, eundemque ordinem habuerint, quo postea conglutinata et hoc saeculo edita sunt, dici non potest: certe neutrius folii initio alterius partem extremam continuari manifestum est. singulae paginae binis columnis exaratae sunt. quot autem uersus in uniuscuiusque paginae fronte recisi sint, non constat. unius certe uersus maximam partem recisi uestigia in altero folio apparent supra primae et quartae columnae uersiculos primos eos qui hodie toti legi possunt, ut constet singulas paginas uel columnas XXV minimum uersus complexas esse. praeterea cum ex ambitu scripturae quae hodie extat formam codicis integri quadratam magis quam oblongam fuisse probabile sit, non amplius quam binos uel ternos uersus abscisos esse conicias, cum praesertim ea, quae in tertia folii secundi columna extrema leguntur, licet non continuentur eis quae in eiusdem folii

---

[1] Pluribus de auctore fragmentorum disputauerunt Boecking et Huschke in praefationibus editionum ab ipsis curatarum.

columnae quartae initio leguntur, eiusdem tamen periodi esse uideantur.

Scriptura codicis fere ad V—VII saeculum pertinet. imaginem foliorum exhibet editio mea, cui titulus est: Fragmentum de iure fisci ed. P. Krueger. Lipsiae 1868.

## *FOLIVM I*

1 |**n***t capere poss**. Heredi eius qui cape*re* non poterat defe*re*ndi potestas concessa *non* est, nisi *si* ostendi possit eius u*oluntatis* decessisse de*functum*, ut deferre se u*ellet*.
2 Antequam quis ab alio deferatur, ipse se deferre debet: alias sero ad auxilium delationis conf*u*git. quod si per *er*rorem se
3 detulerit, nihil ei officit inconsiderata diligentia. Ius patrum non minuitur, si se is deferat, qui solidum id quod relictum est capere non potest. sane si post diem centensimum patres
4 caducum uindicent, omnino fisco locus non est. Si se is de-
4[a] ferat, cui taci‖——— *perierunt fere 3 uersiculi* ———|*** consid*
———| ** ceterum ———| tam pe*r*sonam ———|———
——— gu———| ***** eius rei ———| **** nister
uero f*———| * *qua*dru*p*lum ** | * nomen sequi fis*** | *tet.
5 Bona e*orum* qui cum fisco contrahun*t* ** | *e uacuaria uelut *pign*oris iure fisco *o*b*ligan*tur, non solum ea q*uae* habent, sed
6 *et* ea quae postea habituri sunt. *E*dicto diui Traiani cau*etur*, ne qui prouincialium *c*um seruis fiscalibus contrah*ant* nisi adsignante procuratore: quod factum dupli damno uel reliquorum e*x*solutione pe*n*satur. et ideo qui cu*m* ‖———
——— *perierunt fere 3 uersiculi* ———|——— um ** | ———cus
ido*** |——— contra amo**que | ———sa*m———|———o
contrax———|———i non in cu———| *u* *ta*men e*orum* ** | ** uere

1 **n***t] **inquat *C?* ‖ eius qui *bis* *C*[a] ‖ 2 non *Savigny, om. C* ‖ 3 defunctum *Goeschen*, de**** *uel* de***** *C* ‖ uellet *Huschke*, u— *C* ‖ 4 derferre debet alialias *C*[a] ‖ 5 confungit *C* ‖ per ererrorem *C* ‖ 9 fiscus *C*[a] ‖ 10 cui tacitum fideicommissum *suppl. Goeschen* ‖ ***] *mc (*uel* e *uel* c̄ *uel* ē) *C?* ‖ 12 minister uero fraudis *temptat Mommsen* ‖ 13 nomen] nom̄. (*i. e.* nomen *uel* nomine) *C* ‖ 14 lege uicesimaria (*pro* uacuaria) *Boecking* ‖ 15 pignoris *et* obligantur *restituit Heise* ‖ habet *C*[a] ‖ 16 et *Huschke, om. C* ‖ quae postea *bis* *C*[a] ‖ 18 factum] *sic uel* factum * *C: fortasse* quod contra factum est *scr.* (similiter *Huschke*) ‖ 19 exsolutione *Lachmann*, eius solutione *C* ‖ *pro* pensatur *(sic Goeschen) possis etiam* pulsatur *restituere* ‖ 21 idone* ? ‖ 22 contrax] contra ax *C*[a] ‖ **uere] cauere ?

11*

cogitur na* | *** c̄ tu ad eum lo*|**io peruenit h̄t**|** Caesaris ab ad*minist*ratione reru*m su*arum itemque comm*un*ium rerum comme*r*cio non prohibentur: adeo et stipulari ab his et *e*mere donatumu*e* accipere possumus, nisi cum in fr*a*udem
7 portionis Caesaris fiat. *Qui* mutuam pecuniam contra interdictum dispensatori uicarioue eius crediderit ‖——
*perierunt fere 2 uersiculi*
——|——in *p*oenam|—
8 ——enitur, quia quod | *cred*idit non amisit. *Qui contra e*dictum diui Augus*ti r*e*m* litigiosam a *non poss*idente comparauit, praeterquam *quod* emptio nullius momenti est, poenam quinquaginta sestertiorum fisco repraesentare compellitur. res autem litigiosa uidetur, de qua lis apud suum iudicem delata est. sed hoc in prouincialibus fundis praua usurpa-
9 tione optinuit. Absentes fugitiuos uenum dari aut comparari amplissimus ordo prohibuit denuntiata in emptorem uenditoremque poena sestertiorum quinquaginta, quae hodie fisco uindi‖*catur*.

*FOLIVM II*

10 11 |excepto castrensi peculio bona sua conferre debebunt. Caesare a liberto su*o ex a*sse herede instituto *fili*a iure ad semisse*m uocatur*: cum extranei*s* uero instituto fili*a* ex semiss*e* extranei*s*, non et*iam* Caesari adcrescit. quod si plus semisse Cae-
12 sar accepit, in id quod plus est etiam Caesari adcrescit. Libertae Caesaris tam manumissione quam beneficio coniunctionis effectae si testatae decedant, dimidium, si intestatae, *to*tum fisco uindicatur. sane patris et patroni ignorantis ius non
13 minuitur. Ancilla Caesaris quae quinque liberos habuerit,
*fere 3 uersiculi perierunt*
in nu‖——| **n——|
Caes——| *orem ——| ** milib*us* s——|——

1 c̄] = causa? ‖ **io] **ior C^a (*in Codicis imagine, quod imprimendum curaui, casu excidit punctum deletorium supra* r) ‖ h̄t**] = hereditas? ‖ *supra* c *in* caesaris *incertum aliquid scriptum est: Huschke ante* caesaris *supplet* serui *prouocans ad Vlp.* 20, 16 ‖ 3 sipulari C^a ‖ 6 credit C^a ‖ 8 *supplementum* dupli conuenitur *ad ambitum lacunae non quadrat* ‖ § 8 *in C praecedit uersus a scriptura hodie uacuus, nisi quod in fronte numerum* XXVI *exhibet: quem rubricae alicui excipiendae destinatum fuisse uerisimile est* ‖ 10 quod *om. C* ‖ 14 § 9 *in C uersus scriptura uacuus praemittitur, in cuius fronte legitur numerus* [XXV]II: *cf. ad p.* 163, 27 ‖ 21 uocatur] **cat *C* ‖ extranei *C* ‖ filiam ex semissem extranei *C* ‖ 22 etiam] et *C* ‖ 24 tam manumissionis beneficio quam coniunctione *scr.: de coniunctione cf. Cod. Theod.* 4, 11, 3 ‖ 29 ** milibus] *x milib. *C?*

———| ***edan———| *um **na———| dicantur
** q̄ ———| causa fisco ae———| p** non possunt
n******* | en***uato contra ***n** | inter *se fisco* stipulan-
14 tur. E*orum* bonorum, quae a*d* fiscum pertinere dicuntur, *si*
controuersia moueatur, an*te sententi*am nec obsign*ari* nec de-
scribi aut incorporari possunt. idem seruatur et cum a sen-
15 tentia prouocatio interponitur. Pro his bonis, quae fiscus in-
quietat, manus op*po*nere nemo quidem prohibe‖*tur* ———
———|———|———tur|
———es** |———rian* |———pellunt
16 |———io*i**rā | ——— ** ———|———tum offi-
cium ***|*** *fis*cum, a quo sa*larium* acce*per*unt, nisi in *sua*
*par*en*t*um filiorum *pupil*l*orumue* su*orum* causa, liberto*rum*
etiam, adesse *proh*ibentur: et si adfue*rint*, *i*nfamia plectun-
*tur*. *s*ane hoc principa*l*i bene*fic*io impetrare non proh*i*bentur.
17 Fisci aduocati, quibus ad tempus offici*u*m mandatum est,
quia salarium non accip*i*unt, contra fiscum adesse non pro-
18 hibentur. Capite legis censoriae cauetur, ut non tantum,
cum quid ‖———|———| prae-
statur, cuius rei omissa professio commis*so in*tra quinquen-
18[a] nium locum *facit.* Earum rerum *nomi*ne, quae per fraudem
*fisco* ablat*ae* sunt uel professioni subtract*ae*, quadruplum fisco
19 de*pe*nditur, alias duplum. A debitore fisci in fraudem datas
libertates retrahi placuit. sane ipsum ita emere, ut manu-
mittat, aut fideicommissam libertatem praest*are* non est pro-
20 hibitum. Ab eo, qui reus criminis postulatus aduersam sen-
tentiam meruit, tempore reatus quocum*que* modo alienata
21 a fisco cum quadruplis fructibus reuocantur. Fideiussorem
eius, qui cum dispensatore contraxit, ip ‖

---

3 n*******] nar (*uel* p *uel* b *pro* r) **** per (*uel* quam *pro* per) *C?* ‖ en**iuato *uel* en**uuato *C* ‖ 5 sententiam] sam *C* ‖ obsignari] obsign*na** *C* ‖ 8 opponere] optinere *C* ‖ 10 rian*] riant *uel* riani (caesariani?) *C* ‖ pellunt *magis quam* pelluntur *C* ‖ 11 ioci**rā *aut* iogi**rā*C* ‖ **] ci *C?* ‖ *initium* § 16 *sic restituo:* fisci aduoca|ti etiam (etiam *omiserit C*) post depositum officium con|tra fiscum: *cf. Dig.* 3, 1, 10 *pr. Cod.* 2, 7, 22 § 1. 24 § 1 ‖ 19 *ante* praestatur *utrum duo an unus solus uel etiam plures quam duo uersiculi perierint, nescitur* ‖ 20 professio] professio intra *C*[a] ‖ commisso intra q. l. facit *restituit Mommsen* ‖ 22 ablata *C* ‖ subtracta *C* ‖ 23 defenditur *C* ‖ *ad* § 19 *cf. Pauli sententiam* 5, 12, 1[d] *fere consonam* ‖ 25 praestare *Huschke*, praestet *C*

Krüger, Gesch. d. Quellen² p. 286

# TRACTATVS DE GRADIBVS

Incerti auctoris tractatus de gradibus qui sequitur in codicibus Notitiae dignitatum utriusque imperii huic ipsi Notitiae praemissus legitur. primus eum Eduardus Boecking e codicibus Parisiensi 9661 saec. XV et Monacensi 10291 saec. XVI edidit (Vlpiani fragmenta ed. IV Lipsiae 1855 p. 183, cf. Corpus Iuris Romani Anteiustiniani Bonnense uol. I p. 175). ipse hoc anno Monachi tam hunc codicem quam Monacensem 794 saec. XVI contuli.

## DE GRADIBVS

1 Gradus cognationum appellantur ab eo, quod personae
cognatorum aliae proximiore, aliae longiore gradu sunt et
2 ob id quasi gradatim altera alteram antecedit. Omnes per-
sonae cognatorum aut supra numerantur aut infra aut ex
transuerso siue a latere. supra numerantur parentes, infra
liberi, ex transuerso siue a latere fratres et sorores liberique
eorum, item parentium fratres et sorores liberique eorum.
3 4 Primo gradu supra pater et mater, infra filius et filia. Se-
cundo supra auus auia, infra nepos neptis, ex transuerso
5 frater et soror: hinc enim transuersus incipit gradus. Tertio
supra proauus proauia, infra pronepos proneptis: ex trans-
uerso fratris et sororis filius et filia, patruus amita, id est
patris frater et soror, auunculus *matertera*, id est matris fra-
6 ter et soror. Quarto supra abauus abauia, infra abnepos ab-
neptis: ex transuerso fratris et sororis nepos et neptis: pa-
truus magnus et amita magna, id est aui frater et soror:
*a*uunculus magnus matertera magna, id est auiae frater et
soror: consobrinus consobrina, id est qui quaeue ex fratri-
bus aut sororibus aut fratre et sorore progenerantur. scien-
dum tamen proprie consobrinos appellari eos, qui ex duabus
sororibus nati sunt, quasi consororinos, eos autem, qui ex
duobus fratribus procreati sunt, fratres *p*atrueles uocari, eos
uero, qui ex fratre et sorore nasc*u*ntur, amitinos dici. hoc

7 parentum *Monac.* 10291 || 12 patruus et amita *Paris.* || 13 et *om. Monac.* 10291 || matertera magna id est *codices* || 17 abauunculus *codices* || 19 generantur *Monac.* 794 || 22 fratribus procreati sunt *Monac.* 794, procreati fratribus sunt *Paris.*, fratribus procreantur *Monac.* 10291 || fratres et patr. *codices* || 23 nascantur *codices*

gradu sunt *etiam* patrui amitae auunculi materterae filii.
7 Quinto gradu sunt supra atauus atauia, infra adnepos ad-
neptis: ex transuerso fratris et sororis pronepos proneptis:
propatruus proamita, id est proaui frater et soror: proauun-
culus promatertera, id est proauiae *frater et soror*: conso-
brini filius filia: item propius sobrinus sobrina, id est patrui
8 magni amitae magnae auunculi magni materterae magnae
filii filiae. Sexto gradu sunt supra tritauus tritauia, infra tri-
nepos trineptis: ex transuerso fratris et sororis abnepos ab-
neptis: abpatruus abamita, id est abaui frater et soror: *ab-
auunculus abmatertera, id est abauiae frater et soror*: item
consobrini nepos neptisque: item propatrui proamitae pro-
auunculi promaterterae filii filiae: item sobrini sobrinae, id
est qui quaeue ex duobus consobrinis progenerantur.

1 etiam *Huschke*, enim *codices* || 2 abnepos abneptis *Monac.* 794 || 5 promar̃tera *Monac.* 10291 || proauiae] proaui et *Monac.* 10291 *et* 794 || soror et frater *codices* || 6 filia] et filia *Monac.* 794 || 10 ab-auunculus . . . 11 soror *Huschke*, neptisque *codices* || 14 generantur *Monac.* 794

## STEMMA AGNATIONIS

Stemma agnationis, quod sequens tabula exhibet, editum primum a Cuiacio in Obseruationibus 6, 40, teste Haenelio (Lex Rom. Wisig. p. 456[a]) extat in codicibus Legis Romanae Wisigothorum Parisiensibus 4410 et 4412, Vaticano reg. 1023, Leidensi 114.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Tritauus | Patruus maximus | | | | |
| Atauus | Patruus maior | Patrui maioris filius | | | |
| Abauus | Patruus magnus | Patrui magni filius | Patrui magni nepos | | |
| Proauus | Patruus | Patrui filius | Patrui nepos | Patrui pronepos | |
| Auus | Frater | Fratris filius | Fratris nepos | Fratris pronepos | Fratris abnepos |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| LEGE HEREDITATES | | Pater | QVEMADMODVM REDEANT | |
| | | EGO | | |
| Vxor quae in manu uiri est | CONSANGVINEI | Filius qui ex potestate non exiit | SVNT INTER SE | Filia quae in potestate est |
| Nurus quae in manu filii est | HI QVOQVE SVNT | Nepos qui ex potestate non exiit | INTER SE CONSANGVINEI | Neptis quae in potestate est |
| Pronurus quae in manu nepotis est | ITEM CONSANGVINEI | Pronepos qui ex potestate non exiit | SVNT INTER SE | Proneptis quae in potestate est |
| Abnurus quae in manu pronepotis est | ET HI INTER | Abnepos qui ex potestate non exiit | SVNT CONSANGVINEI | Abneptis quae in potestate est |
| Adnurus quae in manu abnepotis est | SVNT QVOQVE INTER | Adnepos qui ex potestate non exiit | SE CONSANGVINEI | Adneptis quae in potestate est |
| Trinurus quae in manu adnepotis est | ITEM II SVNT INTER | Trinepos qui ex potestate non exiit | SE CONSANGVINEI | Trineptis quae in potestate est |

# INDEX

pag.
Vlpiani liber singularis regularum . . . . . . . . . . . . 1
Iulii Pauli libri quinque sententiarum . . . . . . . . . . 39
Valerii Probi de notis iuris fragmenta . . . . . . . . . . . 141
Sexti Pomponii regula . . . . . . . . . . . . . . . . . . 148
Fragmentum regularum incerti auctoris interpretamentis Dosithei insertum . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 149
Papiniani libri I responsorum fragmentum . . . . . . . . . 157
Vlpiani institutionum fragmenta Vindobonensia . . . . . . . 157
Vlpiani institutionum fragmentum a Boethio traditum . . . . 160
Vlpiani libri VI ad edictum fragmentum . . . . . . . . . . 160
Pauli institutionum libri II fragmentum . . . . . . . . . . 160
Modestini fragmenta duo . . . . . . . . . . . . . . . . . 161
Fragmenta de iure fisci . . . . . . . . . . . . . . . . . 162
Fragmentum de gradibus . . . . . . . . . . . . . . . . . 166
Stemma agnationis . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 168

Typis Breitkopfii et Haertelii Lipsiensium

ASHMOLEAN MUSEUM OXFORD

Eduard Fraenkel

# COLLECTIO LIBRORVM IVRIS ANTEIVSTINIANI

IN VSVM SCHOLARVM

EDIDERVNT

PAVLVS KRVEGER THEODORVS MOMMSEN
GVILELMVS STVDEMVND

TOMVS TERTIVS

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCXC

# FRAGMENTA VATICANA

# MOSAICARVM ET ROMANARVM LEGVM COLLATIO

RECOGNOVIT

THEODORVS MOMMSEN

# CONSVLTATIO VETERIS CVIVSDAM IVRISCONSVLTI

# CODICES GREGORIANVS ET HERMOGENIANVS

# ALIA MINORA

EDIDIT

PAVLVS KRVEGER

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCXC

ASHMOLEAN
OXFORD
MUSEUM

# TOMI TERTII CONSPECTVS.


pag.

Fragmenta Vaticana . . . . . . . . . . . . . . . . . 1
Praefatio . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 3
Ex empto et uendito c. 1—40 . . . . . . . . . . . 20
De usu fructu c. 41—93 . . . . . . . . . . . . . 31
De re uxoria ac dotibus c. 94—122 . . . . . . . . . 48
De excusatione c. 123—247 . . . . . . . . . . . . 55
Quando donator intellegatur reuocasse uoluntatem c. 248—259 75
⟨Ad legem Cinciam de donationibus⟩ c. 260—316 . . . 82
De cognitoribus et procuratoribus c. 317—341 . . . . 100

Mosaicarum et Romanarum legum collatio . . . . . . . . 107
Praefatio . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 109
I De sicariis ⟨et homicidis casu uel uoluntate⟩ . . . . . 136
De casualibus homicidiis . . . . . . . . . . . . 138
II De atroci iniuria . . . . . . . . . . . . . . . 143
III De iure et saeuitia dominorum . . . . . . . . . . 147
IIII De adulteriis . . . . . . . . . . . . . . . . 149
V De stupratoribus . . . . . . . . . . . . . . . 154
VI De incestis nuptiis . . . . . . . . . . . . . . 156
VII De furibus et de poena eorum . . . . . . . . . . 161
VIII De falso testimonio . . . . . . . . . . . . . . 164
VIIII De familiaris testimonio non admittendo . . . . . . . 167
X De deposito . . . . . . . . . . . . . . . . . 168
XI De abactoribus . . . . . . . . . . . . . . . . 173
XII De incendiariis . . . . . . . . . . . . . . . 176
XIII De termino amoto . . . . . . . . . . . . . . . 181
XIIII De plagiariis . . . . . . . . . . . . . . . . 182
XV De mathematicis maleficis et Manichaeis . . . . . . . 184
XVI De legitima successione . . . . . . . . . . . . . 189

Consultatio ueteris cuiusdam iurisconsulti . . . . . . . . 199

Codices Gregorianus et Hermogenianus . . . . . . . . . 221
Epitome Codicis Gregoriani Wisigothica . . . . . . . . 224
Epitome Codicis Hermogeniani Wisigothica . . . . . . . 234
Codicis Gregoriani fragmenta . . . . . . . . . . . 236
Codicis Hermogeniani fragmenta . . . . . . . . . . 242

pag.
Appendices Legis Romanae Wisigothorum . . . . . . . . . 247
Scholia Sinaitica ad Vlpiani libros ad Sabinum . . . . . . . . 265
Supplementa ad tomum alterum . . . . . . . . . . . . . 283
Papiniani quaestionum fragmentum . . . . . . . . . . 285
Papiniani responsorum fragmenta Berolinensia et Parisiensia 285
Fragmentum Papiniano falso adscriptum . . . . . . . . 296
Pauli institutionum fragmenta Bruxellensia . . . . . . . 297
Vlpiani fragmenta duo . . . . . . . . . . . . . . 298
Incerti auctoris de iudiciis fragmenta Berolinensia . . . 298
Fragmentum de formula Fabiana . . . . . . . . . . 299

Indices
I Leges quae in hac collectione citantur . . . . . . . . 303
II Senatus consulta quae in hac collectione citantur . . . 304
III Constitutiones imperatorum ex corporibus allatae . . . . 305
IIII Constitutiones imperatorum quae in hac collectione citantur 309
V Iuris auctores quorum capita in hac collectione extant . . 311
VI Iuris auctores qui in hac collectione citantur . . . . . 314
VII Nomina uirorum et mulierum . . . . . . . . . . . . 315
VIII Nomina populorum regionum locorum . . . . . . . . . 322

# ADDENDA ET CORRIGENDA

p. 69 c. 220. Eiusdem Alcimi titulus prodiit Vlpianae in Moesia superiore hic (C. I. L. III S. n. 8169): *Fortunae aeternae domus Furianae pro* [*s*(*alute*)] *C. Furi Octauiani c*(*larissimi*) *u*(*iri*) *Furius Alcimus et Pontius V*[*er*]*anus pecunia Octauian*[*a*] *faciendum cur*[*a*]*uerunt.* patronus, cuius plures prodierunt tituli, legatus uidetur fuisse Moesiae superioris c. a. 222. monuit Otto Hirschfeld.

p. 80 c. 254 fin. *distingueretur* delet Gradenwitzius cum quod eo uocabulo Papinianus alibi non utitur tum quod offendit imperfectum.

p. 231, 6 in margine scr. a. 225 pro a. 255.

p. 245 adnot. 18 scr. *cogniturum* pro *cogniture*.

# IVRIS ANTEIVSTINIANI

# FRAGMENTA

QVAE DICVNTVR

# VATICANA

RECOGNOVIT

TH. MOMMSEN.

Fuit olim in Bobiensi S. Columbani monasterio in Liguria inter Genuam et Placentiam sito liber scriptus saeculo ut uidetur octauo, sed inde a saeculo certe decimo quinto truncatus initio et fine, continens collationes Aegypti anachoretarum auctore Cassiano a tertia ad mediam decimam. cuius libri priorem partem siue coll. III. IV init. hodie seruat bibliotheca regia Taurinensis, posteriorem a IV media ad finem pontificia Vaticana, ubi haec signata est numero 5766. usus est scriptor eius uoluminis praeter alia pura foliis deleticiis sexaginta tribus, auulsis iis ex tribus iuris uoluminibus: scilicet ad codicis Theodosiani integri l. XIV—XVI pertinent partis Taurinensis folia sex, Vaticanae uiginti duo ea quae hodie numerantur 25—43. 46—48; ad legem Romanam Burgundionum partis Vaticanae folia duo hodie 44. 45; denique ad haec quae edimus iuris legumque digesta Vaticanae partis folia triginta tria hodie 17—24. 58—63. 82—100. cum ex foliorum codicis uetustioris pari librarius secundus folia sui uoluminis effecerit terna, folia qualia nunc sunt singula eorum quae fuerunt non complectuntur nisi aut singulorum partes duas tertias aut binorum partes tertias, ad hoc exemplum:




cum propter hanc causam tum propterea quod ex lacero quaternione compagis recentioris ultimo non restant nisi folia

tria prima soluta, factum est ut in foliis de quibus diximus triginta tribus inueniantur solitaria nouem (f. 84. 85. 86. 87. 92. 95. 98. 99. 100). antiquioris libri quae extant reliquiis quantum fieri potest inter se rursus coniunctis eius apparuit superesse folia integra octodecim, mutila parte tertia duo, mutila binis tertiis octo. scriptura ita deleta est, ut idoneis remediis adhibitis redierit fere uniuersa; quadrata est simillima Gai Veronensis digestorumque Florentinorum, qualem commonstrat a Maio propositum et probatum Detlefseno specimen adiunctum etiam et Hollwegianae editioni et meae priori. conscriptio libri cum propter argumentum eius ante saec. IV. extremum reici nequeat, quominus ad hoc ipsum uel certe ad quintum saeculum referatur nihil impedit. orthographiam sane librarius non solum ad sequioris aetatis leges formauit, ut saepe *f* adhibuit pro Graeco *ph* (cf. ephemeridis Hermae uol. 14 p. 65 seq.), sed etiam non raro corrupit; sed quae peccauit, ea fere sunt, a quibus quarti quintique saeculi ne publica quidem monumenta abstinent, maxime *ae* pro ē et ĕ, cum e contrario *e* pro *ae* raro offendatur, *h* initio uocabuli ad uocalem perperam adiecta passim, raro omissa, *i* et *y* litterae inter se permutatae similesque aliae mendae in Graecis. e contrario exceptione singulari liber immunis prorsus mansit tam a barbara litterarum *b* et *v* permutatione ab initio inde saeculi tertii uel in publicis monumentis quodammodo perpetua quam a littera *m* in fine uocabulorum male aut adiecta aut omissa[1]. folium scriptor non in paginas diuisit, sed per integrum uersus continuauit. uersus scripturae antiquioris folium habet tricenos binos, litteras uersus a quinquagenis ad sexagenas; itaque ut missam faciamus inaequalitatem in scindendis foliis hic illic obuiam, ubi supersunt partes duae, in singulis uersibus desiderantur litterae inter senas denas et uicenas, ubi tertia pars sola remansit, inter tricenas senas et quadragenas. sed propter usum notarum in codice frequentissimum hisce elementis saepe significatur numerus litterarum aliquanto maior.

Ad antiquum foliorum ordinem restituendum indicia adsunt tria: quaternionum, quos solito more librarius in extremae cuiusque quaternionis paginae ora ima numerauit, numeri qui supersunt quattuor VI. XV. XXVII. XXVIIII; foliorum quae habemus non solitariorum cohaesio; denique sermonis uel certe argumenti continuatio. quibus adiumentis quo peruentum sit, ostendit tabula subiecta, ubi folia ea, quae in re-

[1]) **Mendae singulares, quales offenduntur c. 14 n. 8, c. 16 n. 2, c. 89 n. 3, longe recedunt a solita in his perturbatione.**

centiorum foliorum paribus etiamnunc cohaerent, curuis lineis coniunguntur, solitaria cernuntur a sua compage seiuncta. rectas et uersas foliorum distinxi apposito ad uersarum numeros apice ′.

| *Quaterniones eorumque folia.* | *Paginarum codicis in ed. mai. numeratio.* | *Foliorum quae nunc est in cod. numeratio.* | *Capita huius ed. respondentia.* |
|---|---|---|---|
| . . . . . . . . . . . . . | | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | |
| ?, 2 aut 3 | 53 (int.) | 62′ | 317—323 (... edicta). |
| | 54 (int.) | 62 | 323 (cognitoria ...) —333. |
| . . . . . . . . . . . . . | | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | |
| „ 6 aut 7 | 55 (1/3) | 59′ | 334—338 (...mandatum do). |
| | 56 (1/3) | 59 | 338 (mino a...) —341. |
| . . . . . . . . . . . . . | | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | |
| VI, 1 | 1 (int.) | 60′ | 1—9. |
| | 2 (int.) | 60 | 10—17. |
| . . . . . . . . . . . . . | | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | |
| ? 3? | 5 (int.) | 58′ | 32—35, 3 (...uendere. In). |
| | 6 (int.) | 58 | 35, 3 (spectio...) —36. |
| . . . . . . . . . . . . . | | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | |
| ? 6? | 7 (1/3) | 63′ | 37 (... satisfactio). |
| | 8 (1/3) | 63 | 37 (nitas nisi...) —40. |
| . . . . . . . . . . . . . | | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | |
| „ 8 | 3 (1/3) | 61′ | 18—24. |
| | 4 (1/3) | 61 | 25—31. |
| . . . . . . . . . . . . . | | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | |
| XV, 1 | 9 (int.) | 88′ 87′ | 41—50 (...ceditur), |
| | 10 (int.) | 88 87 | 50 (dicit...) -58 (...legatus). |
| „ 2 | 11 (1/3) | 98′ | 58 (sit...) —63. |
| | 12 (1/3) | 98 | 64—69. |
| . . . . . . . . . . . . . | | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | |
| „ 7 | 13 (1/3) | 98 | 70—71 |
| | 14 (1/3) | 98′ | 72—75, 2. |
| „ 8 | 15 (int.) | 83′ | 75, 3 —77. |
| | 16 (int.) | 83 | 78—83. |
| . . . . . . . . . . . . . | | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | |
| [XVI], 2 aut 3 | 17 (int.) | 96 95 | 84—87. |
| | 18 (int.) | 96′ 95′ | 88—93. |
| . . . . . . . . . . . . . | | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | |
| „ 6 aut 7 | 19 (int.) | 91 | 94—102 (... consentiente filius). |
| | 20 (int.) | 91′ | 102 (dotem accepit ...) — 112 (... peto rem). |
| „ 7 aut 8 | 21 (2/3) | 99′ | 112 (e ab eodem ...) —114 (... uellet mulier). |
| | 22 (2/3) | 99 | 114 (eligeret ...) —122. |
| . . . . . . . . . . . . . | | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | |

| *Quaterniones eorumque folia.* | *Paginarum codicis in ed. mai. numeratio.* | *Foliorum quae nunc est in cod. numeratio.* | | *Capita huius ed. respondentia.* |
|---|---|---|---|---|
| XXVII, 1 | 23 (int.) | 82 | | 123—140 (... stipendia). |
| | 24 (int.) | 82′ | | 140 (missi ...) —154 (... beneficium ex). |
| „ 2 | 25 (int.) | 97 | 92′ | 154 (cusationis ...) —161 (... sessio). |
| | 26 (int.) | 97′ | 92 | 161 (nibus ...) —170. |
| … | … | … | … | … |
| „ 4 | 27 (⅓) | 94′ | | 171—178 (... primipil). |
| | 28 (⅓) | 94 | | 178 (rimipilarem ...) —186 (... datus est). |
| „ 5 | 29 (int.) | 93′ | | 186 (qui indiuisum ...) — 195 (... nomine eorum). |
| | 30 (int.) | 93 | | 195 (fruatur ...) —204 (... ciuilium debent). |
| „ 6 | 31 (⅔) | 100′ | | 204 (ris causa' ...) —210 (... et si forte). |
| | 32 (⅔) | 100 | | 210 (in aliquo ...) —220 (... necessariusque ad). |
| „ 7 | 33 (int.) | 90 | | 220 (nam et liberti ...) —225. |
| | 34 (int.) | 90′ | | 226—231. |
| „ 8 | 35 (int.) | 89 | 84′ | 232—239 (... Item Furio). |
| | 36 (int.) | 89′ | 84 | 239 (Epaphrae ...) —247. |
| … | … | … | … | … |
| XXVIIII, 1 | 37 (int.) | 21′ | 86′ | 248—249, 4 (... dispendii). |
| | 38 (int.) | 21 | 86 | 249, 4 (metus ...) —10 (... fides acci). |
| „ 2 | 39 (⅓) | 23′ | | 249, 10 (pienda ...) —252*a* (mortem suam). |
| | 40 (⅓) | 23 | | 252*a* (redditam ...) —256 (... propria praedia). |
| „ 3 | 41 (int.) | 19 | | 256 (praelegaret ...) —261 (... peculium po). |
| | 42 (int.) | 19′ | | 261 (tuit intellegi ...) —267 (... ex pro). |
| „ 4 | 43 (int.) | 17′ | 85 | 267 (... missione quae ...) —272 (... etiam circa). |
| | 44 (int.) | 17 | 85′ | 272 (ea quae ...) —275 (... perfectam dona). |
| „ 5 | 45 (int.) | 24′ | | 275 (tionem mutata ...) — 281 (... recepta). |
| | 46 (int.) | 24 | | 281 humanitate placuit ...) —285 (... uereris). |
| „ 6 | 47 (⅓) | 22 | | 285 (ne ex una ...) —288. |
| | 48 (⅓) | 22′ | | 289—292 (... intestato debetur). |
| „ 7 | 49 (int.) | 18′ | | 292 (inlibata ...) —294 (... donare poterat). |
| | 50 (int.) | 18 | | 294 (Cur ergo ...) —301 (... longiore). |
| „ 8 | 51 (int.) | 20′ | | 301 (gradu sit ...) —311 (... nec mancipi tra). |
| | 52 (int.) | 20 | | 311 (dita...) —316. |
| … | … | … | … | … |

Haec reconcinnatio dubitationi obnoxia est locis tantummodo duobus. primum c. 32—40, quae constat eiusdem tituli esse ac certas quaternionis sexti reliquias, possunt locum habuisse aut in quinto aut in septimo quaternione aut denique in ipso sexto medio; quarum rationum cum secundam primus editor secutus sit, et Hollwegio et mihi tertia magis probatur. deinde c. 317—333 siue tituli *de cognitoribus et procuratoribus* pars tamquam plane incertae sedis a Maio relata sunt post reliqua loco extremo, collocanda potius in ipso harum reliquiarum principio, cum et rubra pleraque in his paginis adsint praeterea in sola priore uoluminis parte obseruata et membrana in qua leguntur reperta sit in libro nouicio media inter duas ex quaternione sexto reliquas omnium, quarum quidem certus locus sit, primas. nihilominus quamquam in tabula quae praecedit hisce paginis locum eum attribui, quem uerisimile est eas tenuisse, in ipso libro traditum ordinem seruaui; neque enim res plane certa uisa est et antiqui ordinis recuperatio in libro praesertim tam male digesto non digna, propter quam recepti diuturnoque usu quodammodo sanciti numeri conturbarentur.

Sylloge haec in libris qui praeterea aetatem tulerunt nusquam citata et ex se sola nota, quatenus superest neque auctoris nomen prae se fert neque operis inscriptionem. in uniuersum cum simillima sit libris Iustinianis, id est digestis codice adiuncto, quantopere Iustiniana sylloge huic praestet prudentia constantia ordine copia diligentia ratione, in editione maiore instituta utriusque comparatione p. 400 — 403 enarraui. neque casu ita accidit, sed propterea quod eo saeculo longe magis floruerunt Orientis studia quam Occidentis, idemque fere discrimen intercedit inter nouae Romae et hosce Romae antiquae pandectas, quod deprehendimus inter spiritum uiresque Ammiani Graeci et ieiunam exilitatem Africani Victoris. — Diuisa fuerunt Vaticana digesta titulis non numeratis, quorum ex inscriptionibus unica hodie ipsa mutila superest ante c. 41 litteris maioribus minio perscripta DE [VSV FRVCTV], indicium adest praeterea alterius, quae uidetur fuisse AD LEGEM CINCIAM DE DONATIONIBVS, in spatio hodie uacuo ante c. 260. eaedem titulorum rubricae redeunt in summis paginarum oris bipertitae, scriptae scilicet in binis paginis iuxta positis fere ut cernuntur in hac editione. earum hae supersunt ad tabulam supra propositam ordinatae:

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
p. . . 53 . . . . . . . . . . . | et procuratoribus
p. 54 . . de cognitoribus | . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
p. . . 55 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
p. 56 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . .
p. . . 1 . . . . . . . . . | et uendito
p. 2 . . ex empto | . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . .
p. . . 5 . . . . . . | et uendito
p. 6 . . ex empto | . . . .

. . . . . . . . . . .
p. . . 7 . . . . . . . . . . . . . . . .
p. 8 . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . .
p. . . 3 . . . . . . . . . . . . . . . .
p. 4 . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . .
p. . . 9 de usu fructu
p. 10. 11 de usu | . . . .
p. 12 . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . .
p. . . 13 . . . . . . . . .
p. 14. 15 . . . | fructu
p. 16. 17 de usu | . . .
p. 18 . . de usu | . . .

. . . . . . . . .
p. . . 19 . . . | ac dotibus
p. 20. 21 de re | uxoria
p. 22 . . de re | . . .

. . . . . . . .
p. . . 23 . . | excusatione
p. 24. 25 de | excusatione
p. 26 . . de | . . . . .

. . . . . . . . .
p. . . 27 . . . . . . . . .
p. 28. 29 . . | excusatione
p. 30. 31 de | excusatione
p. 32. 33 de | excusatione
p. 34. 35 de | excusatione
p. 36 . . de | . . . . .

. . . . . . . . .
p. . . 37 . . . . . . . | reuocasse uoluntatem
p. 38. 39 quando donator intellegatur | . . . . .
p. 40. 41 . . . . . . . | reuocasse uoluntatem
p. 42. 43 ad legem Cinciam | de donationibus

| | | |
|---|---|---|
| p. 44. 45 | de donationibus | ad legem Cinciam |
| p. 46. 47 | de donationibus | . . . . . . . . |
| p. 48. 49 | . . . . . . . | ad legem Cinciam |
| p. 50. 51 | de donationibus | ad legem Cinciam |
| p. 52 . . | de donationibus | . . . . . . . . |

. . . . . . . . . . . . . . . . . . .

unica nona pagina rubrica mcontinet totam, propterea quod in ea incipit titulus. — Tituli hi noti sunt et peruulgati. sed quod qui haec collegit post emptionem posuit usum fructum, post usum fructum rem uxoriam, deinde post alia multa enarrauit tutelam, mox paucis interpositis egit de donatione irrita uel imperfecta (titulos enim 'quando donator intellegatur reuocasse uoluntatem' et 'ad legem Cinciam de donationibus' male diuulsos esse uel ab auctore uel demum a librario p. 82 n. 1 adnotauimus), in ea re neque a prioribus traditum nec ratione excogitatum ordinem ullum secutus uidetur esse, sed fortuito fere et tamquam ad scribae glutinatorisue arbitrium titulos consarcinauisse. — In singulis titulis proponuntur excerpta tam ex iure quam ex legibus item ordine nullo temere in chartas coniecta, ut tamen non raro uideas excerptorem librum continua lectione percurrentem secundum auctoris ordinem sua perscripsisse. auctores qui haec primum collegit adhibuisse uidetur non nisi tres *Papinianum*, cuius usurpauit responsa (fortasse cum notis Vlpiani, u. c. 66) et quaestiones, *Vlpianum*, cuius adhibuit libros ad Sabinum, ad edictum, responsorum, de officio proconsulis, de excusationibus, de officio praetoris tutelaris, denique *Paulum*, cuius compilauit libros ad edictum, ad edictum de breuibus, responsorum, quaestionum, manualium, sententiarum, de excusatione tutorum, de officio praetoris tutelaris, de iurisdictione praetoris tutelarii editionis secundae, de testamentis, ad legem Falcidiam, ad municipalem. postea demum diuersaque allegandi ratione ad titulum de usu fructu extremum adiecta sunt excerpta quaedam (c. 90—93) ex auctore qui scripsit de interdictis, qui quis fuerit, ignoratur; non esse Venuleium Saturninum ut Lenelius (edict. perp. p. 362) et Krueger (*Geschichte der Rechtsquellen* p. 300) mihi probauerunt, ita quominus unus sit ex tribus illis, obstat, quod nullus eorum de interdictis speciali tractatu uidetur egisse, neque ii qui commentariorum Pauli ad edictum hos libros partem esse coniciunt (v. Lenel paling. 2 p. 1230), id efficere potuerunt nisi inscriptionibus coniectura mutatis. inscriptionum ratio eadem fere est quae obseruatur in digestis Iustinianis: adlegantur auctor, opus, libri numerus. uno loco c. 266 Vlpiani ad

edictum liber XXVI laudatur tamquam *liber I ad edictum de rebus creditis*. rubrica in ipso opere citatur bis c. 227 et 298; praeterea adscripta reperitur cum in supplementis modo dictis c. 90—93 tum a manu secunda ad c. 108. excerpta ex auctoribus ita fere ordinauit compilator ut ordinantur in digestis: scilicet si quem librum in inscriptione posuit, peruenit ea neque argumenti ratione habita ulla neque locorum omissorum ad omnia capita ex eo libro sumpta, donec alius liber succedat. perraro (scilicet solummodo c. 328—331; nam de inscriptionibus c. 89. 233 iure dubitatur et adlegatio c. 5 uenit ab adnotatore) contra hanc legem in continuo excerptorum ex eodem libro profectorum tenore inscriptio repetitur; semel (c. 115) compilator interposuit haec: [*idem ibidem refert t*]*alem consultationem et responsum.* — Capita separantur modo interposito uocabulo *item*, modo ut incipiat nouus uersus in marginem eminens, modo in eodem uersu spatio uacuo relicto. spatia ea etsi indicanda fuerunt, maxime quoniam in locis mutilis eorum ratio habenda est, a librario ex arbitrio interposita esse patet, idque ipsum etiam ad distinctionem uersu eminenti indicatam peruenit. uocabulo *item* capita introducuntur non aequabiliter: scilicet in priore parte operis, nimirum in titulis *de cognitoribus et procuratoribus* (quem omnium qui quidem supersint primum fuisse uideri supra p. 7 diximus) et *ex empto et uendito* nusquam offenditur, rarum est in titulis *de usu fructu* (c. 47—50. 53. 56. 60—63) et *de re uxoria* (c. 122, fortasse etiam c. 107), contra perpetuum fere in posteriore parte operis, scilicet in titulis *de excusatione* et *de donationibus* et certis locis (ut c. 130—133. 235. 236) ita interpositum, ut euidenter appareat non significari eo uocabulo id quod enuntiatur c. 93 uerbis *post pauca* et c. 149 uocabulo *cetera*, scilicet hoc loco quaedam omissa esse, sed excerptorum tenorem continuari. aliis locis ambiguum est, *item* illud utrum a compilatore additum sit an positum ab ipso quem exscripsit auctore; positum et ab illo et ab hoc reperitur c. 305. haec indicare uidentur in his collectaneis componendis duos uiros communem operam ita posuisse, ut non easdem formulas pariter adhiberent. ceterum quamquam quibusdam locis, ut c. 145. 149. 320 quaedam a compilatoribus ex ordine uerborum continuo resecta esse uel adeo mutata extra dubium est, in uniuersum ut multa praeterierunt, ita abstinuisse eos a breuiando et mutando ostendit excerptorum horum comparatio cum Iustinianis, neque prudentiae Romanae, qualis olim apparuit non in regularum et sententiarum et institutionum breuitate, sed in commentariorum amplitudine et

perfectione, aliud plenius et fidelius specimen ad nos peruenit. — In constitutionibus referendis quod librum non adlegant, ex qua quaeque ueniat, ut faciunt in iuris auctoribus, inde explicatur, quod nomen imperatoris ad auctoritatem sufficere uidebatur, neque aliter rem instituerunt Iustiniani prudentes. recedit ab his compilatio occidentalis cum eo, quod temporis ordinem seruat nullum, tum quod praeter codices Gregorianum et Hermogenianum ab Orientis auctoribus compilatos aliam praeterea syllogen adhibuit in Occidente confectam, siue appendix ea fuit Hermogeniani siue alia denique praeterea ignota collectio. nam cum in Iustiniano codice Diocletianae aetatis non inueniantur nisi rescripta data in Oriente, id est ab ipso Diocletiano, apud Vaticanum auctorem praeter complura eiusmodi ex Oriente adlata rescripta adsunt quinque (c. 41. 271. 292. 313. 315) in Occidente emissa referenda ad Maximianum; qua de re latius disserui cum in ed. maiore p. 396—400 tum in commentario de subscriptionibus Diocletianis (u. acta acad. Berol. a. 1861 p. 420). praeterea hoc obseruandum est imperatorum nomina publice damnata et ex fastis erasa a sylloge Vaticana abesse, ut Getae c. 267 et Maximiani in omnibus Diocletianae aetatis constitutionibus, contra quam fit in libris confectis iussu Iustiniani. Licinium denique, cuius nomen a Constantino publice damnatum syllogae in Oriente confectae ex inscriptionibus sustulerunt, in subscriptionibus ita retinuerunt, ut Augusti adscriptio tolleretur, Vaticanae syllogae compilator induxit ibi, ubi in inscriptionibus nomina inuenit enuntiata (c. 249. 273. 287), retinuit homo indiligens et parum sibi constans, ubi latet sub inscriptione *Augg.* (c. 33. 34. 35. 36); denique in annis notandis bis Licinii nomen sustulit (c. 34. 35), ter et ipsum et adiectum eidem Augusti titulum reliquit (c. 32. 33. 274). — Theodosiano codice eclogarius non solum non est usus, sed etiam quasdam leges in eundem receptas protulit non ea, qua Theodosius eas exhibuit, sed pristina et post eum codicem editum ab usu forensi prohibita forma.

Compilata sunt haec iuris collectanea in partibus Occidentis aetate Constantiniana. nam quod recepta sunt in ea rescripta aliquot Maximiani quodque repertus est codex in Liguria neque ullum Graecae prudentiae uestigium prae se fert, satis ostendit proficisci ea ab Italico aliquo uel etiam Gallico prudente. ad aetatem uero Constantinianam ducit inscriptionum constitutionum imperatoriarum ratio in imperatoribus Diocletiano anterioribus a forma communi non recedens (nam *d. Probus* c. 288 siue *diuus* soluas, siue, quod minus offendit, *dominus*, sine dubio error est siue auctoris siue librarii),

at in Diocletianis et Constantinianis prorsus singularis. Diocletianis plerumque (c. 270. 275. 297. 312. 325. 328) praescribitur *diui Diocletianus et Constantius* nullo discrimine facto inter constitutiones ante Constantium Caesarem creatum a. 293 et post eum annum emissas, neque discrimen ullum admittit formulae *iidem* usurpatio ad Diocletianae aetatis constitutiones omnes pariter relatae. rarius praescriptum inuenitur modo *Diocl(etianus) et Max. Constantius* (c. 22. 41), modo *Diocletianus* nude (c. 23. 24). in Constantinianis sollemnis formula est aut *Augg. et Caess.* (c. 33. 34. 35. 36) aut *Constantinus et Caess.* (c. 249. 273. 287), nisi quod huic semel (c. 273) praemittitur *d.* aut errore additum aut ut significetur *dominus.* haec quoque formula ad omnes Constantini constitutiones adhibetur etiam per a. 313—316, quibus Caesares nulli fuerunt (c. 33. 34. 35. 273). uides Maximiani Augusti nomen utpote memoriae damnatae sublatum esse (quamquam uerisimile est ex *Maximiano Augusto et Constantio Caesare* originem ducere peruersum illud uocabulum *Maximi Constantii*) nec magis mentionem fieri Galerii Caesaris, seruari non solum Diocletiani nomen, sed item Constantii et utrumque contra harum inscriptionum usum diuorum adiectione ornari. in constitutionibus aetatis Constantinianae Licinii nomen supra iam diximus nusquam in inscriptionibus enuntiari, effugisse obelum ibi ubi lateat sub nomine Augustorum. Constantinum etsi dubium est *dominum* in inscriptione appellari, id quod non conuenit nisi principi eo tempore uiuo, ad id ipsum non minus ducit, quod in altera formula sollemni uocabulum omittitur, nam Augustorum nomine nudo significantur principes eo tempore regnantes. haec igitur qui collegit scripsit imperante Constantino primo et recenti etiamtum memoria cum grata tam Diocletiani quam Constantii patris Constantini, tum odiosa Licinii, nomine eius in hac sylloge obscurato magis quam sublato; scilicet compilatio formata est stante etiamtum Licinio et post cladem eius a. p. C. 323 ad iussum Constantini imperfecte emendata. scriptus igitur credi poterit liber de quo agimus circa a. 320[1]. — Nec tamen ab eo tempore nihil addiderunt siue is qui scripsit haec uolumina siue qui postea adhibuerunt togati saeculi quarti. nam cum ipsum corpus Vaticanum non uideatur continuisse nisi rescripta imperatorum, inter quae quod recentissimum est anni est 318, insertae eidem inueni-

---

[1]) Notas Vlpiani in Papinianum quod adhibuisse uidetur (u. ad c. 66) in usu forensi sublatas per Constantinum a. 321, huic opinioni certe non aduersatur.

untur praeterea leges quattuor generales ipsa prolixitate sua et prauo uerborum tumore a reliqua sylloge uehementer abhorrentes a. 316 (c. 249). 330 (c. 248). 337 (c. 35). 369 et 372 (c. 37), quae quominus postea adiectae sint, ut ad iuris excerpta quoque item quaedam postea addita esse supra uidimus, uix uidetur posse dubitari. haec ut sola ratiocinatione intelleguntur non proficisci a syllogae conditoribus, aliis locis ex ipsa re apparet retractatam eam esse ab homine non imperito et bonorum librorum copia instructo. eo pertinent auctorum laudationes adnotationis forma adiectae, scilicet Papiniani Paulique responsorum codicumque Gregoriani et Hermogeniani, quas qui addidit, eum uides non sola sylloge hac usum esse, sed locos in eam relatos, fortasse ut in iudicio eos ex ipsis corporibus adlegaret, in his indagauisse. eodem pertinent emendationes quaedam probae, quamquam aliis locis, ut fit, a prima manu scripta inueniuntur ab adnotatore male mutata, denique breuia summaria hic illic adiecta profecta sine dubio et ipsa ex usu forensi. sed ne in his quidem corporis Vaticani recentissimis adiectionibus reperitur ullum codicis Theodosiani uestigium nec praeterea quicquam occurrit, quod anno 372 c. 37 memorato recentius sit. denique quod a Gai libris plane abstinuit et qui haec collegit et qui postea librum auxerunt, explicationem habet, si sumimus librum conscriptum esse ante legem a. 426 latam de iuris auctoribus citandis: nam haec demum Gai librorum usum antea angustis Byzantiae prudentiae finibus circumscriptum ad uniuersum orbem Romanum propagauit.

Repperit codicem palimpsestum Angelus Maius Romae in bibliotheca Vaticana a. 1821 idemque paullo post edidit, in libro legendo et recensendo opera usus Friderici Blumii, uolumine quod inscribitur 'iuris ciuilis anteiustinianei reliquiae ineditae ex codice rescripto bibliothecae pontificiae Vaticanae' (Romae 1823. 8. pp. 118), quae editio mox repetita est et Parisiis (1823) et Berolini (1824). collectanea, quae post editionem ad fragmenta haec Bluhmio succreuerunt, seruat bibliotheca Bonnensis (cod. n. 776). secuti sunt qui fragmenta emacularent primum Alex. Aug. Buchholtz (1828), deinde ad eiusmodi negotium multo magis et ingenio idoneus et doctrina paratus Aug. Bethmann-Hollweg (1833), neuter noua libri scripti collatione adiutus. nactus denique ego accuratum codicis exemplum a Detleuo Detlefseno meo iussu confectum, mox ubicumque dubitationes obortae essent libro denuo inspecto aut confirmatum aut emendatum, typis ad exemplum eorum elementorum quibus librarius usus est sedulo incisis

paginisque et uersibus notisque adeo et contignationibus litterarum omnibus ad archetypum repraesentatis edidi, iubente ita et sumptum faciente academia regia Berolinensi (1860). deinde diuenditis Hollwegianae editionis exemplis cum Hollwegius ad alia grauioraque munera interim auocatus libri denuo recognoscendi laborem recusauisset, in eius locum mea recensio successit, quam post maiorem editionem emisi Bonnae a. 1861 commodiorem faciliusque parabilem. quod initio cogitaram sufficere accuratam Hollwegianae editionis recognitionem, mox reiectum est propter duas maxime causas: primum quod libro scripto iam accurate excusso exemploque idoneo publice edito operis ratio editorisque officium plane inueniuntur commutata esse, deinde quod animus abhorrebat a negotio ingrato et uix recte et probe perficiendo libri alieni emendandi. itaque et officio in eum uirum qui priorem editionem Bonnensem recognouit melius consulere et ipsius negotii rationes prudentius administrare mihi uisus sum re ita instituta, ut ex Hollwegianis notis seligerem potiores omissis quarum usus iam nullus esset multis, quae eo tempore dubia erant et incerta, interim aut doctorum uirorum continuis studiis aut codicis relectione explanatis et patefactis, praeterea uero meum negotium administrarem periculo meo. adiecta est ad editionem minorem commentarii de libri indole et uicissitudinibus una cum maiore editi breuis summa, adiunctis item notis magna ex parte iisdem, praetermissis iis, quae ab huius editione consilio abhorrere uiderentur.

Collectanea haec Vaticana iam ut denuo recenserem ita, ut pars esset haec recensio reliquiarum iuris anteiustiniani sua cura editarum, egregii amici Paulus Krueger et quem nuper amissum lugemus Guilelmus Studemund a me impetrarunt; immo libenter usus sum idonea occasione tollendorum errorum, quos ante hos triginta annos in hac compilatione recensenda commisi, et addendorum eorum, quae aut ab aliis prolata probarem aut interim addidicissem. usus sum praeter alia subsidia minora cum retractatione locorum codicis aliquot, quos inspexit Krueger, tum recensione quam Philippus Eduardus Huschke inseruit iurisprudentiae anteiustinianae, edita primum a. 1860 adhibita editione mea maiore paullo ante emissa[1], postremum quinta repetitione a. 1886 (p. 718—814). ea inter multas sordes egregia quoque non pauca continet, neque enim hoc datum erat uiro et acuto et perito, ut temeraria et saepe peruersa a bonae frugis inuentis discerneret,

[1]) Hanc intellegit Huschkius, ubi mea citat, minorem non inspexit.

neque omnino ut fines regeret maxime in locis mutilis inter supplementa probabilia et lusoria additamenta. certe quod ait sibi successisse (praef. p. 717), ut in paginis tertia sola parte destitutis 'nullus amplius hiatus mentem uel oculos offendat' et in iis quarum duae partes perierunt ex capitibus numero LXVIII undecim sola reliquerit, 'quae doctioris uel ingeniosioris opem expectent', ipsum sufficit prudenti ad operam ab Huschkio huic libro nauatam iuste aestimandam. factum est per eam, ut leuiores supplementis Huschkianis passim deciperentur, prudentiores, inter quos nomino prudentissimum Lenelium, interdum etiam a probabilibus inuentis abstinerent deterriti huiusce recognitoris sui fiducia incuriosa. iam ego Huschkiana adnotatione diligenter perlustrata pleraque tacitus reieci, selegi quae uera esse uiderentur uel certe probabilia. sed ibi quoque, ubi rem recte intellexit, tanta infantia uetustis reliquiis sua accommodauit, ut ubi in ipsa re eum sequi potui, uerba ubiuis fere mutanda essent[1].

---

[1]) Id ne quis pro iniqua obtrectatione habeat, adscripsi capita duo ab ipso optime intellecta, pessime restituta. c. 249 extr. (p. 784 s.): . . ea alienat*io rata habebitur*, *quae publice facta est*, *reliq*uorum reiecta uel su*specta habenda allegatione*, *licet contendant uni*uersis studiis, recte *recepto iure sibi donatum esse sopitoque legis Cinciae* iure, quod quibusque rebus don*atis suam perfectionem praescribebat*. *uerum post*ea perfectione facienda *nulla nisi secundum nostrae legis praecepta*, *etiam uer*borum deinde esse quicquam *uetamus*, *quod donationes ualeat perficere*, *cum ipsa* lege commutata uer*ba quoque secundum eam concepta uilescant in donationibus post* faciendis, neque ullam *controuersiam donationibus iam factis uolumus con*flare, cum futuris ius per *hanc consultissimam legem ponamus*, quae, ut omnes cognosc*ant atque obseruent*, *quod statuimus*, *edicto promulgan*ti tuo praeferenda est. *PP. III non. Feb. Seuero et Rufino* conss. in foro diui *Traiani*. c. 287 (p. 798): Constantinus et Caes*s*. . . . . *Semel perfecte donata reuocari* nec ea, quae matres in filios cont*ulerunt*, *etsi ii parum grati sint*, *iura permit*tunt. sane si generaliter r*es tuas donasti et tantum in iure cessione* uel mancipatione totius pa*trimonii ea donatio*, *ut perhibes*, *celebrata* est, id, quod donatum est, stare non *potest*, *cum hoc modo quicquam in alterum* transferri non ualeat. qu*a ratione an aduersus filios tuos tibi consu*li possit, rectorem prouinciae interpe*llare non prohiberis*. *PP*. . . . . Licinio V et Crispo *conss*. — Poterunt addi consules Pertinax et Aelianus c. 204 relati ad annum 163 cum Angelo Maio propter eius anni consulem Laelianum, quem errorem a Borghesio olim correctum et in mea editione emendatum Huschkius nihilo minus secure retinuit; ordo equester municipalis in adnotatione ad c. 187 multis uerbis defensus adhibitis titulis duobus (Orell. 3713 = C. I. L. VI, 1515*. XI, 2594) ficticiis uel interpolatis; *harundinetum* [*quo de genere paterfamilias sues*] *alebat* c. 70 propterea quod apud Columellam 7, 9, 7 sues dicuntur libenter eruere *radiculas aquatilis siluae*, *tamquam scirpi iuncique et degeneris harundinis*, quem tamen harundinis usum grauis auctor addit Orientem ignorare; alia multa, quae silentio praetermitto.

Leges operis superest ut adscribam una cum notarum reliquarumque huius editionis proprietatum explicatione.

*V* significat codicem Vaticanum 5766.

$V^1$ eundem a manu prima.

$V^2$ eundem a manu emendatoris. libri scriptor quae ipse emendauit quaeque postea corrector mutauit quoniam satis discerni non potuerunt, utriusque generis emendationes hac nota scito comprehendi.

$V^d$ eundem secundum D. Detlefseni apographum,

$V^k$ eundem secundum Paulum Krueger, qui per a. 1869 et 1879 codicem aliquot locis dubiis recognouit diligenter et perite. Praeterea quosdam locos a me rogatus recognouit Augustus Mau.

$V^m$ eundem secundum A. Maium,

$V^b$ eundem secundum F. Blumium.

Notarum iuris et compendiorum reliquorum, quibus codicis librarius usus est, elenchum ad apographum adieci p. 385—388 neque ita scripta a reliquis in hac editione distinxi, cum omnes sint interpretationis facilis et certae. a reconditioribus nec nisi ab iuris ciuilis perito homine commode legendis, quales adhibuerunt Gaiani libri et apospasmatii de iure fisci librarii, huius syllogae conditor ipse ni fallor abstinuit, scilicet collectanea destinans communi multorum lectioni, qui quantopere notas illas horruerint, Theodosiani codicis et Iustinianae compilationis editiones abunde declarant. quapropter grauissimos errores in notis illis soluendis per haec collectanea deprehensos, ut c. 47a *factum est* pro *familiae erciscundae*, c. 98 *mixti casus* pro *mortis causa*, c. 249, 8 *litium causa* pro *litis contestatio*, c. 266 *contra tabulas* pro *contra Sabinianos*, c. 298 *matrimonioue* pro *manu mancipioue*, c. 311 *uel* pro *utrubi*, non tam librarius commisit quam compilator; nos tamen iureconsultorum magis memores quam philologorum eiusmodi mendas ubi fieri potuit sustulimus.

Scholia quae non tam diuersa manu quam diuerso ductu scripta modo inter uersus modo ad marginem addita sunt distinguuntur typis minutis. quae eorum in auctorum laudationibus continentur suis capitibus praeposui, postposui summaria locorumque similium allegationes. — Ipse ambigebam aliquando, annon adiecta essent ab huiusce uoluminis domino propterea quod in iis remittitur ad paginas adiecto uocabulo *supra* uel *infra* et numero (c. 282. 294). iam uero cum prolatis in lucem scholiis Graecis ad Vlpiani libros in Sabinum constet exemplaria adlegari non solum secundum

uersus omnibus communes, sed etiam licet raro (cf. *Birt, das antike Buchwesen* p. 159) secundum paginas — ibi enim sic est fr. 11 (Krueger): ὁ Paul(ος) β. η' τῶν [res]pon(son) αὐτοῦ πρὸ β' φύλλ(ων) τοῦ τέλους τοῦ β(ιβλίου) et fr. 13: ὁ Flor(entinos) β(ιβλίῳ) γ' τῶν inst(itutionon) αὐτοῦ περὶ τὰ τέλη τοῦ β(ιβλίου) προ ε' φ(ύλλων) τοῦ τέλους et fr. 14: ταύτης μέμνηται τῆς διατ(άξεως [μετὰ] β' φ(ύλλα) πάλιν, — hoc obstaculum aliquantum imminutum est, remotum autem omnino, postquam obseruauit Kruegerus (*Gesch. der Rechtsquellen* p. 302) confirmauitque Mauius additamenta illa duo scripta esse non eadem manu atque reliqua scholia, sed post tempus adiecta. iam igitur nihil impedit, quominus his exceptis scholia ex archetypo translata sint, id quod flagitat euidenter scholii ad c. 315 lectio a menda textus immunis. addidit ea non auctor ipse, sed adnotator, cum magna ex parte uersentur in adlegationibus contra auctoris institutum augendis, ut libri laudatio repetitur in scholiis praeter necessi tatem (c. 5), ad librum additur titulus (c. 108), ad constitutionem corpus (c. 266 a. 272. 285. 286. 288). litteram quoque quae ita ut suum uersum occupet plerumque praescribitur scholiis B' (nam non esse *h*, ut dedit Maius, sed *b*, consentiunt Detlefsen et Krueger) probabile est indicare nomen adnotatoris, sicut quod scholiis illis Graecis ad Vlpianum praescribitur CAB similiter accipiendum esse inter uiros doctos conuenit. capita ab eodem prudente laudari sub uocabulo *specierum* usitato pariter in Consultatione c. 14 fin. et passim in lege Romana Burgundionum contendit Huschkius (praef. p. 707), recte fortasse; sed tamen ad quae prouocat uerba *et sequens et tertia* c. 294 referuntur ad constitutiones.

*Cursiuis litteris expressa proficiscuntur ex coniectura, ut, ubi aliud in codice est, id in notis indicetur, ubi tacent notae, haec ueniant ex supplemento codicis mutilati uel euanidi facti. euanuerunt autem praesertim quae rubro colore scripta fuerunt, id est cum ipsae rubricae tum in priore parte operis prima quaeque singulorum capitum elementa. perierunt praeterea in paginis tertia parte mutilis litterae aut primae aut postremae c. 16—20, in paginis, quarum sola tertia superest, litterae aut primae aut postremae 32—40. hisce spatiis cum supplementa aptanda essent, curaui, quod in hisce fragmentis tractandis pauci satis cauerunt, ne litterarum abscisarum numerum supplementa superarent, quamquam et scripturae ratio parum aequabilis et notarum frequentia in ea quoque re aliquam licentiam admittunt, non curaui, ut suppletae litterae spatium quod uacat explerent, scilicet cum raro nobis datum sit, ut in eiusmodi hiatibus ipsa uerba recuperemus neque aliud supplementis efficiatur nisi aliqua tenoris orationis ad sententiam apta continuatio, aspernatus anxiam illam et cum fallaci specie ueri coniunctam sollicitudinem de aequando numero litterarum deperditarum, quas ipsas se assecutum esse nemo sanus sibi persuadeat.*

[ ] comprehensa significant supplementa profecta ex eorundem locorum alibi plene seruatorum collatione itaque fere extra dubitationem posita.

⟨ ⟩ uncis angulatis circumclusi quae ex qualicumque causa a librariis addita uidentur esse auctori abiudicanda.

— ( ) — hiatus indicant non expletos uel ex parte tantum expletos. numeri inter uirgas conclusi indicant, quot circiter elementa simplicia eo loco exciderint; in quo numero, si quo loco aliquot litterae suppletae sunt uniuersum spatium non implentes, hae quoque comprehenduntur.

~ ubi positum est, spatio uacuo alioue quo signo (u. p. 10) indicatur in codice capitis finis alteriusque principium.

‖ lineae geminatae separant paginae in codice finem alteriusque principium in foliis hodie mutilatis.

| linea simplex separat uersus in codice finem alteriusque principium, quod item non factum est nisi in foliis, quorum hodie non nisi pars tertia duaeue partes supersunt.

In margine dextro litteris maiusculis adscripti sunt ad iurisconsultorum locos auctores librique ita, ut qui deinceps in eadem pagina sequuntur loci, putandi sint ex eodem eiusdem auctoris libro petiti esse, ubi auctor ignoratur, pro nomine signum interrogationis positum sit. constitutionibus similiter adscribuntur imperatorum nomina addito anno.

In ima pagina supra lineam subscripti sunt loci fragmentorum horum si qui redeunt citanturue alibi in iuris corporibus, ita ut quae in corporibus cum Vaticanis fragmentis consentiunt non afferantur, contra ea apponantur, ex quibus quid corporum auctores singulis locis omiserint uel immutarint appareat. minores tamen diuersitates, scilicet quae non tam ad compilatorum arbitrium pertinent quam ad librariorum uel neglegentiam uel etiam licentiam, non hoc loco rettulimus, sed infra lineam inter uariam lectionem.

In ima pagina infra lineam uaria lectio proponitur, id est si quid in codice aliter legitur ac supra expressum est, item quidquid aliter legisse sibi uisus est Maius exceptis minutis et plane inutilibus, denique quae uiri docti probabiliter coniecerunt quaeque praeterea aliquo nomine obseruatione digna uisa sunt. emendationibus grauioribus ut par erat adscripsi auctoris nomen, quod in reliquis sine nomine prolatis nemo opinor requiret; ueniunt autem hae fere omnes a primo editore Maio. in

scissuris cum saepe euenerit, ut Maius litteram a se certa ratione suppletam ediderit tamquam in codice lectam, item ut interdum Maio, saepius Detlefseno litteram litteraeue partem discernere contigerit alteri non uisam, harum minutiarum quoniam maiore editione plenam rationem reddidimus, hoc loco ea tantum inde repetiuimus, quae legentis interesse uidebantur.

Orthographiam secutus sum ueram et antiquam, ut tamen simul cauerem, ne liber hic non grammaticis destinatus, sed iureconsultis ab usu qui hodie obtinet nimium recederet, denique scribendi constantiae aliquam rationem haberem. plene harum mutationum hoc loco mihi ratio reddenda non est, cum quod edidi codicis apographum iis qui haec curant praesto sit. sustuli ex hac editione si qua librarius posuit, quae grammatico nulli probasset; quo pertinent praesertim *ae* pro *e* positum, exempli causa *propriae* aduerbium similiaque, *propriaetas*, *praetium*, *faenus*, *paedius*; deinde *h* male adiecta, rarius male omissa, ut sunt *hostendere*, *honus*, in quibus uocabulis scriba fere sibi constat, *hii*, *herciscere*, *Harintheus*, *actenus*; tertio loco Graecae originis uocabula saepe turbata, ut sunt *filosophus*, *raetor*, *Filuminianus*, *Byzanthium*, *arthryticus*, *dyocesis*, *Dionisius*, *Aristeneta*, *Aristobolus*, *Homonea*, alia. accedunt rariora *adiunt*, *inquid*, *aucxilium*, *suscriptum*, *suppremum*, aliaque non tam falsa quam singularia et hodie insolita, ut sunt *neclectus*, *centensimus*, *inicum*, *aput*, *adque*, *atparet*, *itcirco*, *kapere*; quae eo minus retinenda erant, quod in iis scriptor sibi non constat commodaeque lectioni officeret retenta promiscua codicis scriptura in uocabulis *ad at*, *quod quot* similibusque. contra in aliis, ubi codex non magis sibi constat, sed neutra scriptura uidebatur lectorem offensura, librum scriptum expressi, ut in genetiuo secundae declinationis modo cum duplici *i* perscripto, modo contracto, item in uerbis compositis a praepositione *in* incipientibus modo cum adsimilatione elatis, modo sine ea. omnino quantum fieri potuit mediam uiam tenens quantum sciui et potui cum ab antiqua rubigine abstinui tum a nouiciis barbarismis.

Scripsi Berolini mense Nouembre anni 1889.

---

## EX EMPTO ET VENDITO.

*(desunt paginae octoginta.)*

1 *Qui a muliere* sine tutoris auctoritate sciens rem mancipi emit uel falso tutore auctore quem sciit non esse, non uidetur bona fide emisse; itaque et ueteres putant et Sabinus et Cassius scribunt. Labeo quidem putabat nec pro emptore eum possidere, sed pro possessore, Proculus et Celsus pro emptore, quod est uerius: nam et fructus suos facit, quia scilicet uoluntate dominae percipit et mulier sine tutoris auctoritate possessionem alienare potest. Iulianus propter Rutilianam constitutionem eum, qui pretium mulieri dedisset, etiam usucapere et si ante usucapionem offerat mulier pecuniam, desinere eum usucapere. ~ PAVL. L. VIII AD SAB.?

2 P(apinianus) libro III responsorum. Vsurae uenditori post traditam possessionem arbitrio iudicis praestantur; ante traditam autem possessionem emptori quoque fructus rei uice mutua praeberi necesse est: in neutro mora considerabitur. ~ PAP. L. III RESP.

3 *Ve*nditor, qui legem commissoriam exercere noluit, ob residuum pretium iudicio uenditi recte agit, quo secuto legi renuntiatum uidetur. ~

4 Qui die transacto legem commissoriam exercere *u*oluit[1], postea nariare non potest. ~

c. 1 = *Dig*. 18, 1, 27. Paulus l. VIII ad Sabinum. Qui a quolibet rem emit quam putat ipsius esse, bona fide emit. at qui sine tutoris auctoritate a pupillo emit, uel falso tutore auctore quem scit tutorem non esse, non uidetur bona fide emere, ut et Sabinus scripsit. *uidetur esse idem locus iuri Iustiniano accommodatus similiterque, licet dubitans, iudicat Lenel paling. Pauli fr.* 1782.

c. 3. *Cf. Dig*. 18, 3, 7. Hermogenianus l. II iuris epitomarum. Post diem commissoriae legi praestitutum si uenditor pretium petat, legi commissoriae renuntiatum uidetur, nec uariare et ad hanc redire potest.

c. 4. *Cf. Dig*. 18, 3, 4, 2. Vlpianus l. XXXII ad ed. Eleganter Papinianus libro tertio responsorum scribit statim atque commissa lex est statuere uenditorem debere, utrum commissoriam uelit exercere an potius pretium petere, nec posse, si commissoriam elegit, postea uariare.

1 uoluit] *Dig*., noluit *V*.

5 Papinianus libro III responsorum. Aede[1] sacra terrae motu diruta locus aedificii non est profanus et ideo ueniri[2] non potest. ~ PAP. L. III RESP.
6 Mulier seruam ea lege uendidit, ut, si redisset[3] in eam ciuitatem, unde placuit exportari, manus iniectio esset. manente uinculo seruitutis si redierit, quae uendidit manum iniciet et ex iure concesso mancipium *ab*ducet[4]. post manumissionem autem si redierit, in perpetuam seruitutem sub eadem lege publice distrahetur[5]. quae uendidit si manum iniecerit non liberatae, mancipium retinere poterit ac manumittere; adimi quippe libertatem et publice uenditionem ita fieri plac*uit* propter pericula uenditorum, qu*i* uel metuentes seruis suis offensam u*el* duritiam possun*t*[6] paenitendo remittere. ~
7 *Quo* minus possessio rei uenditae tradatur empt*i*[7] iudicio, decem annorum praescriptione non inpeditur. ~
8 Euictione ci*tra*[8] dolum emptoris et iudicis iniuriam secuta duplum ex empti iudicio secundum legem contractus praestabitur. ~
9 Creditor a debitore pignus recte emit, siue in exordio contractus ita conuenit siue postea; nec incerti pretii uenditio uidebitur, si conuenerit, ut pecunia fenoris non soluta creditor iure empti dominium retineat, cum sortis et usurarum quantitas ad diem soluendae pecuniae praestitutam certa sit. ~
10 Iniquam sententiam euictae rei periculum uenditoris non spectare placuit neque stipulationem auctoritatis committere. ~

c. 5 = *Dig*. 18, 1, 73 *pr*. Idem (Papinianus) l. III resp. Aede — potest.

c. 6 = *Dig*. 18, 7, 1. Vlpianus l. XXXII ad ed. Si fuerit distractus seruus ne aliquo loci moretur, qui uendidit in ea condicione est, ut possit legem remittere, ipse Romae retinere. quod et Papinianus libro tertio respondit; propter domini enim, inquit, securitatem custoditur lex, ne periculum subeat.

c. 9. *Cf*. *Dig*. 20, 5, 12 *pr*. Tryphoninus l. VIII disputationum. Rescriptum est ab imperatore libellos agente Papiniano creditorem a debitore pignus emere posse, quia in dominio manet debitoris.

---

1 aede *Dig*., aedes *V*. || 2 ueniri *V*, uenire *Dig*.: *illud etiam in codice Gaiano aliquoties legitur et agnoscitur a Diomede p.* 368 *ed. Keil. cf. Lachmannus in mus. Rhenano nouo* 3, 612. || 3 redisse *V*. || 4 adducet *V*; *em. Savigny*. || 5 distrahetur *V*[d], *ut coniecerat Savigny*, distrahet *V*[m]. || 6 placuit ut propter pericula uenditorum (uenditores *V*[m] *compendio male soluto*) q̄. ū. (*id est* quae uel *potius quam quod scribi iussit Sauignius* quamuis; quaeuis *V*[m]) m. s. s. offensam u (uel *V*[m]) d. possum *V*, placuit ut p. p. uenditores quamuis metuentes — possint *Hollweg; at aut exciderunt quaedam* (*puta* lex custodiatur) *post* ut *aut*, *quod magis probo*, ut *delendum est utpote ortum ex* ita *uocabulo non intellecto. emendaui ego.* || 7 emptio *V*. || 8 circa *V*; *em. Mai.*

11 Conuenit ad diem pretio non soluto uenditori alterum tantum praestari. quod usurarum centesimam excedit, in fraudem iuris uidetur additum. diuersa causa est commissoriae legis, cum in ea specie non fenus inlicitum exerceatur, sed lex contractu*i*[1] non inprobabilis dicatur. ~ PAP. L. III RESP.

12 Ante pretium solutum dominii quaestione mota pretium emptor restituere non cogetur, tametsi maxim*e*[2] fideiussores euictionis offerantur, cum[3] ignorans possidere[4] coeperit. nam usucapio[5] frustra complebitur anticipata lite nec oportet euictionis securitatem praestari, cum in ipso contractus limine domini[6] periculum immineat. ~

13 Venditor si per conlusionem imaginarium colonum emptoris decipiendi causa subposuit, ex empto tenebitur, nec idcirco recte defenditur, si, quo facilius excogitatam fraudem retineret, colonum et quinque annorum mercedes in fidem suam recipiat. alioquin si bona fide locauit, suspectus non erit. ~

14 Lege uenditionis inempto praedio facto fructus interea perceptos iudicio uenditi restitui placuit, quoniam eo iure contractum in exordio uidetur, sicuti in pecunia quanto minoris uenierit ad diem pretio non soluto. cui non est contrarium, *quod* iudicium ab aedilibus in factum de reciperando pretio mancipi*i* redditur[7], quia displicuisse proponitur: quod non erit necessarium, si eadem leg*e*[8] contractum ostendatur. ~

c. 11. *Cf. Dig.* 19, 1, 13, 26. Vlpianus l. XXXII ad ed. Ibidem (libro tertio responsorum) Papinianus respondisse se refert, si conuenerit ut ad diem pretio non soluto uenditori duplum praestaretur, in fraudem constitutionum uideri adiectum, quod usuram legitimam excedit; diuersamque causam commissoriae esse ait, cum ea specie, inquit, non fenus illicitum contrahatur, sed lex contractui non improbata dicatur.

c. 12 = *Dig.* 18, 6, 19, 1. Papinianus l. III resp. Ante — emptor soluere non cogetur, nisi fideiussores idonei a uenditore eius euictionis offerantur *rel. om. mutatum esse in contrarium a Iustinianis iudicat Lenel* (*paling. Pap. fr.* 478) *collata constitutione Cod. Iust.* 8, 44, 24 *pr.*

c. 13. *Cf. Dig.* 19, 1, 49 *pr.* Hermogenianus l. II iuris epitomarum. Qui per collusionem imaginarium colonum circumueniendi emptoris causa supposuit, ex empto tenetur, nec defenditur, si, quo facilius excogitata fraus occultetur, colonum et quinquennii pensiones in fidem suam recipiat.

1 contractui *Dig.*, contractus *V.* || 2 maximi *V*; *emendaui ego.* || 3 cum *supra uersum V*; *sicilicum post* c *non uidit Detl.*, *repperit Krueger.* || 4 possidere] *V*² *d*, pata possidere *V*¹ *d*, anticipata possidere *Vm* || 5 usus capio *V.* || 6 *id est* dominii. || 7 contrarium iudicium — pretio mancipio redditur *V*; mancipii *em. Maius*; mancipii redditum *Böcking*; contrarium, quod iudicium — mancipio reddito, quia displicuisset, proponitur *ex coni. Nieb. Haub. Klenzii Hollwegius; quibus coniecturis usus ita ut factum est locum ordinaui.* || 8 legem *V.*

15 Fructus pendentes etsi maturi fuerunt, si eos uenditor post uenditionem ante diem soluendi pretii percepit, emptori restituendos esse conuenit[1]. si non aliud inter contrahentes placuit.[1] ~ PAP. L. III RESP.

16 Vino mutato periculum emptorem spectat, quamuis ante diem pretii soluendi uel condicione*m* emptionis inpleta*m*[2] id euenerit. quod si mille amphoras certo pretio corpore non demonstrato uini uendidit, nullum emptoris interea periculum erit. ~

17 Euictis a*g*ris[3] quanti emptoris interest iudicio empti lis aestimatur. quod si ab[4] initio conuenit, ut uenditor pretium restitueret, usurae quoque post euictionem praestabuntur. quamuis emptor post dominii litem inchoat*am*[5] fructum aduersario restituat[6]; nam incommodum medii temporis damnum emptoris[7] est. ~

*(desunt paginae duodecim* [8]*)*

18 || secundum ius in facin*orosos* — (36) — *empto*|res inquietari, sed actione fidu*ciae* — (36) — | Valeriano III et *Gallieno II conss.* — (36) — | ~ VALER. ET GALLIEN. p. C. 255.

19 Gallienus Aug. — (36) — *Res* | pupillorum a credito*ribus patris propter debita paterna iure uindi*|cari nullo possunt. si igitur abs*tinuisti paterna hereditate non ag*|nita, contra uenditionem a cr[9]*editoribus patris tui rei tuae factam praesidem adi*, | qui inquietari te in possess*ione non sinet.*[10] — (36) — *Saeculare* | II et Donato conss. ~ GALLIENVS p. C. 260.

20 — (36) — | per Iuli*u*m Menophil*um*[11] spec*tabilem uirum* — (36) — | auxilium non potest denega*ri* — (36) — *pe*|cuniam creditoribus — (36) — | habere non potuit in poss — (36) — | et usurarum, quia in commun — (36) — | kal. Iuliis Viminac*ii* — (36) — | ~ IMP ....

21 Gallienus Au*g*. — (36) — *alie*|nandae non sunt. aditus ita*que* — (36) — | cedente eius iussione[12] qui i — (36) — | Proposita VIIII kal. Nou. P*atauii*? — (36) — | ~ GALLIENVS.

c. 17 = *Dig*. 22, 1, 18 *pr*. Idem (*proxime praecedit* Paulus, *debuit scribi* Papinianus) l. III responsorum. Euictis agris si initio conuenit — emptoris damnum est.

1 placuit *et* conuenit *transponit Hollweg*. || 2 condicionemptionis inpleta *V*[1]; e *alteram addit V*[2]; *emendaui Mai*. || 3 agris *Dig*., agnis *V*. || 4 ab *om. Dig*. || 5 inchoatum *V contra Dig*. || 6 fructus aduersario restituit *Dig*. || 7 emptoris damnum *Dig*. || 8 *in his duodecim paginis uidentur esse quattuor eae, in quibus leguntur* c. 32—40, *relictae tamen eo quo adhuc editae fuerunt loco, ne turbaretur ordo receptus* (*u. p.* 7) || 9 cr *Vmk*, ci *Vd* || 10 c. 19 *expleui ego*. || 11 minofilium *V*; *emendaui ego*. || 12 eius iussione *Vmk*, e iussione *Vd*.

22 Diocletianus et Max(imus) *Constantius*[1] [Atiniae Plotianae. Si deserta praedia] — (36) — [ob] | cessationem conlation[um] — (36) — [distracta] | uera fide comparasti et uen*ditionem sollemniter perfecisti,* [uenditio] — (36) — [necessitate] | facta conuelli non d[ebet.] — (36) — | ~ DIOCL. ET MAX. ET CONST. ET GALER.

23 Dioclet(ianus) Aurel*io* [Leontio. Cum speciem uenditam uio]-lentia ignis, qui nunc per poc[2] — (36) — *grassatus est,* [absump]|tam dicas, si uendition[em nulla condicio suspenderat, amissae rei periculum] | te non adstringet[3]. Proposita [III non. Nou. Atubino Diocletiano Aug. II et Aristobulo conss.] | ~ DIOCL. p. C. 285.

24 Diocletianus Claudia — (36) — | emptori indemnita — (36) — |possessionem uenditam esse cog[4] — (36) — | ex qualitate rei perdoc*tus* — (36) — *Diocletiano Aug.* | II et Aristob*ulo*[5] *conss.* — (36) — || DIOCL. p. C. 285.

25 *Gallienus Aug.* (36) — mtico[6] possessionem pa|*ternam* — (36) — ab aliquo directi iuris emp|*tore* — (36) — *Gallieno* V et Faustino conss. ~ | GALLIENVS p. C. 262.

26 — (36) — *ne*cessitatibus urguentibus pater | — (36) — *u*iuis[7] parentibus placuit | — (36) — ı familia longa aetate — (36) — e praef. urbi u. c. Proposita II kal. | (36) — conss. ~ | IMP .....

27 — (36) *i*u*m* Fortunatum militem | — (36) — e controuersia moueri consti | — (36) — *i*pso Aug. III consule. ~ | IMP .....

28 *Alexander Aug.* — (36) uendendarum possessionum | — (36) — ıı neque alienare eas neque | — (36) — *A*gricola et Clementino conss. | ALEX. p. C. 230.

29 — (36) — *S*abiniani non oportuit post interpo | — (36) — cari. praepropere[8] igitur procurator | — (36) — rationis meae possessiones | — (36) — ium nec emptor ignora | — (36) — *o*rdine audietur. Proposita kal. | — (36) — ~ | IMP .....

30 *Aurelianus Aug.* — (36) — *Si praedii, de quo controuersia est inter* AVRELIANVS p. C. 271.

c. 22 = *Cod. Iust.* 4, 46, 2 Impp. Diocletianus et Maximianus Augg. Atiniae Plotianae. Si deserta praedia ob cessationem collationum uel reliqua tributorum ex permissu praesidis ab his, quibus periculum exactionis tributorum imminet, distracta sincera fide iusto pretio sollemniter comparasti, uenditio ob sollemnes praestationes necessitate facta conuelli non debet *et rel.*

c. 23 = *Cod. Iust.* 4, 48, 5 Impp. Diocletianus et Maximianus Augg. Aurelio Leontio. Cum speciem uenditam per uiolentiam ignis absumptam dicas — conss. *de subscriptione uide ad c.* 297.

1 *de inscriptione cf. p.* 12. || 2 poc *Vmk 'sic'*, pom *Vd*: *non recte igitur expleui* pomerium, *eo usus, quod sub Carino, qui a.* 284 *interfectus est, forum Romanum arsit* (*u. chronogr. a.* 354 *p.* 648 *ed. meae*). || 3 adstringit *Iust.* || 4 cog *uel* coc (*non* com) *Vk*, coe *Vm*. || 5 aristobo . . *V*. || 6 mtico *Vk*, ntico *Vd*, tico *Vm*. || 7 diuis *Huschke*: *sed id requirit ut addatur* nostris. || 8 praeponere *Vm*.

*n*os, ita in possessione fuisti, *ut proponis*[1], *et inde* — (36) — eiectus inueniris, is erit | — (36) — u. c. pro sua aequitate ad effec|*tum* — (36) — *Au*reliano et Basso conss. ~ |

31 — (36) — *car*issime nobis. Tenes tu quidem | — (36) — IMP .....
*li*quidissime[2] et lites dirimis | — (36) — tum statutis tuis non cu | — (36) — e incipient discedere | — (36) — *in di*uersum euentum sententiae[3] | — (36) — litigabatur, insidunt par|*tium allegationibus* — (36) — u et[4] interpretationem diuersam | — (36) — est[5], non censui: quasi uero in ea ||

*(desunt paginae aliquot)*

32 aditus competens iudex considerato tutelae iudicio eam cu- CONSTANTINVS ET LICINIVS
rabit ferre sententiam, quam agnitam legibus esse proui-
derit. Proposita IIII kal. Sept. Constantino et Licinio Augg. II p. C. 312.
conss. ~

33 Augg. et Caess.[6] Rutiliae Primae. Ingenuos progenitos serui- IIDEM p. C. 315.
tutis adfligi dispendiis minime oportere etiam nostri temporis tranquillitate sancitur, nec sub obtentu initae uenditionis inlicite decet ingenuitatem infringi. quare iudicem competentem adire par est, qui in liberali causa ea faciet compleri, quae in huiuscemodi contentionibus ordinari consuerunt, secundum iudiciariam disciplinam partibus audientiam praebiturus. Proposita idib. Aug. Romae Constantino et Licinio Augg. IIII conss. ~

34 Augg. et[7] Caess.[6] Flauiae Aprillae. Cum profitearis te certa IIDEM p. C. 313.
quantitate mancipium ex sanguine comparasse, cuius pretium te exsoluisse dicis et instrumentis esse firmatum, hoc a nobis iam olim praescriptum est, quod, si uoluerit liberum suu*m*[8] reciperare, tunc in eius locum mancipium domino daret aut pretium quo ualuisset numeraret. etiamnunc, si a suis parentibus certo pretio comparasti, ius dominii possidere te[9] existimamus. nullum autem ex gentilibus liberum adprobari licet. su*b*scripta[10] XII kal. Au*g*.[11] Constantino Aug. III cons.[12] ~

35[1] Augg. et Caess.[13] Nulla uerecundiae uel quietis mora uel quo- IIDEM p. C.
libet interuallo cunctandi passim nunc singuli, modo populi 313 uel potius CONSTAN-
proruentes *n*ostros in[14] obtutus sic uniformes[15] querellas *is*- TINVS p. C. 337.

---

1 *suppleuit Huschke.* || 2 *ante* dissime *uestigium litterae* q $V^{dk}$. || 3 sae $V^{m}$. || 4 uet *priores, aut sic aut* riet $V^{k}$. || 5 *uel* [e]sse *V* || 6 et Caess. *abundat, u. p.* 12. || 7 et. $V^{mk}$, ēt. $V^{d}$. || 8 legitimum *post* suum *supra uersum addit V, male; suum enim paterfamilias ita recuperat pretio reddito, si quem uendidit non seruili uel gentili condicione, sed liberorum loco apud se habuit. cf. C. Th.* 5, 8, 1 *et C. Iust.* 4, 43, 2. || 9 te possidere $V^{m}$. || 10 suscripta *V*. || 11 augg. *V*. || 12 conss. *V*. || 13 augg. ($V^{dk}$, aug. $V^{m}$) et caess. *V*. *cf. supra p.* 12. Constantinus Aug. ad Gregorium *Theod.* || 14 in nostros in *V*. || 15 uniformes $V^{2mk}$, uniformem $V^{1}$.

35 dem[1] fere sermocinationibus uolutarunt, ut nec interpellantium credulitati[2] ualeret occurri nec allegationum qualitas disparari, parens carissime[3] atque amantissime *nobis*. pari *s*iquidem[4] exemplo uociferationibus cons*ertis*[5] multitudines memora*r*unt[6] non iuste res suas esse diuenditas, aliis possidentibus se fiscalia luere, frequenti denique obsecratione delata remedium CONSTANTINVS p. C. 337.
2 cupiuerunt. his sumus ualde permoti, uerentes ne alicuius calliditatibus *a*uersabili[7] emolumento persuasi res suas uenderent sine censu ac post subsidia nostrae mansuetudinis precarentur, ~ itaque uersut*is*[8] calliditatis commenta miscentibus, dum ins*idi*arum[9] fallentium non suspicamur arcana, pro innocentiae nostrae natura ceteros aestimantes, detrimento cen-
3 sus nocent*es*[10] leuaremus. has fraudes, hos dolos, istas argut*ias*[11] lege prohibemus, constitutione secludi*mus*[12], et idcirco iustae prouidentiae consulta deliberatione sancimus, ut omnino qui comparat rei comparatae ius cognoscat et censum, neque liceat alicui rem sine censu uel[13] comparare uel uendere. inspectio autem publica[14] uel fiscalis esse debebit hac lege, ut[15] si aliquid sine censu uenierit et post ab aliquo[16] defe*r*etur[17], uenditor quidem possessionem, comparator uero id quod dedit
4 pretium fisco uindicante deperdat[18]. id etiam uolumus om-

c. 35, 3. 4. 5 = *Cod. Theod.* 3, 1, 2. Idem (*id est* Constantinus) Aug. ad Gregorium. Qui comparat, censum rei comparatae cognoscat neque liceat — perdat. id etiam placuit neminem ad uenditionem rei cuiuslibet accedere — probatio compleatur. nec inter emptorem et uenditorem sollemnia in exquisitis cuniculis celebrentur, sed fraudulenta uenditio penitus sepulta depereat; *praeterea principium:* cum necesse sit eum qui comparat censum rei comparatae agnoscere nec licere cuidam s. c. comp. u. uendere *legitur adiectum Triboniano emblemate ad extremam Constantini constitutionem Cod. Iust.* 4, 47, 2.

1 quaerellasidem *V*, *em. ego.* || 2 crebritati *Buchholtz.* || 3 p. k., *quod in codice est, non recte expleri* parens karissime, *sed potius praesidem aliquem significari cuius nomen a littera* P *inceperit censuit Borghesius* (*opp.* 3, 102); *parentes enim ab imperatoribus non appellari nisi praefectos praetorio et urbi, denique in rescripto a.* 365 *dato ad Valentinianum siue Valentinum item consularem Piceni* (*Cons.* c. 9) *scribi similiter 'Valentiniane carissime'. uidetur tamen constitutio haec ab imperatore data esse ad Gregorium praefectum praetorio et a praefecto exemplum eius hoc missum ad correctorem Piceni.* || 4 atq. a. a. paris si quidem *V*; *em. ego.* || 5 consules *V male, nam neque copula recte deest neque duouiri consules recte appellantur; uidetur fuisse* uociferationibus consertis *uel* consuetis. || 6 memorabunt *V*; *em. Hollweg.* || 7 aduersabili *V*; *em. ego.* || 8 uersutiis *V*; *em. ego.* || 9 insuarum *V*; *em. Mai.* || 10 nocentis *V.* || 11 *sic* $V^2$ (*testibus Maio et Kruegero*), argutitas $V^1$. || 12 constitutiones ex ludis *V*, *em. ego*, excludimus *Maius.* || 13 uel $V^{dk}$, *om.* $V^m$ *Iust.* || 14 publica *Theod.*, publicae *V.* || 15 ut $V^m$ *et $V^d$. || 16 uendiderit et id ab alio *Theod.* || 17 deferetur *Theod.*, deferretur *V.* || 18 perdat *Theod.*

35 nibus intimari nostrae clementiae placuisse neminem debere CONSTANTINVS p. C. 337.
ad uenditionem rei cuiuslibet adfectare et accedere, nisi eo tem-
pore, qu*o*[1] inter uenditorem et emptorem[2] contractus sollemniter
explicatur[3], certa et uera proprietas uicinis praesentibus[4] demon-
stretur: usque eo legis istius cautione currente, ut etiamsi
subsellia uel ut uulgo aiunt scamna[5] uendantur, ostendendae
5 proprietatis probatio comple*a*tur[6]. ~ h*i*nc[7] etenim iurgia
multa nascuntur; hinc proprietatis iura temerantur; hinc
dominiis uetustissimis molestia comparatur, cum caecitate
praepropera et rei inquisitio*ne* neglecta[8], luce ueritatis
omissa nec perpetuitate cogitata dominii, iuris ratione post-
posita ad rei comparationem accedunt, omissis[9] omnibus
dissimulatis atque neglectis id properant atque festinant, ut
quoque modo cuniculis nescio quibus inter emptorem et uen-
ditorem sollemnia celebrentur: cum longe sit melius, sicuti
diximus, ut luc*e*[10] ueritatis, fidei testimonio publica uoce, sub
clamationibus populi idoneus uenditor adprobetur, quo sic
6 felix comparator atque securus aeuo diuturno persistat. quod
pro quiete totius successionis eloquimur, ne forte aliquis uen-
ditor suum esse dicat, quod esse constat alienum, i*dque*[11]
comparator malo uenditore deterior incautus et credulus, cum
testificantibus vicinis omnia debeat quaerere, ab uniuersorum
disquisitione dissimulet; quem[12] sic oporteat agere, ut nec
illud debeat requiri quod ex iure dicitur: 'si a domino[13] res
7 uendita sit'. ita ergo uenditionum omnium est tractanda
sollemnitas, ut fallax illa et fraudulenta uenditio penitus sepulta
depereat. cui legi deinceps cuncti parere debebunt, ut omnia
diligenti circumspectione quaesita per uniuersas successiones
tuto decurrant neque aliquem ex inprouidentia casum ma-
lignae caption*i*s horrescant[14]. Data IIII kal. Sept. a praefecto

1 quo *Theod.*, quōm $V^{mk}$, quom $V^{d}$. ‖ 2 emptore $V^{k}$. ‖ 3 ut *inserit Theod. male.* ‖ 4 uicinis praesentibus *V*, a uicinis (*om.* praesentibus) *Theod.* ‖ 5 *scamnum agrimensorum proprium uocabulum et nequaquam plebeium cum non intellegeret Graeculus qui hanc pessime scriptam constitutionem elaborauit, ridicula interpretatione adiecit uocabulum quod de fundo nemo usurpauit subsellii:* subsiciua *quae substituit Huschkius, nullo modo scamnis aequiparari poterunt, nec huc pertinet locus Isidori orig.* 15, 13, 15 *per Cangium ab Huschkio adlegatus.* ‖ 6 compleatur *Theod.*, completur *V*. ‖ 7 hunc *V*. ‖ 8 inquisitioneclecta *V*. ‖ 9 *pro* omissis *malim* et iussis *uel* prouisis. ‖ 10 lucem *V*. ‖ 11 ita *V*; *em. ego.* ‖ 12 quem $V^{d}$ *dubitans tamen de signo super* q *scripto*, quoniam $V^{m}$. ‖ 13 si a domino $V^{d}$, *ut coniecit Maius*, si ad omnino $V^{m}$. ‖ 14 captionis horrescant *scripsi*, captiones orrescant $V^{d}$, captiones orrcant $V^{m}$, captiones obruant *Maius*.

*praetorio*[1] ad correctorem Piceni Aquileia. Accepta XIIII kal. Oct. Albae Constantino Aug. III cons.[2] ~

36 Augg.[3] et Caess. Basso. Valentinus perfidiam et maxime *de illo queritur, quia*[4] a tutore processit, a quo aliquid in fortunas suas perniciosissimum proficisci minime omnium condecebat[5]. Exuperantius u. c. si tantum auunculus[6] Valentino esset, nequaquam in Valentinum peccare deberet, qui nunc[7] CONS TINV LICI P. C. 31

*(desunt paginae aut quattuor aut octo)*

37 1 ||uidelicet iactando numquam[8] — (36) — | fiduciam sibi esse seruatam — (36) — | obnoxia comparator accedi — (36) — | num, proinde posthac saltim — (36) — | fraudesque talia dissemina — (36) — | centur nullus aditus fictis c — (36) — | dolis relinquatur ingenui — (36) — | ad prouincialium VALE NIAI VAL GRA NVS 369.

2 preces dudum est con*stitutum* — (36) — | satisfacere uel nollent pub — (36) — | summa re leuaret. iam nunc i — (36) — *constituimus per*|spicue lege sancire, ut quaecumq[ue pro reliquis in annonario titulo ceterisue] | fiscalibus debitis luxu ac ne*quitia perditorum hominum* [prodigorum]*que in* | fundis atque mancipiis uel in quibusc[umque corporibus sub auctione licitanda sunt, fisco] | auctore uendantur et[9] ut perpetu[o penes eos sint iure dominii, quibus res huius]|cemodi[10] sub hastae sollemni[s arbitrio fiscus addixerit.] — (36) — | in iis utitur uenditoris quae ob d — (36) — | gi uel permissu iudicum distr*ahuntur* — (36) — | emolumenta malle quam debita n — (36) — | penes perditos maneant sib — (36) — | nere con-

c. 37, 2. 3. 4 = *Cod. Theod.* 10, 17, 1 = *Cod. Iust.* 10, 3, 5: Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus Auggg. ad Viuentium praef. praet. Galliarum. Quaecumque pro reliquis prodigorum in annonario titulo ceterisue fiscalibus debitis in quibuscumque corporibus — addixerit. et si quid umquam — impetratum, nullus obtemperet, cum etiam minoribus — in omnem intercipiatur aetatem. Data III non. Nou. Treueris Valentiniano nob. p. et Victore conss.

1 a pff *V*; *em. Hollweg.* (*cf. supra p.* 26 *n.* 3). || 2 *sic, nisi quod* conss., *V*. dat. prid. non. Feb. Constantinopoli Feliciano et Titiano conss. (337) *Theod. Constantinum anno imperii sui nouissimo hanc legem repetiisse et cum Oriente communicasse statuit Wenckius.* || 3 Augg. (*non* Aug.) *V recte; hunc enim Bassum qui de senatorum litibus cognouerit fuisse Septimium Bassum praefectum urbi ab id. Mai. a.* 317 *ad k. Sept. a.* 319 *obseruauit Borghesius opp.* 3, 104. || 4 quaeritur quia de illo *V*; *em. ego*; *fortasse eiectis uerbis* a tutore *scribendum* et maxime queritur, quia de illo processit; q. q. d. i. auctore tutore *Schrader et Blume.* || 5 decebat *Vm.* || 6 *sic* $V^2$ *teste Kruegero,* abunculus $V^1$ || 7 nunc *Vdk*, non *Vm.* || 8 uidelicet acta non donum quam *Vm.* || 9 et *om. Theod. Iust.* || 10 cemodi *V Iust.* (*libri quidam*), modi *Theod. Iust.* (*libri alii*).

VALENTINIANVS, VALENS, GRATIANVS p. C. 369. 372.

37 tractuum tergiuersatio nu — (36) — | interpretationis insidias
3 pertimes — (36) — | talis accesserit ignauoru*m* — (36) — [si
quid] | umquam [1], quo [2] fisco facta uenditio [3] [possit infringi,
auctoritate rescripti fuerit impetratum,] | iis quae contra utilitatem
4 prouision*is huius rescripta sunt*, [nullus obtemperet] | magisque
obreptiui praerogatu [4] — (36) — *tale rescriptum repel*|latur. cum
haec sit commissa sec — (36) — atque luxuriam ferre debem
— (36) — *ante*|lucana saepius uina rede — (36) — | per
somnum et gulam atque la*sciuiam* — (36) — | alienare uelle
nec posse defend — (36) — | mus est. ita status debet esse
fe — (36) — | concedit qui et in satisfactio — (36) — || —
(36) — nitas, nisi forsitan hi copiam | — (36) — que repetendi,
cum in praeteritum | — (36) — uis omnium rerum multis
ex | — (36) — [cum etiam minoribus, si quan]do aliquid [5]
eorum pro fiscalibus debi|[tis adiudicatur emptoribus, repetitionis facu]ltas in omnem intercipiatur aetatem | — (36) — o
res obnoxiae necessitatibus | — (36) — *sae*pius respexere leges,
quia paren | — (36) — ut desidia mereri posse se cre|*dant*
— (36) — *Data* IIII id. Nou. Treueris. Accepta | — (36) —
*Valentiniano* nobilissimo puero et Victore conss.[6] | — (36) —
*ad* — *consul*arem prouinciae [7] Lugdunensis primae Modesto
et A|*rintheo conss.* ~ |

IMP . . .

38 — (36) — bus tantum praedii rustici sit interdicta | — (36) — nullum debitum doceatur. haec | — (36) — supplicans Eugraphius memo | — (36) — ad speciem fu*erit* [8] ementitum | — (36) — a res gesta probatur, ut precibus continetur | — (36) — fuisse suggerit, Fauste carissime, aes | — (36) — rem sit an in rem eius uersum | — (36) — t si res minori profuisse potuerit | — (36) — ~ |

IMP . . . .

39 — (36) — *em*ptio [9] et uenditio bonae fidei auctori | — (36) — *sup*plicet memorant raptis atque | — (36) — t terroris iniectum,

---

1 quid umquam $V^2$ (*testibus Dell. et Kruegero*), *et sic Theod. et quidam mss. Iust.*, quid dumquam $V^1$, quidem umquam *Iust. mss. reliqui.* || 2 quo *V*, ut a *Theod. Iust.* || 3 uenditio ē *V*. || 4 *sic* $V^{dk}$, praerogati $V^m$. || 5 ex rebus *inserunt Theod. Iust.* || 6 Dat. III non. Nou. Treuiris Valentiniano nb. p. et Victore coss. *Theod.* Dat. III id. Mar. Rauennae *Cuiac. ex ms. cod. Iust. quid statuendum sit de duplici anno, ignoratur; fieri potest, ut lex bis emissa sit annis diuersis uel ut a.* 369 *data sit ad praefectum praetorio, a. demum* 372 *ab hoc missa ad consularem Lugdunensis primae; cf. p.* 26 *n.* 3. *certe quod quae sequuntur post* Victore conss. *ad c.* 38 *retraxit Borghesius* (*opp. uol.* 3 *p.* 104), *refellitur uel spatio uacuo post consulum nomina in codice relicto.* || 7 arem prou. $V^d$, rr. pu. $V^m$, *unde proposuit* pr(aesidi) prouinciae *Maius.* || 8 fu. '*sic*' $V^d$, *qua nota quid significetur ignoro;* fuerit $V^m$. || 9 ptio $V^k$, tio $V^{md}$.

ut ei casula | — (36) — scinderet uitesque inspectori | — (36) — bonam fidem gestam in possessionis[1] | — (36) — *a*uxilium iure congruum ita faciat | — (36) — as[2] aestimet. Data pr. non. | — (36) — ~ |

40 — (36) — te patris, ut Maximus adserit, | — (36) — compa- IMP .
rata omnium heredum commu | — (36) — suam quoque consortes obtineant ||

*(desunt paginae complures.)*

1 inpssionis $V^d$ *'sic', quod proprie significat* inpraessionis. || 2 a $V^m$.

## DE[1] *VSV FRVCTV.*

41 Diocletianus et M*a*ximus Constantius[2] Tannoniae Iuliae. Vsum fructum locari et uenumdari posse a *f*ructuario nulli dubium est. proinde si, uendente filio tuo possessionem, etiam tu certo pretio usu fructu proprio cessisti, quem testamento mariti tui *tibi*[3] relictum esse proponis, quando quidem emptorem contractus fidem commemores[4] minime custodire, aditus Aelius Dionysius uir clarissimus amicus noster[5] id tibi faciet repraesentari, quod te constiterit iure deposcere. Proposita VI id. Mart. Carthagini Fausto II et Gallo conss. ~ DIOCL., MAXIMIAN., CONSTANTIVS, GALERIVS p. C. 293.

42 Aurelio Loreo[6] cui et Enucentrio[7]. Fructuario superstite licet dominus proprietatis rebus humanis eximatur, ius utendi fruendi non tollitur. Subscripta V id. Feb. Sirmi Aug*g*.[8] V et IIII conss. ~ IIDEM p. C. 293.

c. 42 *Cf. Cod. Iust.* 3, 33, 3, 1. Imp. Antoninus A. Antoniano. *post alia:* Vsufructuario autem superstite — tollitur. Proposita III k. Aug. Antonino Aug. IIII et Balbino cos.

1 DE *rubro colore scriptum habent Vdk, om. Vm.* || 2 Diocletianus et Max. Constantius *V, quod quamquam ortum uidetur ex uera inscriptione* Diocletianus et Maximianus Augg. et Constantius et Maximianus nobilissimi CC., *tamen ad mentem breuiatoris sic ut factum est explendum esse obseruaui supra p.* 12. || 3 *addidi secutus fere Huschkium.* || 4 commemoras *malim.* || 5 *eiusdem uiri officia recenset titulus urbanus C. I. L. VI,* 1673: '*L. Aelio Heluio Dionysio c. u. iudici sacrarum cognitionum totius Orien(tis), praesidi Syriae coele, correctori utriusq(ue) Italiae, curatori aq(uarum) et Miniciae, cura(tori) [aedium sacrarum et] operum publicorum, pontifici dei Sol(is)*'; *postea a.* 301 *ad praefecturam urbanam eum ascendisse ostendit catalogus praefectorum. hoc anno* 298 *proconsulem eum fuisse Africae caue cum Borghesio (opp.* 3, 105) *efficias ex subscriptione; uide quae dixi in commentario de subscriptionibus Diocletianis p.* 420. || 6 *puto scribendum* Aur. Heliodoro, *cum praesertim praeter consuetudinem harum inscriptionum* Aurelio *plene scriptum sit.* || 7 *cf. Fabrett.* 146, 175: '*Flauiae Capitolinae cui et Pacciae*'; *C. I. L. VI,* 17398: '*Euthymo cui et Lupo*'. C. I. L. X, 3049: '*M. Val. Laoti cui et Africano.* || 8 Aug. *V.*

43 Claudio Theodoto. Habitatio morte finitur, nec proprietatem ea quae[1] habitationem habuit legando *domini* uindicationem[2], uel[3] debitum negando *in*[4] testamento creditoris actionem excludit. Subscripta IIII kal. Oct. Viminaci Caess. conss. ~ DIOCL., MAXIMIAN., CONST. GAL. p. C. 298.

44 *Vlpianus* lib. II. R(espondit) Aurelio Felici fructus ex fundo per uindicationem pure relicto post aditam hereditatem a legatario perceptos ad ipsum pertinere, colonum autem cum herede ex conducto habere actionem. ~ VLP. L. II. RESP.

45 *Paulus* lib. II manualium ex tribus. Tametsi usus fructus fundi mancipi non sit, tamen sine tutoris auctoritate alienare eum mulier non potest, cum aliter quam in iure cedendo id facere non possit nec in iure cessio sine tutoris auctoritate fieri possit. idemque est in seruitutibus praediorum urbanorum. ~ PAVL. L. II. MAN.

46 *Idem* lib. I manualium. Actio de *usu* fructu[5] isdem modis perit, quibus ipse usus fructus, praeterquam non utendo. pecuniae quoque usus fructus legatus per annum non utendo *non perit*[6], quia nec usus fructus est et pecuniae dominium fructuarii, non heredis est. ~ PAVL. L. I. MAN.

47 Item. Per mancipationem deduci usus fructus potest, non etiam transferri. per do lego legatum et per in iure cessionem et deduci et dari potest. ~

47a Item. Potest constitui et *familiae erciscundae*[7] uel *com*muni diuidundo iudicio legitimo. ~ in re nec mancipi per traditionem deduci usus fructus non potest nec in homine, si peregrino tradatur; ciuili enim actione constitui potest, non traditione, quae iuris gentium est. ~

48 Item. Ad certum tempus et in iure cedi et legari et officio iudicis constitui potest. ~

c. 43 = *Cod. Iust.* 3, 33, 11. Iidem AA. (*scil.* Impp. Diocletianus et Maximianus) et CC. Theodoto (Theodoro *uel* Theodotae *libri*). Habitatio — uindicationem excludit *interpositis omissis.*

c. 44 = *Dig.* 30, 120, 2. Vlp. l. II resp. Fructus ex fundo pure legato post — actionem.

1 proprietatem qui *Iust.* || 2 legundo per uind. *V*; legando dominii uind. *Iust.*; legando domini uind. *Buchholtz recte, nam* do *in* legando *sequentem syllabam absorpsit accessitque* per *ex praua emendatione. 'ad codicis scripturam propius accedit* rei: *ipsius rei uindicationem impp. tam habitationi quam creditoris actioni opponunt' Hollweg.* || 3 nec *pro* uel *proposuerunt Klenze et Wenck.* || 4 negandum *Vmk*, necandum *Vd*; *em. Klenze et Wenck.* || 5 suofructo *V.* || 6 non perit *add. Huschkius secutus Hollwegium* || 7 factum est *V notis* f. e. *male intellectis; em. Mai.*

49 Item. Ex certo tempore legari *potest*; *sed*[1] an in iure cedi uel an[2] adiudicari possit, uariatur; uideamus, ne non possit, quia nulla legis actio prodita est de futuro. ~ PAVL. L. I MAN.

50 Item. In mancipatione uel in iure cessione an deduci possit uel ex tempore uel ad tempus uel ex condicione uel ad condicionem, dubium est; quemadmodum *si*[3] is, cui in iure ceditur, dicit: 'aio hunc fundum meum esse deducto usu fructu ex kal. Ian.' uel 'deducto usu fructu usque ad kal. Ian. decimas', uel 'aio hunc fundum meum esse deduct*o*[4] usu fructu, si nauis ex Asia uenerit'[5]; item in mancip*a*tione: 'emptus mihi est*o*[6] pretio, deducto usu fructu ex kal. illis' uel[7] 'usque ad kal. illas'; *e*t eadem sunt in condicione. Pomponius igitur putat non posse ad certum tempus deduci nec per *in* iure cessionem nec per mancipationem, sed tantum transferri ipsum posse. *e*go didici et d*e*duci ad tempus posse, quia et mancipationem et in iure cessionem lex XII tabularum confirm*at*[8]. num quid ergo et ex tempore et condicione deduci possit? sequitur et legatum deduci ad certum tempus *posse*[9]. ~

51 Adquiri nobis potest usus fructus et per eos quos in po*t*estate manu mancipioue habemus, sed non omnibus modis, sed legato, uel si h*er*edibus illis institutis deducto usu fructu proprietas legetur; per in iure cessionem autem uel iudicio familiae erciscundae non *potest*; *per*[10] mancipationem ita potest, ut nos proprietatem, quae illis mancipio data *sit*[11], deducto usu fructu remancipemus. ~

52 Vsus fructus ad certum tempus constitutus[12] cum adiectione temporis sui *uindic*ari *debet*[13]. diuersum est, si in statulibero constitutus sit; tunc enim *p*ure[14] uindicandus est, sicut pure uindicatur qui simpliciter constitutus est, non adiectis casibus qui*bus*[15] solet amitti usus fructus. ~

1 possit *V*, *quod ex* p̊set = potest set *mihi ortum uidetur*; potest *Hollweg*, cum legari possit *Huschke*, *sed non solent regulae ita condicionaliter proponi.* || 2 an *delendum.* || 3 nisi *V*. || 4 deductos $V^{dk}$, deducto $V^{m}$. || 5 uel 'nisi nauis ex Africa uenerit' *inserit collato loco Dig.* 44, 7, 44, 2 *Huschkius probabiliter.* || 6 esto *Huschke* (*et sic in hac formula praeterea Gai.* 1, 119. 2, 104. 3, 167), est *V*. || 7 uel $V^{dk}$, *om.* $V^{m}$. || 8 confirmant *V*. || 9 et (ut *superscripsit* $V^{2}$) legatum d. a. c. t. possit *V*; et l. d. a. c. t. posse *ego*; et legato eum d. a. c. t. posse *Huschke*, ut et legatum (legato *Hollweg*, per legatum *Barkow*) d. a. c. t. possit *Maius. male emendauit manus secunda, cum ad* legatum *cogitatione supplere debeamus usum fructum.* || 10 posse uel *V*; *em. Böcking. fortasse praeterea* sed *ante* per *inserendum est.* || 11 sit *om. V*; *suppleuit Mai.* || 12 constitutum *V*. || 13 sui dari debere *V*; uindicari *pro* suidari *scripsit Hollweg.* || 14 iure *V*. || 15 quia *V*.

53 Item. Si[1] altius tollendo aget is qui in infinitum tollendi ius non habet, si non expresserit modum, plus petendo causa cadit, quasi intenderit ius sibi esse in infinitum tollere. ~ PAVL. I MAN.

54 Sicut legato usu fructu loci sine seruitute iter quoque per loca testatoris debetur, ita in iure cesso[2] iter quoque contineri Neratius scribit. ~

55 Vsus fructus sine persona esse non potest et ideo seruus hereditarius inutiliter usum fructum stipulatur. legari autem ei posse[3] dicitur, quia dies eius non cedit statim, stipulatio autem pura suspendi non potest. quid ergo, si sub condicione stipuletur? uideamus ne[4] nec hoc casu ualeat[5], qu*ia*[6] ex praesenti uires accipit stipulatio, quamuis petitio ex ea suspensa sit. ~

56 Item. Seruo uia inutiliter legatur, stipulatur autem eam utiliter, si dominus fundum habeat. ~

57 Vsus fructus do lego seruo legatus morte et alienatione serui perit, si stipuletur[7], non perit; igitur et post mortem suam sicut cetera usum fructum seruus stipulari potest; quod aliter est in legatis. ~

58 Si heres fundi, cuius usus fructus ab ipso sub condicione legatus || sit, usum fructum legaue*rit alii pure et posterior eum adquisiuerit* — (36) — *usus fructus existen*|te ea desinit ad posteriorem pertin*ere et priori adquiritur*; *nec ad posteriorem redit, si prior*[8] | desierit habere usum fruc*tum* — (36) — | ~ item[9] ac si quis usum fructu*m uxori pure reliquerit* — (36) —, *Titio autem,* | si ea nupserit, nubente ea p[10]*ertinet ad Titium* — (36) —, *sed is eum* | deinde amittet, si iuraue*rit mulier secundum legem Iuliam* — (36) —: *ad mulierem tamen usus fructus non redit: le*|gis enim beneficium, quaten*us peruenit, usum fructum sublatum semel* — (36) — *non restituit. sed uidea*|mus, quid dicendum sit, si Titius *postquam usus fructus ad eum peruenit* — (36) — *capite demi*|nutus sit: nihil enim habuit, quod amit|*teret* — (36) — *Ti*|tio ac si ipsum testator expre*ssisset* — (36) — *lega*|uerit Meuiae, deinde Titio — (36) — ~

c. 55 = *Dig.* 45, 3, 26: Paulus l. I manual. Vsus fructus — suspensa sit.

1 '*ante* altius *fortasse* de *inserendum est' Hollweg.* || 2 cessio *V; em. Maius.* || 3 usum fructum *ins. Dig.* || 4 uideamus ne *om. Dig.* || 5 stipulatio *ins. Dig.* || 6 quia *Dig.*; quam *V; quoniam coniecit Hollweg.* || 7 stipuletur *Vdk*, stipulatur *Vm.* || 8 *ad Dig.* 7, 4, 16 *ita suppleuit Hollwegius;* et ad eum redit si prior *proposuit Kellerus.* || 9 '*de indicta uiduitate et lege Iulia miscella* (*Iust. nou.* 22 c. 43) *hic agi constat' Hollweg. id quomodo fieri potuerit, supplendo aliquatenus demonstrare uolui.* || 10 *littera haec hodie dimidiata aut* p *fuit aut* f.

59 | *Vlpianus* lib. XVII ad Sabinum. *Verum est usu fructu legato diem semel tantum* | cedere. quamquam enim[1] usus fructu[s ex fruendo consistat, id est facto aliquo eius, qui fruitur] | et[2] utitur, tamen ei[3] semel cedit [dies]. ~ VLP. L. XVII AD SAB.

60 | Item. Dies autem usus fructus[4], [item usus non prius cedet quam adita heredi]|tate. et Labeo quidem putabat etiam *ante aditam eam diem eius cedere ut reliquorum* | legatorum; sed est uerior Iu*liani sententia, secundum quam* [tunc constituitur] usus fructus, cum quis iam f[rui potest]. ~

61 | Item. Amitti autem usum fruc[tum capitis minutione constat nec solum usum] | fructum, sed etiam[5] actionem de usu [fructu]: *scilicet si Titio usum fructum* — (36) — *testamento* | uel per fideicommissum lego *uel relinquo et die eius cedente is capite minutus est* — (36) — *agere non potest.* [et parui] | refert, utrum iure sit constitut[us[6] usus fructus an uero tuitione praetoris; proinde] *usus fructus* | licet in fundo stipendi*ario uel tributario*[7], [item in fundo uectigali uel superficie non] | iure constitutus capitis m[inutione amittitur] — (36) — *capitis* | minutio extinguit usum *fructum* — (36) —

62 | Item. Sed ita demum amitt[itur capitis diminutione usus fructus, si iam constitutus est; ce]|terum si ante *aditam*[8] hereditatem aut ante [diem[9] cedentem quis capite minutus est, constat non] | amitti et ita Iulianus lib. *XXXV digestorum scribit: quare si tibi usus fructus per uindica*|tionem fuit ex die legatus *et capite minueris, antequam dies uenit* — (36) — *non nocebit tibi capitis* | diminutio[10]: hodie enim incip*it.*

c. 59 = *Dig.* 7, 3, 1 *pr.* Vlp. l. XVII ad Sabinum. Quamquam usus fructus — cedit dies.

c. 60 = *Dig.* 7, 3, 1, 2. Vlp. *ut supra.* Dies autem usus fructus, item usus non prius cedet quam hereditas adeatur; tunc enim constituitur — frui potest, *interpositis omissis.*

c. 61 = *Dig.* 7, 4, 1 *pr.* Vlp. *ut supra.* Non solum usum fructum amitti capitis minutione constat, sed et actionem de usu fructu. et parui — praetoris; proinde traditus quoque usus fructus, item in fundo uectigali — minutione amittitur.

c. 62 = *Dig.* 7, 4, 1, 1. Vlp. *ut supra.* Sed ita demum — non amitti.

1 enim *om.* *Vm.* || 2 et *om.* *Vm.* || 3 ei *om.* *Dig.* || 4 fructus ut *Vm*; ut *a cod. abesse testantur Detl. Kr.* || 5 et *Dig.* || 6 constitut *Vm*, '*fortasse recte*' *Krueger.* || 7 proinde traditus quoque usus fructus scilicet in f. st. uel tributario *Buchholtzius et Blumius, quae supplementa spatium excedunt.* || 8 aditam *Dig.*, *om.* *V.* || 9 ante d *Vm*, ante *Vdk*, *imminuta margine.* || 10 *suppleuit sic fere Hollwegius.*

63 | Item. Vsque adeo autem capitis d[iminutio[1] eum demum usum fructum perimit[2],] | qui iam constitutus est, ut, *si* in[3] s[ingulos annos uel menses uel dies legatus sit, || is demum amittatur qui iam processit.] ~ | VLP. L. XVII. AD SAB.

64 *Item.* [Sicut in annos singulos usus fructus legari potest, it]a nec capitis diminutione amis|*sum denuo* [legari] *prohibemur*, [ut adiciatur 'quotiensque capite mi]nutus erit' uel sic 'quotiens amis|[sus erit, ei lego'; — (36) — et tunc si capitis mi]nutione amittatur, repetitus | [uidebitur] — (36) iorum ante aditam hereditatem | — (36) — ~ |

64a *Papinianus l. VII responsorum* — (36) — netur. ~ | PAP. L. VII RESP.

65 *Item.* [Equis per fideicommissum relictis ut fructus[4] post mo]ram fetus quoque praestabitur; sed fetus | [secundus ut causa, sicut partus mulieris.] *quod* si gregem reliquit, uel morae[5] actio | *superuacanea est, cum fetus gregem* relictum sequatur. ~ |

66 *Item.* — (36) — um usu fructu legato. Vlpianus[6]: | — (36) — usum fructum posse lega|*ri* — (36) — ~ |

67 . . . . — (36) —[7] escendum ut ne in[8] cuius | — (36) — m. summam igitur senatus consulti sententiam[9] eam | *puto* — (36) —

c. 63 = *Dig*. 7,4,1,3. Vlp. l. XVII ad Sabinum. Vsque adeo — processit.
c. 64 = *Dig*. 7, 4, 3 *pr*. Vlp. *ut supra*. Sicut — potest, ita et capitis minutione amissus legari potest, ut adiciatur: 'quotiensque capite minutus erit, ei lego' uel sic: 'quotiens amissus erit' et tunc — uidebitur.
c. 65 = *Dig*. 22, 1, 8. Papin. l. VII resp. Equis — mulieris. *cf. Dig*. 22, 1, 39. Modestinus l. IX differentiarum. Equis per fideicommissum legatis post moram heredis fetus quoque debentur: equitio autem legato etiamsi mora non intercedat, incremento gregis fetus accedunt.

1 minutio *Dig*. || 2 peremit *Dig*. || 3 ut si in *Dig*. *V*m; utiin '*sic*' *V*d. || 4 ut fructus *post* praestabitur *collocant Dig*. || 5 morae $V^2$, more $V^1$ (*sic in libro esse confirmat Mau*): mora non interueniente *Lenel* (*paling. Pap. fr.* 577) || 6 notat *suppleuit Blumius idque fuisse ibi uel, ut frequenter fit, cogitatione supplendum esse inde colligitur, siquidem codice denuo inspecto a Mauio stabimus, quod nomen auctoris scribitur in medio uersu praecedente spatio uacuo nullo: nam nominari Vlpianum hic ita ut fit c. 269, parum probabile: inscriptio autem libri si hoc loco posita fuisset, spatio uacuo a praecedentibus ea separata esset neque potuit ullo modo solum quod uacat spatium explere. haec eo ducunt ut ibi fuerit ad hoc exemplum*: Vlpianus: | mihi contrarium probatur. usum fructum posse legari. *quod opponit Huschkius adsentiente Lenelio* (*paling. Papin. fr.* 578) *Vlpiani in Papinianum notas abolitas esse a Constantino a.* 321, *eo infringitur, quod per eos ipsos annos collectanea haec ordinata sunt neque quicquam impedit, quominus haec ante eum annum auctor compilarit* (*u. supra p.* 12). *quem huc retulit Huschkius locum Vlpiani Dig*. 7, 1, 29 *propterea quod in eo redeunt uerba* usum fructum posse legari, *eum ab hoc alienum esse extra dubium est.* || 7 *de auctore non constat* (*cf. Lenel paling. incert. fr.* 18): *forma orationis parum conuenit responsis Papiniani.* || 8 in *om. V*m. || 9 senatusconsulti sententiam *V*dk, patientiam *V*m.

ate usus fructus caperet cete | — (36) — n ea[1] aut in re noua omnes | — (36) — fructum sed in *u*eteribus[2] rebus | — (36) — *dis*erte ibi scriptum est. uerendum | — (36) — ae. ~ |

68 *Paulus libro singulari ad legem Falcidiam. Vsu fructu legato* (*nam* iter non recipit hanc quaestionem), quia et di|*uidi potest*, *uideamus quomodo lex Falcidia in eo locum habere pos*sit. et ueteres quidem aestiman|[dum totum usum fructum putabant et i]ta constituendum, quantum sit in | [legato; sed Aristo a ueterum opinione rec]essit[3]; ait enim posse quartam[4] ex eo | [sic ut ex corporibus retineri idque Iulian]us probat. ~ | PAVL. AD L. FALC.

69 Paulus l. XIII? responsorum — (36) — *testamento ita* cauit: do lego eidem Seiae uxo|*ri meae bonorum meorum partis eius, filius me*us qu*a*[5] mihi pro parte heres est, usum | *fructum* — (36) — *e*um[6] in diem quo legitimae aeta|*tis erit filius* — (36) — *et ab ea satisdation*em[7] exigi ueto, ita tamen, ut ab ea | *filius meus alatur*[8] — (36) — et studiis liberalibus insti|*tuatur. quaesitum est de satisdatione fideic*ommissaria. Paulus respondit[9] uxorem de | — (36) — *iussu pra*etoris[10] non debere compelli ad satis || *dationem eam* . . . . . PAVL. L. XIII? RESP.

(*desunt paginae octo*)

70₁ [Si fundi usus fructus fuerit legatus et sit ager, unde palo in fundum, cuius usus fructus legatus est, solebat paterfamilias uti uel salice uel harundine, puto] || fructuarium hactenu[s uti posse, ne ex eo uendat, nisi forte salicti ei uel siluae pala]|ris uel harundineti usus [fructus sit legatus; tunc enim et uendere potest. nam et Trebatius scribit] | siluam caeduam pos[se fructuarium caedere, sicut pater familias caedebat.] | [11] item ut harundinetu*m caedat fructuarius*, *q*u*od caedendi causa paterfamilias* | alebat, non, puto, prohibetur. *item poterit* [uendere, licet paterfamilias uendere] | non solebat[12], sed ipse uti; [ad modum enim referendum est, non ad qualitatem uten] di. ~ VLP. L. XVII. AD SAB.

c. 68 = *Dig.* 35, 2, 1, 9. **Paulus l. sing. ad l. Falcidiam. Si usus fructus legatus sit, qui et diuidi potest, non sicut ceterae seruitutes indiuiduae sunt, ueteres quidem — Iulianus recte probat.**

c. 70. 1 = *Dig.* 7, 1, 9, 7. **Vlp. l. XVII ad Sab. Si fundi — siluam caeduam et harundinetum posse fructuarium caedere sicut paterfamilias caedebat et uendere, licet — utendi.**

1 in ea *Vm*. || 2 ceteribus *V*. || 3 'e *iam deest*' Krueger. || 4 partem *ins. Dig.* || 5 quam *Vd*, *om. Vm*. || 6 um *Vd*, cum *Vm*. || 7 iem *Vd*, uem *Vm*; satisdationem *Buchholtz;* cautionem *Keller*. || 8 *sic fere suppleuit Buchholtz.* || 9 pr. *Vd*, praeter *Vm*, *male solutis litteris singularibus*: *de Papiniano acceperunt priores*, *de Paulo Huschke et Lenel* (*paling. Paul. fr.* 1557). || 10 *expleuit sic Buchholtz.* || 11 *l *rubro colore scripta esse ante* item *obseruat Detl.; fuit fortasse* Vlp. || 12 non solebat uendere *Dig.*

70₂ Cassius autem usum *fructum* — (36) — *ligni tig*|nari[1] quoque usum fruc*tum* ita *quidem habebit fructuarius* — (36) — *ut eo utatur in aedificia, quae eius* | tantum agri causa facta sun*t, sed neque alio modo* — (36) — *ea adhibeat nec uendat. sed tamen cum constet arbores* | demortuas ad fruc*tuarium pertinere* — (36) — | ceteraeque materiae — (36) VLP. L. XVII. AD SAB.
3 — | sequuntur[2], numquid — (36) — *ad proprie*|tarium spectet ut — (36) ∼ | Trebatius autem simp*liciter* — (36) — | esse eas fructuarii — (36) — | fructuarium adm — (36) —
71 *Similiter de ligno* [Labeo ait] | usque ad usum suum [et uillae posse usu fructuarium ferre nec materia eum pro ligno usurum, si] | habeat unde utatur li[gno]. *idem ait usurum eum* [arboribus euulsis uel ui uentorum] | etiam deiectis, puto tamen [usque ad usum suum; alioquin et si totus ager sit hunc] | casum passus, om[nes arbores auferret fructuarius.] | materiam tamen ipse su[ccidere quantum ad uillae refectionem poterit,] *ut putat Ne*|ratius lib. III membranarum, [quemadmodum calcem, inquit, coquere uel harenam fodere aliudue] | quid aedificio neces[sarium sumere] — (36) — | ∼
71 a — (36) — | apud Labeonem agita*t*[3] — (36) — | pertinere, quamuis Proculus non — (36) — | ∼ — (36) — |
71 b Nunc uidendum, si f[ructus serui legatus sit] — (36) — *quid contineatur* | legato. quidquid is ex opera s[ua adquirit uel ex re fructuarii, ad eum pertinet,] *siue manci*|pio[4] accipiat siue stip[uletur siue ei possessio fuerit tradita.] *similiter lega*|tario adquirit et si he[res institutus sit uel legatum acceperit,] *nec recte*

c. 71 = *Dig.* 7, 1, 12 *pr.* Vlp. l. XVII ad Sab. Arboribus euulsis uel ui uentorum deiectis usque ad usum suum et uillae posse usufructuarium ferre Labeo ait: nec materia eum pro ligno usurum, si habeat unde utatur ligno. quam sententiam puto ueram, alioquin — fructuarius. materiam tamen ipsum succidere quantum ad uillae refectionem putat posse, quemadmodum — sumere.

c. 71 b = *Dig.* 7, 1, 21. Vlp. *ut supra.* Si serui usus fructus sit legatus, quidquid is — pertinet, siue stipuletur siue — tradita. si uero heres institutus sit uel legatum acceperit, Labeo distinguit, cuius gratia uel heres instituitur uel legatum acceperit.

1 '*similia in Dig.* 7, 1, 9, 6 *inueniuntur*' *Hollweg, qui supplet* [semi]nari *et paulo post* [conserendi] tantum agri. *at non ad seminarium haec spectare, de quo citata* § 6 *Vlpianus dixerat, et quae supersunt et ipse excerptorum ordo ostendit; immo de silua non caedua et de materia hic ea posuerat Vlpianus, quorum locum in digestis* 7, 1, 10. 11 *Pomponii et Pauli de eadem re sententiae occupauerunt quaeque mox breuiter repetuntur* c. 71 *extr.* ‖ 2 secuntur *V.* ‖ 3 *suppleuit Huschke.* ‖ 4 pium *V.*

*de hoc puto* | quaeri[1]; quamuis Labeo distin[guat, cuius gratia VLP. L. XVII. AD SAB.
72 1 uel heres instituitur uel legatum || acceperit. sed sicuti stipulatio]ne[2] fructuario adquirit, | [ita etiam paciscendo eum adquirere exceptionem fruct]uario Iulianus XXXV[3] | [digestorum scribit, idemque et si acceptum rogauerit, liber]ationem ei *p*arere. | quoniam autem diximus quod ex operis adquiritur ad fructua]rium pertinere, sciendum | [est etiam cogendum eum operari; etenim modicam quo]que castigationem fruc|[tuario competere Sabinus respondit et Cassius lib. VIII iu]ris ciuilis scripsit, ita ut[4] neque | [torqueat neque flagellis caedat.]
2 *iidem fructum oper*ae[5] gladiatoriae eius us|*que ad praemia fructuario putan*t compet*ere* posse, ut uero pug|*net, cogi non posse* — (36) — *i*dem *e*t *S*abinus, quamuis nauis | [usu fructu legato nauiga*t*um[6] mittendam] *put*et, licet naufragii peri|[culum immineat]; — (36) — *neque id contrarium est supra dictis*; [n]aues enim ad hoc parantur | [ut nauigent;] *homine autem aliter uti possumus.* ∼

73 — (36) — *Si quis tibi fu*ndos et mancipia dona|*uit partisque alterius eorum usum fructum interuen*iente recepit stipu|*latione*, — (36) — *ius uten*di fruendique partis | *alterius* — (36) — *in di*em uitae suae ex uo|*luntate sua retinet* — (36) — a habuerit usque in | — (36) — us[7] partis alterius adpro | — (36) — *et* Paterno conss. ∼ | SEV. ALEX. p. C. 233? CLAVDIVS p. C. 269?

74 — (36) — *Vsu fructu pluribus liberis per uindicationem legato si* ex his aliqui mortuus | *erit*, *pars eius fratribus adcrescit* — (36) — *quod* si per damnationem | *legauerit*, — (36) — *ceteris quibus le*gauerit liberis mor|*tui pars non adcrescit*[8]. — (36) — ∼ | VLP. L. XVII. AD SAB.

75 1 [Quotiens usus fructus legatus est, est inter fructu]arios ius adcrescendi, sed | [ita, si coniunctim sit usus fructus relictus] *nec*

c. 72, 1 = *Dig*. 7, 1, 23 *pr*. § 1. Vlp. l. XVII ad Sab. Sed sicuti — flagellis caedat.
c. 72, 2 = *Dig*. 7, 1, 12, 1 Vlp. *ut supra*. Nauis usu fructu legato nauigandum mittendam puto, licet — immineat; nauis etenim ad hoc paratur ut nauiget.

1 *diuerse Lenel paling. Vlp. fr.* 2569: '*quod uero ex proprietarii, proprie*tario adquirit et si h*eres institutus sit uel legatum acceperit, haec quoque . . . putat proprietario* quaeri': *quem ne sequerer in re sane ambigua, mouit me cum quod auctor in his sola fructuarii commoda enumerare uidetur tum quaerendi uocabulum pro adquirendo hac aetate minus usitatum.* || 2 stipulando *Dig*. || 3 libro trigesimo *Dig*. || 4 s̄c̄? (scribit *Vm*, scr. *Vk*) ita ut *V*, scripsit ut (ui *Flor.*) *Dig*. || 5 [oper]ae *suppleuit Hollweg*. || 6 nauigandum *Dig*. || 7 . . os *Vmk*. || 8 *supplementa debentur fere Huschkio.*

75 *nisi* in do lego legato[1]. | [ceterum si separatim unicuique partis VLP. L. XVII. AD SAB.
rei usus fruct]us sit relictus, sine du|[bio ius adcrescendi cessat.
2 denique apud Iulianum] lib. XXXV digestorum quaeritur, si
com[2]|[muni seruo usus fructus sit relictus et utrique] *ex domi-*
nis[3] adquisitus sit[4], an al|[tero repudiante uel amittente usum
fructum alter totum] habeat. et Iulianus quidem[5] | [putat ad
alterum pertinere et licet dominis] usus fructus non aequis
partibus, | [sed pro dominicis adquiratur, tamen persona ipsius[6],
non do]minorum inspecta ad | [alterum ex dominis pertinere
non proprietati acce]dere. ∼ ||
3 Idem ait et si communi seruo et separatim Titio usus
fructus legatus sit, amissam partem usus fructus[7] non ad
Titium, sed ad solum socium pertinere debere quasi so-
lum coniunctum. quam sententiam neque Marcellus neque
Mauricianus probant[8]; Papinianus quoque libro XVII quaes-
tionum ab ea recedit. quae sententia Nerati fu*e*rit, est[9]
libro I responsorum relatum. sed puto esse ueram Iuliani
sententiam; nam quamdiu uel unus utitur, potest dici
4 usum fructum in suo esse statu[10]. Pomponius ait libro VII
ex Plautio, relata Iuliani sententia, quosdam esse in diuersam
opinionem; ∼[11] nec enim magis socio debere adcrescere, quam
deberet[12] ei, qui fundi habens usum fructum partem usus
5 fructus proprietario cessit uel non utendo amisit. ego autem
Iuliani sententiam non ratione adcrescendi probandam puto,
sed eo, quod quamdiu seruus est, cuius persona in legato
spectatur, non debet perire portio. urgetur tamen Iuliani
sententia argumentis Pomponi; quamquam Sabinus responderit,
ut et *Celsus* ∼ libro XVII*I*[13] digestorum refert, eum, qui par-
tem usus fructus in iure cessit, et amittere partem et ipso

c. 75, 1. 2. 3 = *Dig.* 7, 2, 1 *pr.* Vlp. l. XVII ad Sab. Quotiens usus fructus legatus est, ita inter fructuarios est ius adcrescendi, si coniunctim sit usus fructus relictus. ceterum si separatim — cessat. § 1. denique — accedere. § 2. idem ait — quasi solum coniunctum. quae sententia uera est, nam quamdiu — statu esse.

1 '*post* legato *est* m *cum lineolis duabus superpositis*' $V^d$ *idque ipsum repperit Mauius*; 'm *duobus punctis* (*nisi forte est lineola*) *superimpositis*' *Mai.* || 2 com *om.* $V^m$. || 3 utrique domino *Dig.* || 4 sit *om. Dig.* || 5 Iul. quidem *om. Dig.* || 6 eius *Dig.* (*Flor. ante em.*) || 7 amissum ab altero ex sociis usum fructum *Dig.* || 8 probat $V^m$. || 9 fuit est $V^d$, fuit e $V^m$; *em. ego*; fuit ut est *Huschke* (*cf. Lenel paling. Nerat. fr.* 72). || 10 statu esse *Dig.* || 11 opinionem *sequente uacuo spatio* $V^d$; opinionem ait $V^m$. || 12 deberet $V^d$, debere $V^m$. || 13 celsus. ∼ iulianus libro xuiiii *V*; Celsus libro XVIII (*cf. Lenel paling. Celsi fr.* 149) et Iulianus libro XXXV *Huschke.*

momento recipere. quam sententiam ipse ut stolidam reprehendit; etenim esse incogitabile eandem esse causam cuique et amittendi et recipiendi. ~ VLP. L. XVII. AD SAB.

76 [1] Iulianus scribit, si seruo communi et Titio usus fructus legetur et unus ex dominis amiserit usum fructum, non adcrescere Titio, sed soli socio, quemadmodum fieret, si duobus coniunctim et alteri separatim esset relictus. sed qui diuersam sententiam probant, quid dicerent? utrum extraneo soli an etiam socio adcrescere? et qui Iulianum consuluit, ita consuluit, an ad utrum[2] pertineat, quasi possit et ipsi socio adcrescere. atquin quod quis amittit, secundum Pomponi sententiam ipsi non accedit. ~

77 Interdum tamen etsi non sint coniuncti, tamen usus fructus legatus alteri adcrescit, ut puta si mihi fundi usus fructus separatim totius et tibi similiter fuerit usus fructus[3] relictus; nam ut[4] Celsus libro XVIII digestorum et Iulianus libro XXXV scribunt[5], concursu partes habemus. quod et in proprietate contingeret; nam altero repudiante alter totum fundum haberet. sed in usu fructu hoc plus est (contra quam[6] Atilicinum respondisse Aufidius[7] Chius refert), quod[8] et constitutus nihilo minus amissus ius adcrescendi admittit[9]. omnes enim auctores apud Plautium de hoc consenserunt: *et, ut*[10] Celsus et Iulianus eleganter aiunt, usus fructus cotidie constituitur et legatur, non, ut proprietas, eo solo tempore quo uindicatur. cum primum itaque non inueniet alter *eum*[11], qui sibi concurrat, solus utetur *in*[12] totum. Vindius tamen dum consulit Iulianum, in ea opinione est, ut putet non alias ius adcrescendi esse quam in coniunctis; qui responso ait: nihil refert coniunctim an separatim relinquatur. ~

78 Iulianus libro XXXV scribit[13], si duobus heredibus institutis deducto usu fructu proprietas legetur, ius adcrescendi heredes

c. 76 = *Dig.* 7, 1, 1, 2 *post modo relata*: idem est, si duobus coniunctim et alteri separatim usus fructus esset relictus.
c. 77 = *Dig.* 7, 2, 1, 3 *post modo relata*: interdum tamen — plus est, quia et constitutus et postea amissus — in totum nec refert — relinquatur *interpositis omissis.*
c. 78 = *Dig.* 7, 2, 1, 4 *post modo relata*: idem Iulianus — diuisum.

1 recte igitur *similiaue desiderantur.* || 2 utrumque *Keller, recte puto.* || 3 usus fructus *om. Dig.* || 4 et *inserunt Dig.* || 5 scr. *V*, scribit *Dig.* || 6 quam *Vmk*, *aut* quam *aut* quae *Vd.* || 7 aufidius *V, correxit Hollweg: cogitaui aliquando de Fufidio errore.* || 8 quia *Dig.* || 9 admittit *Dig.*, amittit *V.* || 10 et ut *Dig.*, ut et *V.* || 11 alter eum *Dig.*, alterum *V.* || 12 in *Dig.*, *om. V.* || 13 XXXV digestorum scripsit *Dig.*

non habere, nam uideri usum fructum constitutum[1] non per VLP. L. XVII. AD SAB.
79 concursum diuisum. ~ Neratius putat cessare ius adcrescendi libro I responsorum. cuius[2] sententiae congruit ratio Celsi dicentis totiens ius adcrescendi esse, quotiens in duobus, qui[3] solidum habuerunt, concursu diuisus est. ~
80 Vnde Celsus libro XVIII[4]: si duo fundi domini deducto usu fructu proprietatem mancipauerint, uter eorum amiserit, usum fructum ad proprietatem redire, sed non ad totam[5], sed cuiusque usum fructum ei parti accedere, quam ipse mancipauit; ad eam enim partem redire debet, a qua initio diuisus est. plane, inquit, si partem usus fructus habeas[6] et ego totam proprietatem cum partis usu fructu, non posse me *e*am[7] partem tibi mancipare, quae est sine usu fructu, quoniam nullam partem habeo, in qua non est tibi usus fructus.
81 *Papinianus* quoque libro XVIII quaestionum sententiam Nerati probat, quae non est sine ratione. ~
82 Poterit quaeri, si duobus seruis heredibus institutis deducto usu fructu proprietas sit legata, an altero defuncto usus fructus proprietati adcrescat; nam illud constat, ut et Iulianus libro XXXV scribit et Pomponius libro VII ex Plautio non reprobat, ~ si duobus seruis meis usus fructus legetur et alter decesserit, cum per utrumque quaesissem usum fructum, ius adcrescendi me habere, cum, si alterius nomine repudiassem, alterius quaesissem, haberem quidem usum fructum totum iure adcrescendi, sed ex solius persona amitterem. in proposito autem, si quidem pure fundus, non *sub condicione legatus sit, constituitur usus fructus*[8] ex persona serui; et ita Iulianus quoque libro XXXV digestorum scribit, quamuis Scaeuola apud Marcellum dubitans[9] notet. ~ at si sub condicione sit legatus, potius ex persona domini constitui usum fructum Marcellus libro XIII digestorum scribit. ubi Scae-

c. 79 = *Dig.* 7, 2, 3 *pr. post modo relata interposito loco Africani*: idem Neratius — diuisus est.
c. 80 = *Dig.* 7, 2, 3, 1 *post modo relata*: unde Celsus libro XVIII scribit, si duo — proprietatem tradiderint, uter — accedere, quam ipse tradiderit, ad — diuisus est.

1 partium *fortasse excidit antiquitus.* || 2 cui *Dig.* || 3 in *ins. Dig.* || 4 scribit *inserunt Dig.* || 5 non ad totam $V^{d}$ *Hollweg*, non totam $V^{m}$, non ad totum *Dig.* || 6 habeat *V*; *em. Savigny.* || 7 me meam *V*; *em. Savigny.* || 8 *hiatum intellexit Hollweg qui supplet*: fundus [legatus sit, ex persona serui constituitur usus fructus, si uero sub condicione, ex persona domini,] non ex persona serui. || 9 dubitare se *malim.*

uola notat: 'quid si pure?' sed dubitare non debuit, cum et Iulianus scribat ex persona serui constitui. secundum quae ius adcrescendi locum haberet[1] in duobus seruis, si quis contrariam sententiam probaret. sed nunc, secundum Iuliani sententiam et Nerati, cessat quaestio. VLP. L. XVII. AD SAB.

83 Non solum autem si duobus do lego usus fructus legetur, erit[2] ius adcrescendi, uerum *et*[3] si alteri usus fructus, alteri proprietas[4]; nam amittente usum fructum altero, cui erat legatus, magis iure adcrescendi ad alterum pertinet quam redit ad proprietatem. nec nouum; ~ nam et si duobus usus fructus legetur et apud alterum sit consolidatus, ius adcrescendi non perit nec[5] ei, apud[6] quem consolidatus est, neque ab eo, et ipse, quibus modis amitteret[7] ante consolidationem, iisdem et nunc ipso quidem iure non amittet, sed praetor secutus[8] exemplum iuris ciuilis utilem actionem dabit fructuario; et ita[9] Neratio et Aristoni uidetur et Pomponius probat. quamquam Iulianus libro XXXV digestorum scribat ipsi quidem ius adcrescendi *competere, non uero fructuario ab eo*[10].

(*desunt paginae aut duae aut quattuor*)

84 difficile est dicere. quamquam non sit longe, quod Marcellus libro XII*I*[11] digestorum scribit, si duobus pure Stichus legetur et alter manumittat, alter post manumissionem repudiet, ubi non fit caducum, libertatem locum habere. idemque et si heres[12] deliberante legatario manumitta*t*[13], mox legatarius repudiauerit, nam et[14] hoc casu liberum fore ait. ~

c. 83 = *Dig*. 7, 2, 3, 2 *post modo relata*: non solum autem si duobus usus fructus legetur — iisdem et nunc amittet et ita et Neratio — probat.

c. 84. *cf. Dig*. 29, 1, 31. Marcellus l. XIII digestorum. Si miles Titio et Seio seruum legauerit et eum Titius manumisisset deliberante Seio moxque is legatum omisisset, liberandum fore dico, quia et si heres seruum alicui legatum interim manumisisset, deinde legatarius repudiasset, liber esset.

c. 84 *extr*. = *Dig*. 40, 1, 2. Vlp. l. XVII ad Sab. Si heres deliberante legatario seruum legatum manumiserit, mox legatarius repudiauerit, manumissum liberum fore placet.

1 habere *V*; *em. Haubold.* || 2 est *Dig*. || 3 et *Dig*., *om. V*. || 4 alteri fundus legatus est *Dig*. || 5 neque *Dig*. || 6 apud *Vd Dig*., ad *Vm*. || 7 amitteret *Dig*., amittere *V*. || 8 subsecutus *V2*. || 9 et *inserunt Dig*. || 10 *suppleuit Hollweg*, *in iis quae sequebantur argumentum Dig*. 7, 2, 6 *tractari suspicatus*. || 11 xiii *Dig*., xii *V*. || 12 hde *Vd*, herede *Vm*. || 13 manumittatur *Vd 'sic'*, manumittat *Vm*. || 14 et *add. V2*, *om. Vm*.

85 Si tamen per damnationem usus fructus legetur, ius adcrescendi cessat non inmerito, quoniam damnatio partes facit. proinde si rei alienae usus fructus legetur et ex Neroniano confirmetur[1] legatum, sine dubio dicendum est ius adcrescendi cessare, si modo post constitutum usum fructum fuerit amissus. quod si ante et[2] socius amittat, erit danda totius petitio. idemque et si sinendi modo fuerit legatus usus fructus. an tamen in Neroniano, quoniam exemplum uindicationis sequimur, debeat dici utilem actionem amisso usu fructu ab altero alteri dandam, quaeri potest; et puto secundum Neratium *ad*mittendum[3]. in fideicommisso autem id sequimur quod in damnatione. ~ VLP. L. XVII. AD SAB.

86 Nouissime quod ait Sabinus, si uxori cum liberis usus fructus legetur, amissis liberis eam habere, quale sit uidendum. et si quidem do lego legetur, tametsi quis filios legatarios acceperit, sine dubio locum habebit propter ius adcrescendi; sed si legatarii non fuerint, multo magis, quoniam partem ei non fecerunt, tametsi cum ea uterentur. matre autem mortua, si quidem legatari fuerunt, soli habebunt iure adcrescendi; si heredes, non iure adcrescendi, sed iure dominii, si fundus eorum est, ipsis adcrescit[4], sin minus, domino proprietatis; sed si nec heredes fuerunt nec legatarii, nihil habebunt. ~ quod si per damnationem fuerit usus fructus legatus matri, si quidem legatarii sunt fili, partes su*mu*nt[5]: si non sunt, sola mater legataria est *nec*[6] mortalitas liberorum partem ei
87 facit. Sabinus certe uerbis istis non ostendit, utrum legatarii fuerint necne. sed Iulianus libro XXXV digestorum relata Sabini scriptura ait intellegendum eum, qui solos liberos heredes scribit, non ut legatariorum fecisse mentionem, sed ut ostenderet magis matrem ita se uelle frui, ut liberos secum habeat. alioquin, inquit, in damnatione ratio non permittebat ius adcrescendi. ~ proposuit autem Iulianus uel do lego legatum

c. 86 = *Dig*. 7, 2, 8. Vlp. l. XVII ad Sab. Si mulieri cum liberis suis usus fructus legetur, amissis liberis ea usum fructum habet; sed et matre mortua liberi eius nihilo minus usum fructum habent iure adcrescendi.
c. 87 = *Dig*. 7, 2, 8 *post modo relata*: nam et Iulianus libro trigesimo digestorum ait intellegendum in eo, qui solos liberos heredes scripserit, licet non ut legatarios eos nominauerit, sed ut ostenderet magis uelle se matrem ita frui, ut liberos secum habeat fruentes.

1 confirmatur *V*$^{m}$, '*male*' *Detl.* || 2 antea *Buchholtz*: *sed fortasse hoc significatur legatarios per damnationem socios esse desinere post constitutum usum fructum.* || 3 amittendum *V.* || 4 accedit *Huschke.* || 5 sunt *V*; '*malim* habebunt *uel* fiunt' *Hollweg*; sumunt *ego.* || 6 nunc *V*$^{d}$ '*sic*', nec *V*$^{m}$.

usum fructum uel per damnationem et sic sensit, *quamuis*[1] legatarii sint et heredes soli, in do lego legato non esse ius adcrescendi; atque, si alteri ab altero legetur (quoniam a semet ipsis inutiliter legatum est), sibi non concurrunt, matri uero non in totum concurrunt, sed alter pro alterius portione et in eo dumtaxat ius adcrescendi erit; mater tamen aduersus utrumque ius adcrescendi habet[2]. VLP. L. XVII. AD SAB.

88 Iulianus subicit Sextum quoque Pomponium[3] *re*ferre[4], si per damnationem usus fructus *cum* liberis uxori[5] legetur, singulare hoc esse atque ideo fili personam matri *accedere, ne sine liberis ad usum fructum mater*[6] accederet, nec esse legatarios, sed matre mortua liberos quasi heredes usum fructum habituros. ego, inquit Pomponius, quaero, quid si mixti fuerint liberis extranei heredes? *et* ait[7] filios pro legatariis habendos et mortui partem interituram, Aristonem autem adnotare haec uera esse; et sunt uera. ~

89 *Vlpianus* ad Sabinum libro XVI[8]. De illo Pomponius dubitat, VLP. L. XVI. EOD.

c. 88 = *Dig.* 7, 2, 8 *post modo relata*: sed et Pomponius quaerit, quid si mixti fuerint liberi et extranei heredes? et ait filios legatarios esse intellegendos. *sequuntur diuersa.*

c. 89 = *Dig.* 7, 1, 12, 3. Vlp. l. XVII ad Sab. De illo — stipuletur aliquid ex re mea uel per traditionem accipiat — quid seruus fugitiuus, retineri tamen — pari ratione etiam usus fructus retinetur.

1 quamuis *scripsi*, quasi *V*. ‖ 2 *commata* alioquin — adcrescendi. proposuit — habet *cogitatione certe transponenda sunt. scilicet usu fructu uxori cum liberis legato liberos legatarios esse antea Iulianus negarat; iam addit, etsi maxime legatarii sint, puta propter expressam de ea re testatoris uoluntatem, tamen in proposito, id est heredibus iisdem solis institutis inter ipsos non esse ius adcrescendi. nam ut heredes sint Titius et Seius filii, fundi usus fructus iisdem Titio et Seio, item matri do lego legato legatus sit, quoniam heredi a semet ipso inutiliter legatur, partis, quae Titii est iure proprietatis, usum fructum habent soli Seius et mater, item partis Seianae usum fructum Titius et mater soli neque coniuncti sunt fratres in eodem usu fructu. in damnationis autem legato ius adcrescendi ipso iure nullum est. commata* quoniam — legatum est *et* atque — legetur *transposuit Keller;* quasi si legatarii — non esset i. a. *Hollweg proposuit, ipse reiciens. traditus ordo potest aliquatenus ita defendi ut Vlpianus primum posuerit summarium sententiae Iuliani, scilicet eum negasse liberos pro legatariis habendos et si legatarii essent, in damnationis legato adcrescendo locum non esse, deinde accuratius rem explicet tractans item de altero genere legatorum et explicans ne in eo quidem adcrescendi ius hic locum habere.* ‖ 3 quoque et pomp. *V*; *em. Böcking.* ‖ 4 praeferre *V*; *em. ego.* ‖ 5 et liberis uxori *V*; uxori et liberis *Keller*; *emendaui ego cf.* c. 86. ‖ 6 *hiatum expleui ego*; fili portionem matri accedere *Keller.* ‖ 7 ait et *V*; *emendaui ex Dig.* ‖ 8 XVII *Dig. recte: nota tamen ex eodem libro sumpta esse quae praecedunt et secundum horum collectaneorum consuetudinem inscriptionem non poni nisi ubi mutatur* (*cf. supra p.* 10).

si fugitiuus, in quo usus fructus meus[1] est, stipuletur[2] aliquid uel mancipio[3] accipiat, an per hoc ipsum quasi *utar*[4] retineam usum fructum; magisque admittit retineri[5]. nam saepe etiamsi praesentibus seruis non utamur, tamen usum fructum retinemus, ut puta aegrotante seruo *uel* infante[6], cuius operae nullae sunt, uel defectae senectutis homine[7]; nam et si agrum aremus, licet tam sterilis sit, ut nullus fructus nascatur, retinemus eum[8]. Iulianus tamen libro XXXV digestorum scribit, etiam si non stipuletur quid[9] seruus fugitiuus intra annum mancipio*ue*[10] accipiat, tamen retineri[11] usum fructum; n*am* qua[12] ratione, inquit, retinetur a proprietatis domino[13] possessio, etiamsi in fuga seruus sit, pari ratione etiam usus fructus non amittitur. VLP. L. XVI. AD SAB.

90 . . . . libro I de interdictis sub titulo 'in eum qui legatorum nomine, non uoluntate eius cui bonorum p*ossess*io data erit, possidebit'. Si usu fructu legato legatarius fundum nanctus sit, non[14] competit interdictum aduersus eum, quia non possidet legatum, sed potius fruitur. inde et interdictum 'uti possidetis' utile hoc nomine proponitur *et*[15] 'unde ui', quia non possidet, utile datur, uel tale[16] concipiendum est: 'quod de his bonis legati nomine possides quodque uteris frueris quodque dolo malo fecisti, quominus possider*es*[17] utereris fruereris'[18]. ~ . . . . L. I DE INTERDICTIS.

91 *Idem* libro II de interdictis sub titulo 'si uti frui prohibitus esse dicetur'. Non[19] is, ad quem usus fructus *uenit* uiu*i* IDEM L. II DE INT.

---

1 meus usus fructus *Dig.* || 2 stipulat $V^1$, stipulet $V^2$ *et* $V^m$. || 3 mancipium *V*. || 4 utar *Dig.; om. V.* || 5 retinere *Dig.* || 6 egrotante seruo infante *V*, aegrotanti seruo uel infanti *Dig.* || 7 homini *Dig.* || 8 retinemus eum *V*, retinemus usum fructum *Dig.* || 9 quid *Dig.*, quis *V*. || 10 mancipioque *V; em. Hollweg.* || 11 retineri tamen *Dig.* || 12 nam qua *Dig.*, n enim (*scilicet* n *cum linea transuersa*) qua '*sic*' $V^d$, *ubi in altera littera* n *sicilicum obscuratum puto, alteram deletam nota delendi similiter obscurata;* nam in qua $V^m$. || 13 a proprietario *Dig.* || 14 non *om.* $V^m$. || 15 et *ante* unde *om. V, suppl. Savigny Besitz p.* 580.
?? ? ????
|| 16 dat'ūtale conc. $V^k$, datō toli*conc. $V^d$ *loco denuo inspecto, antea* datūioli*conc. *legerat idem;* dauito(*uel* e)laconc. $V^b$; . . . taliconc. $V^m$; dat' uidelic. conc. *temptaui ego in ed. mai., quod improbauit Bruns in Bekkeri et Mutheri annal.* 5, 80 *non sine causa*; utile legator' tali f' conc. = utile legatorum (*uel* utile quod legatorum) tali formula conc. *Bruns l. c.*; datur uel taliter *dedi in ed. minore;* quod taliter conc. *Huschke, sed in* uel *apographa fere consentiunt. iam expressi quod legit licet dubitans Krueger.* || 17 possideris $V^d$, possidens $V^m$. || 18 fruereris cetera $V^m$; *Detlefsenus post* fruereris *in membrana paullulum quidem eo loco detrita quicquam litterarum negauit apparere.* || 19 nec *Krueger.*

tum[1] uel qui utendi fruendi causa, cum usus fructus ad eum *non pertineat*, *in ali*qua re[2] sit, possidere eum[3] uidetur, et ob id, qui uti frui prohibitus est, proprie deiectus dici non potest. ideo specialiter hoc interdictum eo casu desideratum est[4]. | ~ .... L. II. DE INTERDICTIS.

92 *Idem* libro IIII de interdictis sub titulo ‘a quo usus fructus petetur, si rem nolit defendere’. Sicut corpora uindicanti ita et ius satisdari oportet, et ideo necessario *ad*[5] exemplum interdicti ‘quem fundum’ proponi[6] etiam ei[7] interdictum ‘qu*em*[8] usum fructum uindicare uelit’ de restituendo usu fructu[9]. ~ IDEM L. IIII. DE INT.

93 Post pauca sub titulo supra scripto. Restitutus ex hoc interdicto usus fructus intellegitur, cum petitor in fundum admissus sine periculo interdicti ‘unde ui’ ad eam rem propositi depelli non potest. idem Pedius. ali[10] diuersam causam esse p*o*ssessionis, cum ille, qui posses

(*desunt paginae aut quattuor aut octo*)

1 *locum desperatum inter* ad quem *et* qui *Detlefsenus postquam bis terque inspexit ita rettulit*: ūftul (*potius quam* s)suiue (*uel* s)ltumū(*uel* ē)qui; ea res pertinet (*pro* ūftulsuiuel) ..... legatum (... catum $V^b$) est qui $V^m$; u*t(*uel* t')us*um — (13) — c (*non* g) atum $V^k$. *temptamina et mea et aliorum* (*nuperrime Lenelius sic*: usus fructus siue l[ege pertinet siue per magistra]tum) *omnia eo nomine uitiosa sunt quod spatio non capiuntur; quod iam posui* ūftusūituiuitum *certe et eius rationem habet et elementorum a testibus idoneis certo agnitorum.* || 2 eumūrlarishiquare $V^d$ *prima lectione;* eumīīin**** hiquare *idem loco denuo inspecto, omnia tamen inter* eum *et* quare *admodum incerta esse testatus;* eum pertineret missus in qua re $V^m$; eum*******l (*non* h) i*quare $V^k$. *suppleui ad sententiam ita, ut iam Brunsio* (*in Bekkeri ann.* 5, 82) *suadente* non *adderem ante* pertineat. || 3 eam $V^m$. || 4 desideratum est $V^k$, desiderari $V^d$ *sequente uestigio litterae incerto;* desiderari . . $V^m$. || 5 ad *om.* *V*, *suppl. Schrader al.* || 6 proponitur *Huschke.* || 7 ei *om.* $V^m$. || 8 interdictum quam $V^d$; interdicto que*m* $V^m$; q *superposita uel lineola uel* i *uel* m *littera* $V^b$. || 9 ‘*post* usu fructu *nihil deest’ Detl.* || 10 ali $V^m$ dubitans, ali *uel* alt $V^d$; ait *coniecit Maius.*

## DE RE VXORIA AC DOTIBVS[1].

94 [Fundus aestimatus in dotem datus a creditore antecedente ex causa] fiduciae ablatus est; quaero[2], an mulier, si aestimationem dotis repetat, exceptione submouenda sit; ait enim se propterea non teneri, quod pater eius dotem pro se dedit, cui heres non extitit[3]. Paulus[4] respondit pro[5] praedio euicto *si*ne[6] dolo et culpa uiri pretium petenti *mulieri*[7] doli mali exceptionem obesse, quae tamen officio iudicis rei uxoriae continetur. poterit mulieri prodesse hoc quod ait se patri heredem non extitisse, si conueniretur; amplius autem et consequi eam pretium fundi euicti euidens iniquitas est, cum dolus patris ipsi nocere debeat. ~ PAVL. L. VII. RESP.

95 Paulus respondit solam testationem dotis repetendae non sufficere ad moram doti factam, ut actio eius ad heredem transmittatur.

96 Die nuptiarum *uir*[8] uirgini optulit munus et duxit eam. quaero de donatione. Paulus respondit, si ante nuptias uxori futurae situlus argenteus[9] traditus est, donationem perfectam uideri; quod si post nuptias donatio intercessit, ius ciuile[10] donationem inpedisse. quoniam igitur die nuptiarum munus datum proponitur, facilius in iudicio examinari posse tempus donationis et matrimonii. ~

c. 94 = *Dig*. 24, 3, 49, 1. Paulus l. VII resp. Fundus aestimatus — ex causa pignoris ablatus est — exceptionem obesse; consequi enim eam — debeat.

---

1 *in prima quae ex hoc titulo superest pagina legitur altera pars rubricae* ac dotibus; *paginae quae sequuntur inscribuntur tantummodo* de re ‖ uxoria. *Maius* de dotibus et re uxoria *in libro ipso*, de re uxoria ac dotibus *in add.* ‖ 2 quaesitum est *Dig*. ‖ 3 extiterit *Dig*. ‖ 4 *Pauli nomen in contextu notatur* p *littera sola eaque ambigua, cum possit accipi etiam de Papiniano*; *contra in inscriptionibus c.* 108. 114. 121 *scribitur* paul *et* pap. ‖ 5 pro *om. Dig*. ‖ 6 sine *Dig*., si sine *V*. ‖ 7 mulieri *om. V*. ‖ 8 uir *addidi.* ‖ 9 sita . . a . . geniali *Vm*, situlbat(a)ac(g *uel* q)eniale(o *uel* is) *Vb*. ‖ 10 ius ciuile *Vd*, tunc iure *Vm*.

97 Paulus respondit id quod dotis nomine marito datum est post mortem mariti[1], *si* nulla mora intercessit, apud heredem mariti remanere oportere. ~ PAVL. L. VII. RESP.

98 Paulus respondit stipulationem quidem in hunc casum conceptam 'cum moriar dari' utilem esse, etiamsi mixti casus non interuenirent[2]; ut autem de dote sua, quam apud maritum habet, mulieri testari liceat, inutiliter conuenisse uideri. ~

99 Paulus respondit filiam familias ex dotis dictione obligari non potuisse. ~

100 Mater pro filia partem dotis dedit, partem dixit; filia in matrimonio decessit relictis filiis ex alio matrimonio; quaero de iure dotis. Paulus respondit eam quae data est mortua in matrimonio muliere apud uirum remansisse, eam, quae dicta est, a mat*re* peti[3] non posse.

101 Paulus respondit rebus non aestimatis in dotem datis maritum culpam, non etiam periculum praestare debere. ~

102 L. Titius cum esset in patris potestate, absente eo duxit in matrimonium Septiciam filiam familias, cuius nomine dotem accepit a patre. postea superuenit pater, quo praesente durauit[4] in diem mortis filii[5] matrimonium. postmodum decessit L. Titius. quaero, an ex eo, quod non contra dixit[6], pater etiam dotis dationi consensisse uideatur et ideo actione rei uxoriae filii nomine teneatur. ~ Paulus respondit patrem etiam postea nuptiis consentientem et matrimonium filii sui et dotem efficere, et ideo ex persona fili[7] rei uxoriae *iudicio*[8] conueniri posse, in qua actione[9] peculi quantitas deducitur

1 post mortem mariti, si *ego*, si post mortem mariti *V*; atque ita mulier decessit *post* intercessit *inserit Huschke. cf. Bruns in annalibus Bekkeri et Mutheri* 5 *p.* 83. ‖ 2 si mixti casus non interuenirent *V*; si mulieris curatores non interuenirent *coniecit Keller*; si mortis causa non interueniret *ego. hoc ait Paulus uxorem a marito dotem stipulantem in eam diem, qua ipsa moriatur, recte stipulari, etiamsi non mortis causa sic donetur. donatio eiusmodi collata in diem obitus eius cui donatur, non eius qui donat, cum non sit donatio mortis causa, non eo nomine ualet* (*Vlp.* 7, 1), *sed ualet et ipsa, quoniam confertur in tempus matrimonii dirempti. sic puto retenta quam proposueram emendatione iustas dubitationes a Brunsio* (*in Bekkeri ann.* 5 *p.* 84) *motas contra interpretationem in ed. maiore prolatam euitari. traditam lectionem nemo adhuc intellexit.* ‖ 3 matre repeti *V*; *em. Savigny et al.* ‖ 4 duu.auit $V^d$, dutauit $V^m$; *em. Savigny et Keller.* ‖ 5 mortis et, *supra* et *addito a m.* 2 filii, $V^d$; *antea pro* et *in codice fuisse* ı *uisum est Detlefseno.* '*uox* filii *superadditur in codice loco uocis* pater, *quae subesse in litura uidetur*' *Maius.* ‖ 6 nuptiis *uidetur excidisse.* ‖ 7 filii $V^m$. ‖ 8 uulgari *inserit V, deleui ego.* ‖ 9 in qua (sua $V^m$) actione *V*; in quam actionem *malim, quamquam apud Iulianum in tali locutione inuenitur etiam casus sextus* (*cf. Dig.* 2, 10, 3 *pr.* 12, 2, 39).

*tantum*modo[1]. in proposito tutius fuit respondere ex per- PAVL. L. VII. RESP
sona fili[2] eum conueniri posse, qui solus contraxerat, etsi
alias placeat patrem, quo consentiente filius dotem accepit,
rei uxoriae iudicio uulgari conueniri posse. ~

103 Paulus respondit rei uxoriae titulo id solum peti posse, quod
in dotem datum est. ex donatione autem non potest peti id,
quod ante matrimonium in stipulatum deductum non est,
saluo eo ut quaeratur, utrum perfecta fuit[3] donatio an
non. ~

104 Paulus respondit dignitatem mulierum[4] ex honore matri-
monii et augeri et minui solere.

105 Paulus respondit aestimatis[5] rebus in dotem datis et manente
matrimonio euictis uiro aduersus uxorem ex empto competere
actionem et ideo eius quantitatis, quae in aestimationem de-
ducta est, sextas retineri posse. ~

106 Conuenit[6] in pacto dotali, ut diuortio facto sextae liberorum
nomine retinerentur: quaero, an discidio interueniente sextae
retineri possint. Paulus respondit secundum ea quae propo-
107 nuntur posse. ~ item quaesitum est, si uir[7] repudium misit
et eandem reduxit eaque mulier absente uiro de domo eius[8]
discesserit, an aeque sextae retineri possint ex priore pacto. ~
Paulus respondit, si uerum diuortium intercessit et ad eundem
rursum reuersa non renouato pacto man*ente*[9] dote diuortit,
sextas liberorum nomine ita demum retineri posse, si culpa
mulieris diuortium intercessit. ~

108 Paulus libro VIII responsorum titulo de re uxoria. Paulus respon- PAVL. L. VIII. RESP.
dit patrem dotem a se profectam, mortua in matrimonio
filia, deductis quintis singulorum liberorum nomine repetere
posse. ~

109 Paulus respondit pupillorum matrem uxorem ducere tuto-
ribus interdictum non esse et ideo eum, de quo quaeritur,
et priuignum fuisse et recte heredem institutum uideri.

110 Paulus respondit etiam post nuptias copulatas dotem promitti
uel dari posse, sed non curatore praesente promitti debere,
sed tutore auctore.

111 L. Titius a Seia uxore sua inter cetera accepit aestimatum
etiam Stichum puerum et eum possedit annis fere quattuor;
quaero, an eum usuceperit. ~ Paulus respondit, si puer, de

1 t̄m, *id est* tamen *V*; t̄t̊m, *id est* tantummodo *em. ego.* ‖ 2 filii $V^m$, '*male*' *Detl.* ‖ 3 fuerit *malim*; *cf. p.* 29 *n.* 7 *et p.* 40 *n.* 9 ‖ 4 mulierum $V^d$ *ut coniecerant Bienerus et Klenzius*; multorum $V^m$. ‖ 5 aestimatis *om.* $V^m$; *suppleuerat Savigny.* ‖ 6 conuenit *om.* $V^1$ ‖ 7 qui *inserunt* $V^2$ *et Maius male.* ‖ 8 eius *om.* $V^m$. ‖ 9 mante *V*.

quo quaeritur, in furtiuam causam non incidisset neque maritus sciens alienum in dotem accepisset, potuisse eum aestimatum in dotem datum post nuptias anno[1] usucapi. *quamuis enim*[2] Iulianus et ante nuptias res dotis nomine traditas usucapi pro suo posse existimauerit et nos quoque idem probemus, tamen hoc tunc[3] uerum est, cum res dotal*es*[4] sunt. cum uero aestimatae dantur, quoniam ex empto incipiunt possideri, ante nuptias[5] pendente uenditione, non prius usucapio[6] sequi potest quam nuptiis secutis. ⁓ PAVL. L. VIII. RESP.

112 Apud magistratus de plano L. Titius his uerbis a marito repetit. Anicius Vitalis dixit: quoniam praesto est Flauius Vetus iunior, peto re*m*[7] || [8]*uxoriam Seiae nomin*e ab eodem ex legibus et edictis. Dotem et peculium | *scripta habere se d*ixit[9] tabulis signatis nec p*ro*tulit[10]. Flauius Vetus iunior dixit: | —(18)— us sum[11]. duumuirum[12] dixit: sermo uester in actis erit. | *quaero, Seia mortua an a*d heredes eius rei uxoriae actio transierit, cum is qui repe[13] | *tisset neque tutor Seiae neque* curator neque procurator neque cognitor aut *actor e*ius | *fuisset neque omnino actionem* haberet. Paulus respondit mulieris nomine postulatum vid*eri*[14] | *et per quemcunque p*osse actionem rei uxoriae perpetu*a*ri. ⁓ |

*Schol. ad c.* 112 *extr.* B[15] | posse per quemcunque actionem *rei uxoriae* | perpetuar.

c. 111. *cf. Dig.* 41, 9, 1, 2. Vlpianus l. XXXI ad Sabinum. Iulianus inquit, si sponsa sponso ea mente tradiderit res, ut non ante eius fieri uellet, quam nuptiae secutae sint, usu quoque capio cessabit: si tamen non euidenter id actum fuerit, credendum esse id agi Iulianus ait, ut statim res eius fiant et, si alienae sint, usucapi possint: quae sententia mihi probabilis uidetur. ante nuptias autem non pro dote usucapit, sed pro suo.

1 antino *Vd* '*deleta est fortasse littera* i'; *primum* anteno, *deinde* antino, *mox* anno *scriptum uideri auctor est Maius*; ante non *Hollweg*. || 2 *sic Huschke*, quoniam *V*, quamuis *Mai*. || 3 tum *V*¹. || 4 dotalis *V*. || 5 aut *inserit V*; *deleuit Savigny*. || 6 ususcapio *V*. || 7 re *Vd*, rem *Vm*. || 8 *huius paginae primas cuiusuis uersus litteras superstites, cum hodie lateant adglutinatae, a solo Maio habemus*. || 9 'peto Re'*stitulae, quae uxor eius fuit, nomine* ab eodem ex l. et e. dotem et 'peculium: *mandatum sibi ab ea esse* dixit' *Buchholtzium fere secutus Huschkius, male*: *nam mandati si mentio facta esset in iure, eius in responso Paulus meminisset, et tabulae signatae magis ad inuentarium ducunt quam ad mandatum*. || 10 pertulit *V*; *em. Mai*. || 11 *quid responderit qui conuenitur, incertum: ad sententiam aliquatenus explendam ego proposui*: '*actiones excipere paratus* sum' (*quod reiecit Wieding Libellprozeſs* p. 624), '*nullo iure a te postulatus* sum' *Huschkius*. || 12 dumuirum *V*¹, duumuir *V*². || 13 hisquirepe *Vd*; his quaerere *Vm*. || 14 postulatum *utrum Vm*. || 15 b' (*sic testibus Detlefseno et Kruegero*, h' *Maius*) *littera singularis hic et deinceps scholiis ita praemittitur, ut suum uersum occupet*.

113 — (18) — *uerecundiam* hoc est uitae probabilis instrumentum | IMP. . . . *nolumus ita* — (18) — *in periculum* redigi, ut eam praelatam *l*iceat p. . . . tatis[1] eum | — (18) — fretus con*iu*nctionis firmitate proi . . . . . . . . em | — (18) — m iuxta statutum iudicantis adflixerit | *sententia* — (18) — a deprimitur. uiderit enim, utrum in praeteritum, *ex auctoritate Pauli? non nisi* dote repromissa aestimantis aliquid remanere | *debere, eo solo modo*[2] constituta petendi firmitas putaretur e commu|*ni iure dotium*[3], *an*, *quod nobis sanc*tior parentium affectus persuasit, ut in sola[4] | *libelli datione de* dote obligatio gigneretur. frustra euidens | *impugnat calumnia patern*am restituendae dotis uoluntatem astutia here|*dum* — (18) — speciebus, quas doti pater filiae nomine designaue|*rat* — (18) — um libelli scriptione promat et de redhibitione | — (18) — a filiae dotem restitui uoluit, frustra Maximus, | — (18) — *d*esiderat, Renato submoto, cui dos Paulinae no|*mine petita est*, *heredes r*epetitionem instituere potuisse iudicauit. *iure* | *Renatus, quoniam demort*ui[5] uoluntas soceri primo per libellum, dehinc | *testamento declarata est*, *nos* consuluit, auxilium nostrae mansuetudinis in|*plora* — (18) — *un*dique uersum eius actionibus aditum daret. qui cum repetitionem | — (18) — s et uiolato necessitudinis iure secundo soceri iu|*dicio* — (18) — *ad*ipisci merebatur. quapropter Maximi sententia, dotem, cuius | *postulatur restitutio*, *iux*ta extremam restitui uoluntatem, qui eam reddi | *sibi desiderat filium non pro*hiberi placuit; nec enim dubium est effectum restitutio|*nis ei a patre esse d*estinatum, cui dotem filiae nomine per libellum | *dari uoluit*[6].

*Schol. ad* c. 113 *princ.* B' | dotem[7] per libellum promi*ssam* | et sine stipulatione a*fferre* | actionem.

c. 113. *cf.* (*ut uidit Huschkius*) *Cod. Iust.* 5, 14, 7. Pater pro filia dotem datam genero ea prius in matrimonio defuncta nepotibus pactus restitui, licet his actionem quaerere non potuit, tamen utilis eis ex aequitate accommodabitur actio.

1 *propriet*atis *Vm*. || 2 o *uel g. dubiam om. Vm*. || 3 iure dotium *sumpsimus ab Huschkio.* || 4 solo *Vm*, *'male' Detl.* || 5 demortui *item Huschkius.* || 6 *pater Paulinae cum species certas in dotem ei dedisset, maritus eas in libello consignauit pactus cum patre, ut mortua in matrimonio Paulina filiis futuris eas restitueret. nihilo minus in testamento easdem res tamquam ad se pertinentes cum reliqua substantia heredibus reliquit. iam condicione impleta de iis rebus certant heredes patris Paulinae et filius eius Renatus: obtinent heredes apud Maximum, filius apud imperatorem.* || 7 donum *Vm*.

114 Paulus libro VIII responsorum. *Inter*[1] uirum et uxorem conuenit, cum res et | *aliae et ancillae in do*tem darentur, ut diuortio secuto utrum uellet mulier || eligeret uel mancipia uel aestimationem; manent*e matrimonio ancillae* | pepererunt; quaesitum est, si mulier mancipia elegisset, *an partus eam sequi de*|berent? ~ Paulus respondit, quoniam periculo mariti uixeru*nt ancillae, partus medio* | temp*o*re perceptos apud uirum remanere debere[2]. PAVL. L. VIII. RESP.

115 *Idem ibidem* | *refert t*alem consultationem et responsum. ~ | *Lu*cia Titia cum nuberet Septicio maioris dign*itatis uiro, ei* — (18) — | milia in dotem dedit, cum non amplius in bonis ha*beret.* — (14) — *num* | uer*u*m est[3], quod a quibusdam dicitur, omnia in dotem d*ari posse? Paulus respondit recte dotem* | da*t*am; dari[4] posse argumento esse in manu*m*[5] conuentione*m.*

116 | P*ater inui*ta[6] filia repudium gener*o* misit; quaero *an profectam ex suis bo*|nis d*o*tem petere possit. ~ Paulus respondit matrimonium quidem re *ipsa iure solutum* | uideri, sed patri[7] filiam inuitam a marito *abducere non licere nec eum* | dotem repetere posse nisi filia consentiente. ~

117 | Lucius Titius Septiciam ducturus uxorem[8] *cum esset nondum nubilem,* | postea Septicius datus tutor Septiciae eund*em Titium nominavit potiorem* | tutorem; quaero an excusandus sit. Paulus respondit de offici*o praetoris se consuli; recte tamen* | eum facturum, si eum, de quo quaeritur, potiorem non *pronuntiet, ne nuptias* | destinatas ea res[9] inpediat. ~

118 Paulus respondit etiam m*anente adulterii reatu* | eam, quae rea facta erat, nubere potuisse. ~

119 | Vlpianus libro II de officio proconsulis. Impp. Augg. Iulio I*uliano*[10] *rescripserunt* — (18) — *ream fac*|tam[11] dotem recte reddi sibi desiderare diuusqu*e*[12] — (18) — | quod etiam in VLP. L. II. DE OFF. PROCOS.

1 inter *om. V.* || 2 c. 114. 116—118 *supplementa in editione Hollwegiana proposita pleraque retinui.* || 3 ue/um ē $V^d$; uerum e '*nulla linea litterae e uidetur superposita*' $V^m$. || 4 da.... dari $V^m$; '*P.r. omnia bona in* dotem dari' *praestare ait Huschke recte.* || 5 manus *V.* || 6 ...... ia $V^m$. *supplementa Kelleri confirmauit* $V^d$. || 7 set patri $V^d$, set.. patri $V^m$. || 8 ux.. $V^m$. || 9 ea res $V^d$, earum $V^m$ *compendio male soluto.* || 10 *collato rescripto Dig.* 48, 21, 2 *pr. quod inscribitur* '*impp. Seuerus et Antoninus Iulio Iuliano*', *item titulo Interamnae Nahartium reperto Grut.* 422, 7 = *C. I. L. XI,* 4182 *posito* '*L. Iulio L. f. Pal. Iuliano* — — *proconsuli prouinciae Achaiae* — — *legato Aug. pro pr. prouinciae Aquitaniae* — —' *suppleuit Borghesius* (*opp.* 3, 108.). || 11 *sic fere Huschkius propter inscriptionem; uerba mutaui ne spatium excederent.* || 12 diuus quae *uel* dixit quae *V.*

patre seruabitur, qui consentiente filia re*petit* — (18) — | nec moratoriae dilationi locus erit, quod mal — (18) — **VLP. L. XXXIII. AD ED.**

120 | Vlpianus libro XXXIII ad edictum. Inter cetera de reddenda[1] *dote pacta praeter legitimam* | ut retentionum ratio habeatur si quidem conueni*t, eo pacto uerendum est, ne* | non deterior dotis causa fiat, nisi in eum casum, quo *filii extent, conuenerit*; | hoc enim iure utimur et Iulianus scribit et est rescriptum. *tum igitur et uniuersa* | dos retineri uno filio interueniente potest, si modo non culp*a uiri diuortium factum est*. | quod si nihil conuenit, exercendae retentiones non sunt *nisi legitimae*[2]. ~

121 | Papinianus libro IIII responsorum. Non ab eo culpa dissociandi matri*monii procedit, qui nuntium diuor*|tii misit, sed qui discidii necessitatem inducit. **PAPIN. L. IIII. RESP.**

*Schol. ad* c. 121. B'. | Non ab eo culpam diuorti[3] procedere | qui repudium dedit sed qui dandi | necessitatem ind*u*xit[4].

122 | Item. Conuenit ut diuortio uel morte uiri solu*to matrimonio* ||

(*desunt paginae aut centum quinquaginta octo aut centum et sexaginta*)

1 cetera ad redd. *V*[1]; ad *expunxit et superscripsit* in *V*[2], *male opinor emendans. Maius secutus est V*[2]. || 2 c. 120 *post* sunt *spatium uacare testes sunt Detlefsen et Krueger;* nisi legitimae *addidi in ed. priore secutus fere Hollwegium, neque spatium illud supplemento uidetur obstare.* || 3 diuortii *Vm*. || 4 indixit *V*.

## DE EXCVSATIONE.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

123 eum, de quo agitur, et de incolumitate eius sibi rescribant. ~ VLP. L. DE EXCVSAT.[1]

124 Item. Hi quoque, qui sunt ex collegio sex primorum, habent a tutelis excusationem, sed non simpliciter, sed post unam; nam non alias a ceteris uacant, nisi unam habeant. ~

125 Item. Olim uarie obserua*ba*tur[2] circa numerum tutelarum, sed hodie certo iure utimur tam ex rescriptis diuorum[3] quam ex constitutionibus imperatorum nostrorum; nam si quis tres tutelas siue curas habea*t*[4], excusatur. ~

126 Item. Haec locuti sumus de tutelis, finitis non inputandis; eodem loco sunt et non coeptae. ~

127 Item. Sed hodie hoc iure utimur, ut si filium quis habeat in potestate, tam patris quam fili onera patri in numerum procedere *debeant*[5]. ~

128 Item. Hodie itaque, ut quis excusetur, tria onera allegare debet siue tutelarum siue curarum siue etiam curae kalendari; et siue eiusdem *siue non eiusdem*[6] tituli sint tria onera, a quarta excusant. ~

129 Item. Valetudo quoque mala praesta*t*[7] uacationem, si talis sit, ut ostendat eum ne quidem rebus suis administrandis idoneum esse. ~

130 Item. Si quando autem huiusmodi ualetudo adfirmetur, inspectio praetoris necessaria est. siue autem quis arthriticus sit siue posicus[8] siue epilepticus[9] siue orbus, et his similia, excusantur. ~

---

1 c. 123—170 *excerpta esse ex Vlpiani libro singulari de excusationibus docui in ed. mai. p.* 394 *sq.* ‖ 2 obseruatur *V.* ‖ 3 principum *inseruit Barkowius, recte opinor*; *cf.* c. 149. 277. 280 *et Dig.* 27, 9, 14: *uide tamen Cod. Iust.* 11, 33, 2, 2 ‖ 4 habeant *V*[dk]; 'n *fortasse deleta' Maius.* ‖ 5 debeant *addidit Böcking.* ‖ 6 siue non eiusdem *addidi.* ‖ 7 praestant *V*; 'n *uidetur expuncta' Mai.* ‖ 8 posicus *V*; *in quo lateat necesse est morbus talis, quali qui afficitur rebus suis gerendis praeterea idoneus sit, iter tamen facere uel certe in publicum prodire non possit. quare cum non satisfaciat Dirksenii* psoricus *multoque minus* phthisicus *Barkowii, scribi poterit aut* podagricus (*coll. Cod. Iust* 10, 51, 3) *aut fortasse* leprosus. ‖ 9 epilempticus *V*; *et* ἐπιλημπτικός ἐπίλημπτος ἐπίλημψις *apud Graecos quoque in usu fuisse docent lexica.*

131 Item. Verba rescripti: 'Libertus, qui negotia senatoris populi Romani gerit[1], a tutela excusatur; a muneribus autem ciuilibus, cum ipse quoque bonis publicis fruatur, non uacat'. ~

132 Item. Sic autem interpretantur prudentes has constitutiones, ut unum libertum procuratorem in quaqua domo senatoris[2] uoluerint uacare, non quotquot erunt, si plures fuerint. ~

133 Item. Ergo uidemur hoc iure uti, ut is uacet, cui omnium rerum generaliter procuratio mandata sit, et non amplius quam unus.

134 Item. Arcari Caesariani, qui in foro Traiani habent stationes[3], ex sacris constitutionibus multifariam emissis habent immunitatem. ~

135 Item. Qui iam tutores uel curatores sunt, si reï publicae causa absint, ad tempus excusantur. ~

136 Item. Eum, qui uiae curam habet ab imperatore iniunctam, excusari. ~

137 Item. Anabolicari[4] a tutelis curationibusque habent uacationem. ~

138 Item. Ii qui in centuria *ac*censorum[5] uelatorum sunt, habent immunitatem a tutelis et curis.

139 De litibus, quas tutor cum pupillo habet, an propterea excusetur? et dicit[6] propterea non excusandum et extant rescripta. ~

140 Item. Veterani quoque post emerita stipendia miss*i*[7] honesta missione in perpetuum a tutelis uacant. ~

141 Item. Primipilaribus ob id ipsum, quod primipilares sunt, uacatio a tutelis a diuo Hadriano dari coepit. ~

142 Item. Decuriales quoque, qui ob id ipsum uacant, a tutelis[8] condecurial*i*s[9] filii non uacare, si non habeant aliam excusationem. ~

143 Item. Neque autem primipilarium filii neque ueteranorum a tutelis excusantur.

144 Item. Is qui inter uigiles militat, quamuis post emerita stipendia legitima missus sit, non in perpetuum uacat a tutelis, sed intra annum, quam missus est; ultra non uacat. ~

---

1 gerit *V*$^{dk}$, curat *V*$^{m}$. ‖ 2 senatoria *malim.* ‖ 3 *cf. uita Hadr.* c. 7: '(*Hadrianus*) *infinitam pecuniam quae fisco debebatur — remisit syngraphis in foro diui Traiani — incensis*'. ‖ 4 anabolicari *uidentur esse nauicularii ex Aegypto frumentum aliaque ad urbem aduehentes; cf. Stephan. lex. s. u.* ἀναβολεύς, *uita Aurel.* c. 45, *Cod. Theod.* 13, 4, 7. ‖ 5 centuriacensorum *V; em. Borghesius Blumius Barkowius.* ‖ 6 et didici *malim.* ‖ 7 missisi *V*; *em. Hollweg.* ‖ 8 uacant a tutelis, a tutela *malim.* ‖ 6 condecuriales *V.*

145 Item. Officium quoque militare excusat; namque[1] munus emeritum prodest, multo magis, cum frequentatur. ~ VLP. L. DE EXCVSAT.

146 Item. Qui Romae magistratu funguntur, quamdiu hoc funguntur, dari tutores non possunt. ~

147 Item. Imperatores nostri constituerunt, ne *nisi* intra[2] ducentesimum miliarium senator populi Romani cogatur res pupillares administrare. itaque in usu ita seruatur, ut ad eas res, quae ultra ducentesimum lapidem sunt, equestri*s* ordini*s*[3] uiri dentur tutores siue[4] curatores a praetore; et hoc non tantum in eo senatore seruatur, qui decreto tutor uel curator datus est, sed et in eo, qui testamento. ~

148 Item. *Is*[5] qui in Portu pro salute imperatoris sacrum facit ex uaticinatione archigalli, a tutelis excus*a*tur[6]. ~

149 Item. Philosophis quoque et medicis et rhetoribus et grammaticis, quibus per[7] hanc professionem immunitas dari solet, etiam uacatio a tutelis datur tam diuorum principum rescriptis quam imperator*um* nostr*orum*[8]. qua*ntum*[9] ad medicos uniuscu*i*usque ciuitatis pertinet, intra numerum quinque esse debere sacrae constitutiones docent. cetera[10]. ~

150 Item. Neque geometrae neque hi qui ius ciuile docent a tutelis excusantur. ~

151 Item. Qui muniti sunt aliquo priuilegio, aliquando *non*[11] admittuntur ad excusationem; uelut[12] si minor sit annorum XXV, si adfini datus sit tutor et aliquem usum rerum habeat; quod ius uenit ex epistula diui Hadriani. ~

c. 145. *cf.* c. 222 *excerpta plenius et melius ex eiusdem libri secunda editione*: Vlp. l. de off. pr. tut. Officium q. m. excusat, nam cum munus emeritum prodest, multo magis cum frequentatur prodesse debet.

c. 151. *cf.* c. 223 *excerpta ex eadem editione secunda*: hi qui muniti — annis XXV adfini datus tutor et — habeat hereditariarum, quod — Hadriani *rel.*

1 namque *pro* nam cum *breuiator, ut extrema duo uerba resecaret* (*uide supra*). || 2 ne intra *V*; ne ultra *coniecit Maius; nisi inserui ego.* || 3 aequestri ordini *V*dk; 'τῷ ordini *uidetur addita* s' *Maius.* || 4 siue *V*d '*sic*', uel *V*m. || 5 iis *V.* || 6 excusantur *V.* || 7 propter *coniecit Maius.* || 8 imperatoris nostri *V*; *quod emendaui collatis* c. 125. 147. 158. 159. *cf. ed. mai. p.* 395. || 9 quam *V*; *em. ego*; quod *coni. Maius.* || 10 *sic mutilauit breuiator quod ex diui Pii epistula ad commune Asiae rettulerat Vlpianus* (*cf. Modestinus Dig.* 27, 1, 6, 2) *in metropolibus immunes esse debere medicos denos, grammaticos quinos, rhetores quinos, in oppidis, ubi conuentus fit et ius dicitur, medicos septenos, grammaticos quaternos, rhetores quaternos, in reliquis oppidis medicos quinos, grammaticos ternos, rhetores ternos.* || 11 non *ex* c. 223 *accedit.* || 12 uelut *V*d '*sic*'; ueluti *V*m.

VLP. L. DE EXCV SAT.

152 Item. De libertis[1] quoque, quamuis multa priuilegia excusationum praetendant, tamen a patroni sui liberorum tutela non excusantur. ⁓

153 Item. Qui patri pupilli promiserunt se suscepturos tutelam, non excusantur, quia est iniquum[2] alios non esse datos. ⁓

154 Item. Si inmiscuit se administrationi tutor, perdit beneficium excusationis: plus enim egit, quam si promisisset; idque diui fratres Domitio Rufo rescripserunt in haec verba: Liber*ari* tutela, quam sponte suscepisti, p*erp*eram desideras[3]. ⁓

155 Item. Igitur obseruandum deinceps erit, ut qui tutor datus *sit*[4], si quas habere se causas excusationis arbitrabitur, adea*t*[5] ex more. *nec*[6] in infinitum captiosi silentii temp*us*, per qu*od*[7] res interfrigescat, concessum sibi credant[8]: hi qui Romae uel intra centesimum fuerint, sciant in proximis diebus quinquaginta se excusationis causas allegare debere aut capessere administrationem; ac nisi id fecer*int*[9], in ea causa for*e*[10], in qua sunt, de quibus consules amplissimi decreuerunt periculo suo eos cessare. ⁓

156 Item. Formam autem ex hac constitutione datam hodie in usu ita celebrari animaduertimus, ut ex eo die incipiant quinquaginta dies enumerari[11], ex quo sciera*t*[12] se esse tutorem uel curatorem, scilicet ex eo, ex quo in notitiam eius decretum p*er*latum[13] sit testato, uel, si testamento datus sit, ex quo id qu*o*qu*o* *modo*[14] scierit. itaque ubi sciit, ne praescriptione quinquaginta dierum excludatur, si sint *s*essiones[15] uel pro tribunali uel de plano, aduersario, id est ei, qui eum petit, denuntiare debet et adire praetorem et titulum excusationis suae apud eum expromere; si feriae sint, libellos det contestatorios. ⁓

157 Item. Tunc demum excusandus est, q*ui* prius datus fuerat,

---

1 liberti *scribi debuit, sed similiter est* c. 139. ‖ 2 inicum *V*. ‖ 3 liberi tutela q. s. s. praebe nam desideras *V*; liberari t. q. s. s. perperam desideras *ego*; liberari t. q. s. s. improbe nunc desideras *Huschke;* liberis tutelam q. s. s. praebe, nam desiderasti *coni. Maius.* ‖ 4 sit *addidit Maius.* ‖ 5 ad ea *V; em. Maius. in ed. mai. scripseram* ad eas. ‖ 6 s' = sed *V*; n' = nec *em. Maius. possis etiam scribere* sed et ne. ‖ 7 temporis per quam *V*; *em. Maius.* ‖ 8 credant '*sic*' $V^d$, credat $V^m$. ‖ 9 fecerit *V*. ‖ 10 foret '*sic*' $V^d$: fore $V^m$. ‖ 11 numerari *malim.* ‖ 12 scierant *V*. ‖ 13 prolatum *V; em. Buchholtz. cf.* c. 166. ‖ 14 q̄q̄ *id est* quaequae $V^d$; quoque $V^m$; q̊q̊m̊ *em. ego collato loco Ulpiani Dig.* 26, 7, 5, 10 *de testamentario tutore: 'innotescere qualiter 'qualiter sufficit, non utique testato eum conueniri; nam etsi citra 'testationem, scilicet undecumque cognouit, nulla dubitatio est, quin de- 'beat periculum ad ipsum respicere'.* ‖ 15 cessiones *V*.

si is quem nominauerit et potior necessitudine et idoneus re fideque uel absens *d*eprehendatur[1]. ~ VLP. L. DE EXCVSAT.

158 Item. Pars orationi*s*[2] imperatoris Seueri. Promiscua facultas potioris nominandi nisi intra certos fines cohibeatur, ipso tractu temporis pupillos fortunis suis priuabit. cui rei obuiam ibitur, patres conscripti, si censueritis, ut collegae patris uel[3] pupilli in decuria uel corpore, ~ item cognati uel affines utriusque necessitudinis, qui lege Iulia et Papia excepti sunt, potiorem non nominent, ceteri cognati uel adfines amiciue atque municipes eos tantummodo nominent, quos *sup*ra[4] complexus sum, uicinitatis autem iure nemo potior existimetur. ~

159 *Imperatores* nost*ri*[5] Aelio Diodoto. ~ Tutores secundum patris uoluntatem decreto praetoris clarissimi uiri, quo*d*[6] non iure testamento uel cod*i*cillis dati fuerant, confirmatos potiores nominare[7] posse non arbitramu*r*[8], nam iudicium patris, licet iure deficiat, seruandum est.

160 Item. Libertus sicut excusare se a tutelis, ita *etiam*[9] potiorem nominare potest.

161 Item. Ex ea die, ex qua quis potiorem nominauit, deinceps omnibus sessionibus aduersus eum, quem nominauit, adire debet, usque dum causam finiat: ceterum si aliquam sessionem intermiserit is, qui potiorem nominauit, praescriptione excluditur. plane illa sessio, quae de plano celebratur, ei non computabitur.

162 Item. Si is qui potiorem nominauit, litteras petierit ad magistratus, ut compellant eum uenire, quem potiorem nominauit, *postquam*[10] libellos dedit altera[11] die litteras accipere debet ac[12]

c. 159 = c. 246, *ubi idem rescriptum adlegatum item* c. 211 *affertur ex Paulo*: Imperatores nostri A. D. suo salutem. Tutores — seruandum est.

1 repraehendatur *V*; *em. Blumius.* || 2 oratione *V*. || 3 patris sui uel *V*; sui *deleui ortum ex falsa geminatione;* patris auiue pupilli, *quod Huschkius proposuit, eo refutatur quod ex* c. 213 *constat aui orationem non meminisse.* || 4 cura *V*; *em. Kellerus aliique.* || 5 *superest in V* n̊; *fuisse uidetur olim* impp̄ n̊n̊. || 6 quos *V*. || 7 nominare potiores *Paulus.* || 8 arbitramus *V*. || 9 ita nec *V*; *at sic et oratio hiat negatione in altero colo omissa, in altero adiecta et sententia peruersa est, cum de liberto patroni liberis tutore dato minime uerba accipi possint. uidetur aut librarius* n' *et* ēt' *permutasse aut epitomator male in compendium redegisse quod scripserat fortasse Vlpianus*: libertus sicut excusare se potest, ita nec potiorem nominare prohibetur. || 10 *addidit Hollweg.* || 11 altera *Hollwegius,* alia *V*, *potueruntque facile permutari* alta *et* alia. || 12 ad *V*.

magistratibus reddere per dinumerationem uicenum milium
163 passuum. ~ Item. Illud curare debet, ut intra diem decimum quam litteras reddidit magistratibus, rescriptas[1] deposcat; et ubi eas acceperit, per dinumerationem simili modo reuerti debebit et si sessionem inuenerit pro tribunali, reddere praetori, ut subnotet sua manu quod uolet. ~

164 Item. Si quis eos, quos potiores[2] nominauit, non probauerit, si adhuc intra quinquagesimum diem est, alios potiores potest nominare. ~

165 Item. Quamuis supra dixerimus[3] eum qui potiorem nominauerit, si aliquam sessionem intermiserit pro tribunali, praescriptione submoueri, utique uerum est, si litterae non sunt impetratae; ceterum ex quo inpetratae sunt in eum diem, quo reddi praetori rescriptae debent, et*si*[4] hoc medio spatio sessio fuerit, non oberit, si sessionibus non adierit; et ita in usu seruatur. ~

166 Item. Libelli ita formandi. 'Cum proxime decreto tutorem 'me dandum existimaueris illi, quod mihi in notit*i*am pertulit '*ille*[5] illa die, nomino potiore*m*[6], ut municipe*m*[7] supra scripti, 'illum, Veientanum, morantem eo loco, habentem in substantia 'plus minus tantum'. si eques Romanus fuerit qui *p*otior nominabitur, etiam hoc comprehendi debet. Deinde fine talem clausulam *a*ddat: 'rogo, praetor, propter praescription*is*[8] tem-
167 pora libellos accipere digner*is*'. ~ si pro tribunali dabuntur, quinque[9], de plano quattuor dandi erunt et petendum, ut
167a denuntietur ex auctoritate. cum denuntiauerit et[10] non uenerit, libellos det et[11] litteras petat. ~

168 Item. . . . . . . [12] quidam tamen iustos secundum has *l*eges putant dici. diui quoque Marcus et Lucius Apronio Saturnino ita scripserunt[13]: 'si instrumentis probas habere te iustos tres 'liberos, excusationem tuam Manilius Carbo praetor uir claris-

---

1 rescripta *V*. || 2 potiorem *V*. || 3 quod uero supra diximus *malim uel* id *inseri ante* utique. || 4 si *suppl. Mai.* || 5 ille *addidi*, peruenit *pro* pertulit *Huschke.* || 6 potiores *V*. || 7 municipes *V*. || 8 praescriptiones *V; em. Keller.* || 9 ū *V*; uel *pro* quinque *priores; cf.* c. 210. || 10 denuntiauerit et *V ex corr. m.* 1 *testibus Maio et Kruegero,* denuntiaueris et *V ante corr., de qua dubitabat Detlefsenus; fortasse post* et *intercidit* is *uel* cui denuntiauit. || 11 det et '*sic*' *Vd*, det ut *Vm*. || 12 *hoc loco quae exciderunt siue librarii culpa siue ipsius breuiatoris, collatis locis infra* c. 194 *et Coll.* 16, 3, 3 *et Dig.* 27, 1, 2, 3 *talia fere uidentur fuisse: 'iustos autem liberos esse oportet, id est 'non naturales, sed ex uero matrimonio etsi non secundum leges Iuliam 'Papiamue quaesitos'.* || 13 scribserunt '*sic*' *Vd*, rescribserunt *Vm*.

'simus accipiet. sed iustorum mentio ita accipienda est, ut[1] 'secundum ius ciuile quaesiti sint'.[2] ~ VLP. L. DE EXCVSAT.

169 Item. *In*[3] adoptionem dati ad hanc causam proderunt. ~

170 Item. Ius liberorum a principe impetratum nec ad hanc causam nec ad mu*nera prodest.*

*(desunt paginae duae)*

171 || tionem poterit s — (40) — | non enim testamentarius — (40) — ~ | ?

172 Paulus libro II sententiarum. Pro t — (40) — | ut est Latinus Iuni*anus* — (40) —, *item qui codi*|cillis ad testamentum non pertinen*tibus tutor datus est*[4]. | PAVL. L. II. SENT.

173 Ulpianus de officio prae*toris tutelaris* — (40) — *Habentem in Ita*|lia domicilium consen*taneum est a prouinciali administratione liberari*; *iis itaque mu*|neribus subicietur ta*ntummodo, quae pertinent ad res Italicas pupilli*[5] — (40) — | recuperabit. ~ VLP. L. DE OFF. PR. TVT.

173a *Item. Si ei, quem pater testamento tutorem nomina*|uit, sacerdotium conti*git*, — (40) — *quo aduersus* | tutelam priuileg*ium continetur*[6], *tamen ita demum excusabitur, si ante* | apertum testamentum sacerdo*s factus est.* ~ |

174 Item. Haec de sa*cerdotio dicta pertinent ad eum quoque, cui magistratus* | excusationem con*fert*; *itaque haec non liberat nisi a tutelis eo tempore delatis,* | quo quis consul uel praetor uel *aedilis est.* ~ |

175 Item. Collegas eos *accipimus*, — (40) — *eandem artem* | exerceant quam pater f*actitarit* — (40) — | quo pater pupillorum ex — (40) — ~ |

176 Item. Sicut autem de — (40) — | lium et ita imperator noster — (40) — |

177 Item. Veteran*i a reliquorum tutelis omnibus excusantur, a* |

c. 172. *hinc restitutum caput apud Paulum* 2, 27, 6.

c. 177. *cf. Dig.* 27, 1, 8, 10, *ubi sic ait quem constat Vlpiani libros de excusationibus et de officio praetoris tutelaris perpetuo adhibuisse Modestinus l. III excusationum:* ἐζητήθη δέ, πότερον μίαν καὶ ἅπαξ ἐπιτροπὴν ἀναδέχονται οἱ πάλαι στρατιῶται ἢ ἑνὶ καιρῷ οὐ πλέον τοῦ ἅπαξ, παυομένης δὲ τῆς πρώτης ἐπιτροπῆς πάλιν ἀναλή-

1 ut '*sic*' *V*d, uti *V*m. || 2 *hucusque peruenire rescriptum uidit Huschkius.* || 3 in *om. V.* || 4 *Rudorffius* (*Vormundschaft* 1, 279) *sic fere restituit:* 'pro t*estamentario tutore non habebitur testamento inutiliter datus,* | ut est 'Latinus Iuni*anus, quem lex tutorem testamento dari uetat, item qui codi*|- 'cillis ad testamentum non pertinen*tibus tutor datus est' adhibitis locis Gai* 1, 23, *Vlpiani* 11, 16, *Dig.* 26, 2, 3. || 5 c. 173 *suppleui ad Dig.* 27, 1, 19 *et Cod. Iust.* 5, 62, 2. || 6 *cf. C. I. L.* X, 3704: '*cum priuilegio sacerdoti Caeninensis munitus potuisset ab honorib. et munerib.* '*facile excusari.*' *capita* 173 a. 174 (*cf.* c. 146) *suppleui ego* (*cf. Staatsrecht* 3, 226).

ueteranorum autem *filiorum tutelis ita, ut non plus unam* VLP. L OFF. TVT
*suscipere cogantur.* | sed utrum simul non plus *unam eiusmodi tutelam suscipere debeant an sufficiat semel suscepisse* | unam, tractari potest. puto *tamen gestam tutelam eis non profuturam et ita* | inueni rescriptum [1]. ~

177a *Item. Missi nisi honesta missione non ex*|cusantur et ita de ig*nominiose dimissis imperatores* — (40) — | riae Sabinae rescripser*unt* — (40) — | exauctoratum e — (40) — ~ | Ab urbicis plan[e tutelis excusabuntur, quia ingredi eis urbem non licet.] sed etsi non sint perfuncti [2] *stipendiis, tamen qui post annum uigesimum missi sunt,* | si missionem non *ignominiosam acceperunt, excusantur* [3]. ~ |

178 Item. Sed primipil*ares etsi a reliquis tutelis uniuersis excusantur,* || *tamen ipsi filiis suis recte tutorem* primipilarem dabunt | — (40) — legare quoque. ipse quoque in locum | — (40) — ~ |

179 *Item. Sacerdos ad tempus factus* [4] *etsi excusatur d*um sacerdotio fungitur, | *tamen postquam id deposuit, priuilegium amplius non habet et ita* [5] rescripto diui Pii declaratur | — (40)— ~ |

180 *Item.* — (40) — *qui* sunt in primipilaribus | — (40) — *ex*emplo ueteranorum | *excusantur.* ~ |

181 — (40) — ı ueterem suam emp | — (40) — sestertia [6] centum mi|*lia* — (40) — *consum*matam eam nan | — (40) — ~ |

182 — (40) — ducit; nam minor uigin|*ti quinque annis* — (40) — *a tut*ela excusantur ut | — (40) — o daret minores XXV | *annis* — (40) — ~ |

183 *Item.* — (40) — *cui data est* a principe [7] negotiorum | *fiscalium administratio, quamdiu administrat,* onera tutelarum | *suscipere non cogitur, ne publicae rei utilitas priuatoru*m iniuriam adferat [8]. |

*ψονται· ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἰδιωτῶν αἱ παυσάμεναι οὐ βοηθήσουσιν τοῖς ἐσχηκόσι οὐδὲ εἰς τὰς τρεῖς ψηφίζονται, οὕτως καὶ ἐπὶ τῶν πάλαι στρατιωτῶν οὐκ ὠφελεῖ τὸ γεγενῆσθαι. Vide praeterea Cod. Iust.* 5, 65, 2.

c. 177 *a. cf. Dig.* 27, 1, 8, 9. Modestinus libro III excusationum. *Γράφει δὲ καὶ Οὐλπιανὸς οὕτως*: sed ignominia missi ab urbicis plane tutelis excusabuntur, quia ingredi eis urbem non licet.

---

1 *supplementa* c. 177, *item quae sequuntur mea sunt.* || 2 perfecti *V*m *compendio male soluto.* || 3 *suppleui ad Dig.* 27, 1, 8, 2 || 4 *ita fere Huschke recte.* || 5 a *om. V*m. c. 179 *suppleui ego.* || 6 estertia '*sic*' *V*d; extertia *V*m. || 7 principio *V*m, *improbante Detlefseno.* || 8 *suppleui usus Dig.* 27, 1, 41 *pr., Cod. Iust.* 5, 62, 10, *Inst.* 1, 25, 1.

183a *Item. In ualetudinem quoque qui inciderit, aut ad tempus aut in perpetuum a tutela* excusabitur. hi quos ua[1]|*letudo perpetua excusat* — (40) — *eas quoque* tutelas, quas ante | *susceperant, deponunt.* ~ | VLP. L. DE OFF. PR. TVT.

184 *Item. In furorem qui inciderit, item excusa*bitur etiam ab ea quam antea sus|*ceperat tutela, neque tamen in totum, sed in locum furio*si ad tempus curator | *dabitur.* ~ |

185 *Idem. Imp. . . . . rescripsit L. Titio adfirmanti impare*m per rusticitatem se alie|*nis negotiis gerendis esse, rusticitatem posse excusationem* mereri. pau*per*tas pla|[ne dat excusationem].[2] ~ |

186 *Item.* [Tria onera tutelarum excusatione]m tribuunt. tria autem o|[nera sic sunt accipienda, ut non numerus pup]illorum plures tutelas faciat, | [sed patrimoniorum separatio. et ideo qui tribus] fratribus tutor datus est, || qui indiuisum patrimonium habent[3], uel quibusdam tutor, quibusdam curator, unam tutelam suscepisse creditur. ~

187 Item. Qui curam kalendarii Gaditanorum a principe in*iun*ctam[4] in *e*questri[5] ordine susceptam administrabat. . . . . .[6].

188 In tribus non inputabitur tutela uel cura, quae affectata est. affectatam sic accipiemus, si uel appetita uideatur uel cum posset quis se excusare, ab ea se non excusauit. creditur enim affectasse, qui onus cum posset declinare non recusauit,

c. 183 a. 184. *cf. Vlpianus apud Modestinum Dig.* 27, 1, 10, 8. Aduersa quoque ualetudo excusat, sed ea quae impedimento est, quo minus quis suis rebus superesse possit, ut imperator noster cum patre rescripsit. *l.* 12 *pr. eod.* Sed in hoc rescripto adiectum est solere uel ad tempus uel in perpetuum excusari, prout ualetudo [est] qua adficitur. furor autem non in totum excusat, sed efficit, ut curator interim detur.

c. 185 = c. 240 Vlp. de off. pr. tut. Paupertas plane dat excusationem *et rel. cf. Dig.* 27, 1, 7. Vlp. l. sing. excus. Paupertas sane dat excusationem *et rel.*

c. 186 = *Dig.* 27, 1, 3. Vlp. l. sing. de off. pr. tut. Tria o. t. dant excusationem. Tria — creditur.

1 ua *om. Vm.* || 2 c. 185 *suppleui usus Rudorffianis Vormundschaft* 2, 56. || 3 haberent *Dig.* || 4 inductam *V*, *emendauit Buchholtz: scilicet duo fuerunt genera curae kalendarii, antiqua inter munera municipalia posita* (*Dig.* 50, 4, 18, 1) *et quam tituli passim memorant principis iussu suscepta, neque principes ipsam curam constituerunt, sed pro re eam ab ordinis electione ad suum arbitrium transtulerunt* || 5 sequestri *V*; *em. Maius. curatores kalendarii quos noui ex equestri ordine omnes sunt neque inter eos reperitur uir senatoriae dignitatis; sed fortasse Vlpianus sub cura kalendarii etiam rei publicae curam comprehendit re uix diuersam et saepe a senatoribus administratam.* || 6 *excidisse quaedam cum inde intellegitur quod deficit* item *in hoc titulo raro omissum tum ostendit sententia: nam cura kalendarii etsi tutelae proxima est, non ita ut hic legitur ad praecedentia applicari potuit.*

et id saepe decretum est in tutore, qui non potuit inuitus dari tutor, uel curatore, qui[1] cuius fuerat tutor, curator est nominatus. ~ VLP. L. OFF. P TVT.

189 Item. Si quis inter tres emancipati fili sui tutelam administret, an ei haec in numero cedat[2], scio dubitatum. inuenio tamen Fuluio Aemiliano in person*a*[3] Manili Optiui rescriptum emancipatae filiae tutelam numerari ei[4] inter onera oportere. ~

190 Item. Tria autem onera in domo esse sufficit. proinde si pater alicuius uel filius uel frat*er*[5], qui est in eiusdem potestate, tria onera sustineat, quae ad periculum patris pertinent quoniam uoluntate eius administrant, omnibus excusatio a tutela competit. ~

191 Item. Numerus quoque liberorum a tutela excusationem tribuit ciuibus quidem Romanis earum tutelarum, quae Romae sunt iniunctae, a triu*m*[6], earum uero, quae in municipiis Italicis iniunguntur, *a*[7] quattuor numero liberorum; idque imperator noster et diuus Seuerus Claudio Herodiano rescripserunt. ~ Et ideo si quis a magistratibus municipalibus fuerit datus, quattuor numero liberorum debebit excusari. ~

192 Item. S*ed*[8] si in prouincia delata fuerit tutela, licet Romae excusatio allegetur, a quinque liberis debet recipi. ~

193 Item. Exemplo ciuium Romanorum Latinos Iu*ni*anos[9] excusari oportet. ~

194 Item. Iusti autem an iniusti s*i*nt[10] filii, non requiritur; multo minus in potestate necne sint, cum etiam iudicandi onere iniustos filios releuare Papinianus libro V quaestionum scribat. ~

195 Item. Ex filia nepotes *non*[11] prodesse ad tutelae liberationem

c. 189 *cf. Dig.* 27, 1, 15, 16. Modestinus l. VI excus. Vlpianus libro singulari de excusationibus ita scribit: Si quis inter tres tutelas emancipati — inuenio tamen rescriptum — oportere.

c. 190 = *Dig.* 27, 1, 5. Vlp. l. sing. de off. pr. tut. Tria onera in domo una esse — patris sui spectent, quia uol. — competit; sed si non patris uoluntate administrent, non prodesse saepe rescriptum est.

c. 191 *de rescripto hoc ad Herodianum cf.* c. 247.

1 curator ei qui *V*; *em. Maius*; curator qui eius *coniecit Hollweg.* || 2 in numerum procedit *Dig.* || 3 personam '*sic*' $V^d$, persona $V^m$. || 4 ei *om. Dig.* || 5 frater *Dig.*, fratres *V*. || 6 filiorum *inserit V*, *deleui ego; cf. Dig.* 27, 1, 2, 7: *οὐδαμοῦ ἐστὶν ῥᾳδίως εὑρεῖν ὅτι περὶ υἱῶν διαλέγεται διάταξις, ἀλλὰ περὶ τέκνων.* || 7 *addidit Huschke.* || 8 sed et *V*; *em. ego.* || 9 iumanos *V*. || 10 sunt $V^d$, sint $V^m$. || 11 non *add. Mai.*

sicuti nec ad caducorum uindicationem palam est, nisi mihi proponas ex ueterano praetoriano genero socerum auum effectum; tunc enim secundum orationem *diui*[1] Marci, quam in castris praetoris recitauit Paulo iterum et Aproniano[2] conss. VIII id. Ian., id habebit auus, quod habet in nepotibus ex filio natis. cuius orationis uerba haec sunt: 'et quo facilius 'ueterani nostri soceros repperiant, illos quoque nouo priui-'legio sollicitabimus[3], ut auus nepotum ex ueter*ano*[4] praeto-'riano natorum iisdem commodis nomine eorum fruatur, qui-'bus frueretur, si eos haberet ex filio'. ~ VLP. L. DE OFF. PR. TVT. p. C. 168.

196 Item. In adoptionem dedisse non nocet, nec adoptasse ad excusationem proderit, quoniam soli naturales tribuunt excusationem. ~

197 Item. An bello amissi a tutela excusare debeant? nam et in fascibus sumendis et in iudicandi munere pro superstitibus habentur, ut lege Iulia de maritandis ordinibus de fascibus sumendis et publicorum kapite *XXVI*[5], item priuatorum kapite uicensimo VII de iudicando cauetur. et puto constituendum, ut et a tutelis excusent; proinde siue tres bello amiserit siue unum duosue, pro superstitibus cedent. ~

198 Item. Sed utrum soli filii an et nepotes debent prodesse? subsistendum, quoniam lex quidem priuatorum kapite XXVII '*ex* se nat*os*'[6] appellat, lex uero publicorum kapite XXVI liberorum facit mentionem. puto tamen eandem esse aequitatem in nepotibus, qui in locum filiorum succedunt, quae est in filiis. ~

199 Item. Vtrum in acie dumtaxat amissus an tempore belli amissus prosi*t*[7]? Aristo in acie amissum dumtaxat; ego puto per tempus belli amissum debere prodesse, ne publica strages patri noceat[8]. ~

200 Item. Erit haec etiam excusatio, si quis se dicat tutelam alicuius administrasse et ad curam eius uocetur: nam inuitum non esse compellendum suscipere imperator noster cum patre

201 Polo Terentiano rescripsit; ~ item si quis uxori suae[9] cura*tor* datur, nam sicuti senatus censuit, ne quis eam ducat, cuius tutor uel curator fuit, ita uxoris suae non debere[10] curam administrare diuus Seuerus Flauio Seueriano rescripsit.

1 dei *V compendio* đ, *quod alibi adest, hic ut aliis locis tribus male soluto in* dei *pro* diui (c. 210. 220) *uel* diuorum (c. 249). || 2 iterum *post* Aproniano *inseri iubet Borghesius.* || 3 *fortasse scr.* sollicitauimus. || 4 ueteriano *Vdk*; ueterano *Vm.* || 5 uiginti sex *V.* || 6 xxuii senatus *V*; *em. Blumius.* || 7 sed *inserit V, deleui ego.* || 8 '*contraria sententia eidem Vlpiano adscribitur in Dig.* 27, 1, 18'. *Hollweg.* || 9 uxoris suae *V.* || 10 quemquam *puto excidisse.*

202 ~ Item. Proinde si cui fuerit pupilla a patre desponsa, non debebit ei tutor dari, ne nuptiae inpediantur, et datus excusabitur; et si sponsae suae curator fuerit datus, debebit excusari; nisi forte a patre tutor uel curator fuerit destinatus. aut enim ipse eam pater despondit et utrumque perficiet[1]; aut post mortem patris desponsa est et magis est, ut uoluntati patris obtemperetur in onere quam ipsius in matrimonio: quare nuptiae inpediuntur. ~

203 Item. Est et hoc genus excusationis, si quis se dicat domicilium non habere Romae delectus ad munus uel in ea prouincia, ubi domicilium non habet, idque et diuus Marcus Pertinaci et Aeliano consulibus[2] rescripsit. ~

204 Item. Proinde qui studiorum causa Romae sunt praecipue ciuilium, debent || [3] *excusari, quamdiu i*uris[4] causa Romae agunt studii cura distracti; et ita | — (16) — *imperator*[5] Antoninus Augustus Cereali a censibus et aliis | *rescripsit.* ~

205 Item. Proinde si quis ad urbicam dioecesim[6] pertinens | *testamento tutor dabitur*[7], excusare se debebit ab eo patrimonio, q*uod*[8] in regio|*nibus iuridicorum est, pariter*[9] a re prouinciali. sed caueat, si legatum accepit, hoc facere; li|*cite enim urbana sola admi*nistrat, uerum q*uia* n*on*[10] in plenum uoluntati paret, legati | *ei petitio denega*bitur, idque diuus Marcus in eo, qui se a re prouinciali excusauit | *legato honorat*us, Claudio Pulchro rescripsit. ~

206 *Item. An is qui se u*oluit[11] excusare nec optinuit, postea potiores nomi|*nare possit, scio quaesitu*m[12]. et magis est ut possit, si eum tempora patiantur; *quos*[13] enim | *habet, iis utetur dieb*us, licet potior nominatus alterutrum debeat eli|*gere, utrum uelit nega*re se potiorem an uero magis potiorem nominare; | *et ita* — (16) — io[14] praetor*i*[15] rescripsit. ~ |

1 perficietur *malim.* || 2 *Pertinax et Aelianus consules uidentur fuisse anno p. Chr.* 175 *cf. Borghesius* (*opp.* 3, 111); Iulianus *pro* Aeliano *num substituendus sit, quaeritur.* || 3 '*tota haec pagina* (c. 204 ris causa — c. 210 et si forte) *non est rescripta' Detlefsenus.* || 4 ris $V^m$, s $V^d$; *quae praecedunt, hodie teguntur charta agglutinata. suppleui ego.* || 5 imperator $V^m$, at $V^d$. || 6 dyocesim *V*. || 7 *suppleuit Blumius.* || 8 q $V^d$, quod $V^m$. || 9 . . . . r a re $V^m$: *primam litteram non agnouit Detl. suppleuerunt Buchholtzius et Hollwegius, nisi quod pro* [et similite]r *spatio deficiente scripsi* pariter. *reliqua huius* c. *supplementa mea sunt.* || 10 nistrat uerum quoniam $V^d$, administratum quoniam $V^m$; quia non *pro* quoniam (q̄n) *proposuit Rudorffius Vorm.* 2, 180. || 11 uoluit $V^m$. *supplementa* c. 206 *tertia lacuna excepta pleraque Hollwegiana sunt passim a me retractata.* || 12 m *om.* $V^m$. || 13 uos *V*; *em. ego.* || 14 [idque imperator noster Aelio Diodot]o *Maium secutus Hollwegius, cui hoc rescriptum idem esse uisum est atque quod* cc. 159. 211. 215. 246 *memoratur.* || 15 praetor *V*.

207 [1]*Item. Etsi is qui* tutor datus est et excusare se et non re- VLP. L. DE OFF. PR. TVT.
cepta excu|*satione potiores n*ominare potest, si tempora dierum patiantur, | *tamen si praetulerit* potiores nominare, postea ad excusationem transi|*re non potest; nam loco fat*entis[2] est nullam se excusationem habere, cum potiores | *nominat. nec magis* ferendus est, si dicat se sine praeiudicio hoc facere, for|*te adeo simul et profi*teatur[3] excusationem et potior*um*[4] nominationem | — (16) — *suscipiat*[5]. ~ |

208 [6]*Item. Is qui potior* nominatus est, si quidem neget[7] se esse in ea coniunctione, am|*plius nominare magis p*otiorem non potest; conuictus ne excusare se quidem poterit; | *idque est rescripto ad Claudium* Herodianum de excusatione insertum. ~ |

209 [8]*Item. Is qui potior* nominatus est, ad omnia haec dies eos habebit, quos | *habent qui primo loco dati*[9] sunt, ut eodem rescripto declaratur. ~ |

210 [10]*Item. Is qui pot*iorem nominat libellos debet quaternos dare praeto|*ri de plano, quinos pro t*ribunali, ut epistula d*iui*[11] Marci ad Aemilianum | *continetur, et dicere, quo* iure potiorem nominet, id est gradum necessitu|*dinis et ius cognat*ionis aperte designare; et ideo non sufficit cognatum | *uel adfinem genera*lit*er* dicere, sed debebit gradum adicere[12] uel nomen | *proprium cognationis adfi*nitatisue[13] designare et ius cognationis expri*mere*; *nec sufficit colleg*am[14] dicere, nisi in quo collegio addiderit. et si forte || [15] in aliquo horum deliquerit, emendandi ei facult*as intra tempus, quo po*|tuit potiorem nominare, conceditur, postea non, idque imp*erator noster . . . rescripsit.* ~

211 |[16]Item. Ne hi quidem possunt, quos praetor confirmauit testamento de*signatos, ut imperator noster Dio*|doto praetori re-

c. 208. *De rescripto hoc ad Herodianum cf.* c. 247.

1 *supplementa* c. 207 *ueniunt fere ab Hollwegio.* || 2 entis *Vm.* || 3 teatur *Vm*, e*tur *Vd.* || 4 potiorem *V.* || 5 t *om. Vm.* || 6 c. 208 *suppleuit Maius.* || 7 negat *Vm, 'male' Dell.* || 8 c. 209 *sic fere suppleuit Kellerus.* || 9 i *om. Vm.* || 10 c. 210 *post Maium suppleui ego.* || 11 dei *V*; *u.* c. 195. || 12 adicere *Vd*, dicere *Vm.* || 13 n**atisue *Vk.* || 14 *am *Vk.* || 15 *'usque ad u.* 20 (*id est usque ad* c. 216 *uerb.* cognatorum) *haec pagina non est rescripta' Detlefsenus.* || 16 *supplementa* c. 211 *partis posterioris mea sunt. ante uerba* ne hi quidem *talia fere resecta uidentur: 'testamento patris tutores filio dati excusare se possunt, potiores nominare non possunt'. hoc ait Vlpianus rescriptum ad Diodotum datum, quod legitur* cc. 159. 246, *stricte interpretandum esse, id est de solo patre qui filio tutorem non dederit, sed destinarit, non de matre quae tutorem proposuerit, neque magis de auo qui nepoti quamuis ex filio sit tutorem quamuis libertum non dederit, sed destinarit.*

scripsit. proinde si a matre fuerint design*ati*, *an ii potiores* |
nominare possint, quaeri potest; et puto eos nomin*are posse*,
*nam de iis tantum* | rescriptum est, qui a patre erant desi-
gnati. sed hoc erit seru*andum in filio solo*, *non in* | alio ui-
rilis[1] sexus per uirilem sexum descenden*te*, *licet liberti sint*
*tutelae uel* | curae destinati; nam et Papinianus respondit liber-
tum a patr*ono nepoti ex filio des*|tinatum tutorem posse po-
tiorem nominare. ∾
212 |[2] Item. Nominare autem potiores non possunt inprimis *colle-*
*gae patris*, *ut* | diuus Seuerus constituit. ∾
213 |Item. Licet autem patris appellatio in oratio*ne sit*, *puto de*
*auo quoque*[3] | accipiendam, quamquam circa primipilares hoc
iure u*timur*, *ut filio primi*|pilaris dentur soli, non[4] etiam ne-
poti. ∾
214 |Item. Sed nec cognati uel adfines possunt nominare potiores;
*prohibentur uero*[5], *ut oratione ex*|pressum est, hi soli qui lege
215 Iulia *Papia*ue[6] excepti sunt. ∾ | Proinde si quis cognatus
alteru*tra*[7] lege exceptus lic*et non proximus datus est*[8], *ut Dio*-|
doto praetori est rescriptum, potiorem nominare non poterit,
n*eque potest potiorem* | nominare adfinis qui alteru*tra*[7] lege
excep*tus est*. ∾
216 |[9] Item. Excipiuntur autem lege quidem Iulia cognatorum *sex*
*gradus et ex septi*|*mo*[10] sobrino sobrinaue natus, sed et nata
per interpre*tationem*, *quiue in alicuius* | horum potestate sunt
quaeue in matrimonio, uel hi[11] qui su*nt cognatarum nos*|trarum
hoc gradu nos contingentium mariti, ue*l eorum*, *qui sunt in*
*potes*|tate nostra, cognati contingentes eos ea cognati*one*, *quae*
217 *supra scriptum gradum* | non excedit. ∾ Item nuptarum nobis
co*gnati a nobis ad eundem* | gradum uel nostri cognati ab
218 uxoribus nostris *excipiuntur*[12]. ∾ | Item. Lege autem Papia ii
adfines excipiuntur, qui u*ir*[13] *et uxor et gener et nurus* | et
219 socer et socrus umquam fuerunt, item uitricus *nouerca pri-*
*uignus* | priuigna uel ipsorum uel eorum qui in eorum pote-
st*a*te *matrimoniue sunt quiue*[14] | fuerunt. ∾

1 uirili *V*. ‖ 2 c. 212 *restituit Bruns Quid conferant Vat. fr.* p. 61; *cf.* c. 158. ‖ 3 *primum* c. 213 *hiatum expleui ego*. ‖ 4 nec *Hollwegius errore*. ‖ 5 *ita suppleui*; *quae sequuntur supplementa ueniunt a Wenckio*. ‖ 6 Papia *om*. *V*, *addidit Maius*; *cf*. c. 158. ‖ 7 ultra *V*. ‖ 8 *ita suppleui*. ‖ 9 *c*. 216—218 *suppleuit fere Hollwegius, ego pauca mutaui*. ‖ 10 no *V*; *em*. *Hollwegius*. ‖ 11 hi *Vd* '*sic*'; hii *Vm*. ‖ 12 e *post* nostris *Vm*. ‖ 13 um (uo, uc, ue) '*sic omnino*' *Vd*; u *Vm*. *cum praeterea supplementa quamuis necessaria spatium excedant, librarius hoc loco uidetur errauisse*. ‖ 14 *lacunam hanc celat Vm*.

220 [1]Item. Memini itaque me suad*ente* — (16) — | Alcimum libertum maternum Furi Octau*iani*[2] clarissimi uiri *praetorem in cura retinuisse*, | cum tutelam eius administrasset necessariusque ad *res gerendas uideretur*; || nam et liberti materni in pari sunt condicione. oratio enim d*iui*[3] Marci ita scripta est, ut patroni patrona*eue liberis* libertus[4] tutor deligi possit, tametsi aliquo priuilegio subnixus sit. ~ VLP. L. DE OFF. PR. TVT.

221 Item[5]. Si alius eum Latinum fecerit, alius iterauerit, an utriusque liberorum tutelam suscipiat, uidendum, quasi utriusque meritum habeat; nisi forte exemplo munerum, *quibus*[6] diuus Marcus rescripsit apud orig*i*nem[7] eius qui Latinum fecit debere eum fungi, sol*i*us[8] eius liberorum tutelam suscept*u*r*um*[9] dicemus. ~

222 Item. Officium quoque militare excusat, nam cum munus emeritum prodest, multo magis cum frequentatur prodesse debet. ~ Sed si ad tempus rei publicae causa absit, non in perpetuum, sed ad tempus excusabitur. denique *consulto* ex facto diuo Hadriano quidam, cum legatus esset legionis *et* testamentum[10] recitatum esset, quo tutor erat datus, non in perpetuum, sed ad tempus, quo legatus legionis erat, meruit excusationem. *excusatur*[11] etiam is, qui commentarios habet praefecti, quamdiu hic commentarios habet praefecti[12], ut diuus Marcus cum filio rescripsit. ~

223 Item. Hi qui muniti sunt aliquo priuilegio, aliquando non admittuntur ad excusationem, uelut si minor sit annis XXV

c. 222 *cf.* c. 145, *ubi eadem fere leguntur ex huius libri priore ed.* [Vlp. de excus.] Officium q. m. e.; namque munus — frequentatur.
c. 223 *cf.* c. 151, *ubi eadem fere leguntur item ex priore ed.* Qui muniti sunt — annorum XXV si adfini datus sit tutor et aliquem usum rerum habeat, quod — Hadriani.

---

1 c. 220 *supplementa mea sunt.* || 2 octau* *V*; Octauiani *em. Borghesius opp.* 3, 121, *citans inter alios titulum a. p. Chr.* 223 (C. I. L. IX, 338) *C. Furii Octauiani c. u.* || 3 dei *V*; *cf.* c. 195. || 4 patronae libertus *Vm*, patronae lib*** *Vd*; patronaeue liberis libertus *scripsi*; *cf.* c. 224. || 5 item *hodie euanuit.* || 6 ut *V*; quibus *scripsi.* || 7 origuem *V*; *em. Rudorff, Buchholtz.* || 8 solus *V*. || 9 suscepturam *V*. || 10 cum ex facto sub diuo h. quidam cum legatus esset legionis testamentum *V*. || 11 excusatur *addidi.* || 12 quamdiu habet *reliquis deletis malim. commentariensem licet quiuis praefectus habeat militibus praepositus, hic intellegi praefectum praetorio inde colligitur, quod eius commentariensem aliunde constat hac aetate ex equestri ordine sumptum esse et quodammodo magistratibus magis quam officialibus adnumerari* (*Staatsrecht* 2[3], 1122): *itaque erraui in ed. priore epitomatorem culpans ob omissionem.*

adfini datus tutor et aliquem usum rerum habeat hereditariarum; quod ius uenit ex epistula diui Hadriani, quam scripsit Claudio Saturnino legato Belgicae. quae constitutio uidetur de his loqui, *qui*[1] a praetore dati sunt; ~ ego[2] idem esse accipiendum, si testamento datus sit. in eandem sententiam et diuus Pius Platorio[3] Nepoti scripsit. ~ VLP. L. I OFF. PR TVT.

224 Papinianus libro XI[4] quaestionum respondit[5] uerbis orationis fratrum imperatorum libertum[6], etsi ob aliquod priuilegium a tutelis ua*cet*, patroni tamen patronaeque libe*r*orum[7] tutor ut del*i*gatur[8] comprehensum. *in*[9] numero liberorum pronepos patroni sine dubio continetur. sed potest dici non aliis patroni *patronaeue*[10] liberis libertum hoc debere, quam qui iure patroni hoc[11] spe*ra*re possunt, et ideo neque patronae nepotis tutelam administrare compelle*ndum pr*iuilegio subnixum[12] neque pupilli, qui ex filia patroni uenit, quia uacatione pr*ae*ter[13] liberos patronorum, qui per uirilem sexum descendunt, liberti fruuntur. ~ PAPIN. L. XI QVAEST

225 Item. Et hoc qui*dem*[14] de eo, cui beneficium datae libertatis exprobrari potest. alioqui nequaquam credendum est ei priuilegium ablatum, cui fideicommissa[15] libertas soluta est; nam in toto fere iure manumissor eiusmodi nihil iuris *ut*[16] patronus aduersus personam modo liberti consequitur, licet in bonis eius patroni ius exerceat, excepto quod in ius uocare patronum iniussu praetoris non debeat[17]. ~

226 Item. Ius anulorum ingenuitatis imaginem praesta*t* saluo iure patronorum patronique liberorum. ~

227 Paulus libro sexto quaestionum sub rubrica *de*[18] legitimis tu- PAVLVS L. VI. QVAEST.

c. 224 = *Dig*. 26, 5, 14. Idem (Papin.) l. XII quaestionum. Libertus non aliis patroni patronaeue liberis tutor esse cogitur quam qui iura patronatus sperare possunt.

c. 225 = *Dig*. 27, 1, 24. Papin. l. XI quaestionum. Nequaquam credendum est ei priuilegium excusationis ablatum — aduersus liberti personam consequitur, excepto — debet.

1 loqui '*sic*' $V^d$, loqui qui $V^m$. ‖ 2 puto *inserit Buchholtz.* ‖ 3 Platorio $V^m$ '*uidetur factum m.* 2 Plaetorio'; Pl . . orio $V^d$; *cf. A. Platorius Nepos . . . Pollio C. I. L.* V, 822 *et A. Platorius Nepos Calpurnianus C. I. L.* VI, 1241 *a.* ‖ 4 libro XII *Dig., ubi praecedit locus excerptus ex l. XI; Lenelius paling. Pap. fr.* 197. 212 *utrumque locum recepit.* ‖ 5 *delet Huschke.* ‖ 6 libertus *Huschke.* ‖ 7 libertorum *V.* ‖ 8 delegatur *V.* ‖ 9 in $V^m$. ‖ 10 patronaeue *ex Dig. addidi.* ‖ 11 iure patroni hoc *V*; iura patronatus *Dig.*, iure patroni hereditatem *malim, nam* h *potest legi et* heredi *et* hoc, *et ducit ad illud Gaius* 3, 46. 53. 58. ‖ 12 subnixum '*sic*' $V^d$, *ut coniecerat Wenckius*; . . . . irum $V^m$. ‖ 13 propter *V.* ‖ 14 hac q̄*** $V^d$, hac *quae* . . . $V^m$. ‖ 15 fideicommissaria *Dig.* ‖ 16 ut *Dig., om. V.* ‖ 17 debet *Dig.* ‖ 18 de *om. V.*

telis. Apollinaris Paulo. Duo sunt Titi pater et filius; datus est tutor Titius nec apparet, de quo sensit testator: quaero quid sit iuris. respondit: is datus est, quem dare se testator sensit: si id non adparet, non ius deficit, sed probatio, ergo neuter est tutor. hoc rescriptum est in Sticho manumisso, si duo sint Stichi et incertum, de quo testator senserit, uel si Erotem legauerit qui plures eodem nomine habuit seruos. quod in nummis legatis non ita placuit: si non adparet uoluntas, id acceptum est quod minus est. ~ PAVLVS L. VI. QVAEST.

228 *Imp.* Antoninus Granio Firmino militi. Ex duobus tutoribus qui non specialiter[1] in locum excusati dati sunt, sicut precibus tuis adlegas, si unus pro tutore res *t*uas[2] administrauit, aduersus eum tantum tibi competere actionem ignorare non debes nec enim mutuo cessationis periculo qui nihil gessit teneri potest, cum simpliciter datus eius[3], qui administrationi se miscuit, contutor iure fuisse non uideatur. ~ IMP. ANTONINVS.

229 Paulus libro singulari de testamentis. Parentibus licet liberis suis in potestate m*an*entibus[4] testamento tutores dare, masculis quidem inpuberibus, feminis uero etiam puberibus, et tam iam natis quam etiam postumis. itaque post institutionem h*er*edum hoc modo scribere potest: 'Lucio Titio filio meo et si mihi uiuo mortuoue nati *ali*[5] erunt, tutores do Lucium Aurelium et Gaium Optatum, a quibus peto, ut tutelam liberorum meorum gerant ita, ut ea quae in Asia reliquero, Aurelius, ea autem quae in Italia, Optatus administret.' PAVLVS L. DE TESTAM.

230 ~ Possumus autem et singulis liberis alium atque alium tutorem dare, uelut[6] hoc modo: 'Titio filio meo Aurelium tutorem do; Seio filio meo tutorem Optatum do'. pluribus quoque liberis unus tutor, item uni plures dari possunt. ~

231 Paulus libro singulari de excusationibus. Ii qui tres pluresue tutelas uel curationes uel permixto modo cuiuscumque separatas administrant, excusari a tutela curationeue solent. quod si fratrum tutelam suscipiant, pro una tutela *reput*antur eadem bona[7]. ~ PAVLVS L. DE EXCVSAT.

232 Vlpianus de officio praetoris tutelaris. Obseruari autem oportet, ne his pupillis tutorem det, qui patrimonia in his regio- VLP. L. DE OFF. PR. TVT.

c. 227 = *Dig.* 26, 2, 30. Paulus l. VI quaest. Duo sunt — igitur neuter est tutor.

1 *fortasse scr.* specialiter non. ‖ 2 restituas *Vd* '*sic*'; res tuas *Vm*. ‖ 3 eius '*sic*' *Vd ut coniecerat Buchholtz*: est *Vm*. ‖ 4 in potestatem habentibus *V*; *em. Barkow*. ‖ 5 ali *addidi*. ‖ 6 ueluti *Vm*. ‖ 7 *post* bona *hiat codex possuntque deesse litterae duae*.

nibus habent, quae sunt sub iuridicis, ut Claudio Pompeiano praetori imperator noster rescripsit; multo magis, si in prouincia sit patrimonium, licet is *cui* petitur[1] in urbe consistat. ~ VLP. L. DE OFF PR. TVT

233 Vlpianus de officio praetoris tutelaris. ~ Sed[2] qui in collegio pistorum sunt, a tutelis excusantur, si modo per semet ipsos[3] pistrinum exerceant; sed non alios puto excusandos, quam qui intra numerum constituti centenarium pistrinum secundum litteras diui Traiani ad Sulpicium Similem exerceant; quae omnia litteris praefecti annonae significanda sunt. ~ PAVLVS L DE COGN

234 Vlpianus libro supra scripto. Sed Ostienses pistores non excusantur, ut Phi*l*umeniano[4] imperator noster cum patre rescripsit. ~ VLP. L. DE OFF. PR. TVT.

235 Item. Vrbici pistores a collegarum quoque filiorum tutelis excusantur, quamuis neque decuriales neque qui in ceteris corporibus sunt excusentur. et *i*ta Hadriano[5] rescripto ad Claudium Iulianum praefectum annonae significatur, quam epistulam quodam rescripto ad Vernam et Montanum pistores imperator noster cum patre interpretatus est et ad pistores pertinere, cum in eo negotio frumentum agentib*us*[6] daretur a collegarum filiorum tutelis uacatio. plus etiam imperator noster indulsi*t*, ut a tutelis, quas susceperant ante quam pistores essent, excusarentur; sed h*oc* ab ipso creatis pistoribus praestitit et ita Marco Diocae[7] praefect*o*[8] annonae rescripsit. ~ PAVLVS L DE COGN

236 Item. Sed et qui in foro suario negotiantur, si duabus partibus bonorum annonam iuvent, habent excusationem litteris

c. 233 *cf. Dig.* 27, 1, 46 *pr.* Paulus l. sing. de cognitionibus. Qui in collegio — quam qui intra numerum sunt. *nisi excerpta haec in digestis male referuntur ad Paulum, quod non puto factum, aut hic ad uerbum Paulus exscripsit Vlpianum, quod non magis probabile est, credendum est Vaticani libri auctorem errasse in inscriptione, idque uerum puto, cum praesertim, si omnia haec essent ex Vlpiani libro de off. pr. tut., inscriptiones a cc.* 233. 234 *abesse deberent. adsensus est, licet dubitans, Lenelius paling. Paul. fr.* 49 (*cf. Vlp. fr.* 2132). *Traiani constitutionem adlegat etiam Gaius* 1, 34.

c. 235 *cf. Dig.* 27, 1, 46, 1 *post modo citata.* Vrbici autem pistores — tutelis excusantur. *sequuntur similia iis quae leguntur* c. 203 *ex Vlpiani libro de off. pr. tut. redeunt haec* c. 237.

1 is cui petitur *Savigny Wenck Buchholtz*; is petitur *V*; is qui petitur *Maius Hollweg.* ‖ 2 sed *om. Vm.* ‖ 3 ipsos *om. Dig.* ‖ 4 filiuminiano *V*; *cf.* minofilium *pro* Menophilo c. 20. ‖ 5 diui Hadriani *Huschke.* ‖ 6 *corrupta haec non uidentur esse, sed uocabulo generali frumentum in eo, scilicet in urbico negotio agentium comprehendi corpora Ostiensia et Portuensia omnia ad rem frumentariam urbis Romae pertinentia mercatorum frumentariorum, nauigantium complura, mensorum.* ‖ 7 *nomen corruptum; potest fuisse* Marcio Diogeni *uel* Diocli. ‖ 8 praefecti *Vdk*, praefecto *Vm.*

allatis *a praefecto* urbis testimonialibus negotiationis, ut im- PAVLVS L.
perator noster et diuus Seuerus Man*ilio* Cereali rescripse- DE COGN.?
runt, quo rescripto decl*ar*atur ante eos non habuisse inmunitatem, sed nunc[1] eis dari eam quae data est is[2] *qui* annonam populi Romani iuuant. ~

237 Paulus libro singular*i* ad municipalem. Vrbici autem pistores PAVLVS L.
a collegarum quoque filiorum tu*te*lis excusantur. sed et si qui AD MVNICIPALEM.
in foro suario negotiantur, si a[3] duabus parti*bus* patrimonii annonam iuuent, a tutelis habent excusationem. ~

238 Vlpianus de officio praetoris tutelaris libro singulari. Proinde VLP. L.
si mu*t*us surdusue quis sit, sine dubio a tutela excusabitur. DE OFF. PR. TVT.
hi uero quos ualetudo u*el* furor uel morbus perpetuus excusat, *e*tiam eas tutelas quas ante susceperant deponunt. alia causa aetatis est. luminibus etiam captum[4] Por*catio*[5] Fau-
239 stino rescripsit imperator noster cum patre. ~ Item Furio Epaphrae[6], cum allegasset se unum oculum amisisse *et*[7] in alio periclitari, rescripsit, an propter aduersam ualetudinem oculorum excusari deberet, praetorem aestimaturum. hi[8] etiam a susceptis excusabuntur. ~

240 Item. Paupertas plane dat excusationem, si quis imparem se oneri iniuncto possit docere, idque diuorum fratrum rescripto continetur. ~

241 Item. Si quis autem in prouincia domicilium habet, debet excusari, sed et si quis patrimonium in ea regione, quam iuridicus administrat, habet. ~

242 Item. Scio tamen quosdam, cum per errorem ad potiorum nominationem prosilissent, haud impetrass*e*[9], ut deserto iure potiorum ad excusationem se conuerterent. ~

243 Paulus libro singulari ad municipalem. Paupertas quoque PAVLVS L.
solet tribuere excusationem, quod[10] oneri tutelae inp*ar* *e*sse[11] AD MVNICIPALEM.
uideatur. ~

244 Paulus libro singulari de officio praetoris tutelari. Mediocri- PAVLVS L. DE OFF. PR. TVT.

c. 237 *cf.* c. 235.

c. 240 = c. 185. Vlp. de off. pr. tut. Paupertas pla[ne dat excusationem]. *cf. Dig.* 27, 1, 7. Vlpianus l. sing. excus. Paupertas sane dat excusationem, si quis imparem se oneri iniuncto possit probare, idque diuorum fratrum rescripto continetur.

1 nunc *Vd*, *ut scripserat Savigny*, non *Vm*. || 2 his *V*. || 3 si a *delendum*. || 4 excusari *uidetur excidisse*. || 5 porta**o *V*; *em. Hauptius collato titulo* C. I. L. X, 401, *ubi nominatur idem homo*. || 6 epatidae *V*; *em. ego*. || 7 amisisset *'sic' Vd*, amisisse et *Vm*. || 8 hii *V*. || 9 impetrassent *V*. || 10 *malim* quae; *cf. Dig.* 27, 1, 40, 1 *ex Pauli l. II sent.: 'Paupertas quae operi et oneri tutelae impar est 'solet tribuere uacationem'*. || 11 inpetrasse *V*; *em. Maius*.

tas et rusticitas et domesticae lites interdum excusationes merentur ex epistul*is*[1] diuorum Hadriani et Antonini et fratrum ad Caerellium Priscum praetorem tutelarem. ~ PAVLVS I DE OFF. PR. TVT.

245 Item. Qui complura allegant, quae singula non sint firma, interdum excusari solent; nam et fratres imperatores Sentio Potito ita rescripserunt: 'Quamuis singula, quae litteris tuis 'complexus es, non praestent tibi[2] iustas causas excusa*t*ionis, 'tamen quia multa simul congruerunt, mouere nos possunt, 'ut excusatio tua a tutela recipi possit.' ~

246 Paulus *libro si*ngulari de excusatione tutorum. ~ 'Imperatores 'nostri Aelio Diodoto suo *salu*tem. ~ Tutores secundum patris 'uoluntatem decreto praetoris clarissimi uiri, quod non iure 'testa*mento*[3] uel codicillis dati fuerant, confirmato*s*[4] nominare 'potiores[5] posse non arbitramur, nam iudicium patris, licet 'iure *d*eficiat, seruandum est'. ~ PAVLVS I DE EXCVS. TVT.

247 Paulus libro I editionis secundae de iurisdictione tutelaris[6]. Qui tres pluresue liberos habent superstites, excusari solen*t* *i*dque compluribus constitutionibus cauetur tam d*iuorum*[7] Marci et Luci, quibus[8] Pontium Ma*rc*ellum trium liberorum patrem liberauerunt litteris ad eum em*i*ssis, quam dominorum nostrorum. sed hic numerus in Italia ciues Romanos liberat. [9]nunc *e*x constitutione principum nostrorum nec in Italia, sed Romae tantum exem*p*lo municipalium munerum; nam Clodio Herodiano ita scripserun*t*: 'Sicut in Italia ciues Romani 'consistentes numero quattuor liberorum *in*columium a ciuili'bus *muneribus excusantur, ita* [qui ad tutelam uel curam uo'cantur, Romae quidem trium liberorum incolumium numero, 'quorum etiam status non ambigitur, in Italia uero quattuor, 'in prouinciis autem quinque, habent excusationem'.] PAVLVS I DE IV-RISD. TVT. ED. II.

(*desunt paginae sedecim*)

c. 244 *cf. Dig.* 27, 1, 6, 19. Modestinus l. II excus. γράφει Παῦλος οὑτωσί: Mediocritas et rusticitas interdum excusationem praebent secundum epistulas diuorum Hadriani et Antonini. *quamquam haec non ex hoc loco Pauli uidentur esse desumpta.*

c. 246 = c. 159, *ubi idem rescriptum affertur ex Vlpiano*: Imperatores nostri A. D. Tutores — seruandum est. *citatur praeterea* c. 211. 215.

c. 247 *rescriptum Seueri et Antonini ad Claudium Herodianum et citatur praeterea* cc. 191. 208 *et extat pars eius cod. Iust.* 5, 66, 1. Impp. Seuerus et Antoninus AA. Herodiano. Qui ad tutelam — excusationem. PP. non Apr. Geta et Plautiano cos. (*p. Chr.* 203).

1 *sic Dig.*, epistula *V.* ‖ 2 sibi *Vm.* ‖ 3 testato *V.* ‖ 4 confirmato* *Vd*, confirmato *V.* ‖ 5 potiores nominare c. 159. ‖ 6 tutelari *Vm*, '*male*' *Detl.*; praetoris tutelaris *malim.* ‖ 7 dei *V*; *cf.* c. 195. ‖ 8 qui *Klenze.* ‖ 9 *quae sequuntur palam est post absolutum librum auctorem adiecisse.*

## QVANDO DONATOR INTELLEGATVR REVOCASSE VOLVNTATEM.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

248 ipsam contumeliis perse*qui ne*que in[1] affectu pietatis monitos posse mitescere. uolumus igitur ut, si const*iteri*t[2] iuxta patrem liberos, contra quam humanitatis ratio deposcit, superbe crud*eliterque* se tollere, emancipatio firmitudine euacuetur, idque quod liberis pater do*nati*onibus contulit, patris dicioni naturaeque i*uri*[3] subiugati patriae re*d*dant[4] *p*otestati, et ita illi, qui sacris euoluti a functione obsequii recesserunt, nec*ess*itatis laqueis adstricti *no*ua commendatione[5] pietatis etiam detre*cta*ntes ad *id*[6] ueniant. Data XVII k. Au*g*.[7] Constantinopoli Gallicano *e*t Symmacho conss. ~[8] CONSTANTINVS ET CAESS. p. C. 330.

249 1 Constantinus et Caess.[9] Multas saepe natas ex donatione causas cognouimus, in quibus uel adu*m*brata pro expressis uel inchoata pro perfectis uel plurima pro omnibus controuersiam faciant, cum agentium uisa pro ingenio[10] ac facultate dicendi aut perfecta *d*eformarent aut inchoata perficerent. inde ius anceps ac pro dicentium in*p*ulsu uaccillanti sententia *non p*arum decreta differeba*nt*[11], Maxime karissime ac iu*cundissime nobis*[12]. hi*n*c enim[13] nuper exceptis personis dicta lex est, in quibus summum ius et uoluntas omn*i*[14] libera sollemni- CONSTANTINVS ET LICINIVS p. C. 316.

1 perse****qin *Vd*, perse****q. in *Vk*, persequi in *Vm*. *caput explendum sic fere*: [*Emancipati filii ingrati aduersus eum qui potestate eos liberauit seuera poena coercendi sunt, cum dubium non sit qui paternae reuerentiae immemores sustineant*] *ipsam contumeliis perse*[*qui ne*]*que in affectu pietatis monitos posse mitescere.* || 2 const****t *Vd*, constet *Vm*. || 3 s**i (?) *Vk*. || 4 reccidan* *Vd*, reccidat *Vm*; *secunda manus* c *priorem deleuit*; *em. ego*. || 5 in qua commendatione *V*; iniqua commendatione *coniecit Maius;* noua commendatione *iam scripsi, cum proposuissem in ed. mai.* in quam (*siue* in aliquam) commendationem. *initio* i *adhaesit ex uocabulo praecedente*. || 6 id *addidi*. || 7 augg. *V*. || 8 *uersus uacuus in codice*. || 9 et Caess. *addi non debuit*. || 10 uisaproi (oi *fortasse ex emend.*) ngenio *Vk*, uisaprx(?)ngenio '*sic*' *Vd*; uisa ex ingenio '*sic, quantum uidere licuit*' *Vm*. || 11 *scripsi*, uaccillantis (*sic Vd*, uaccillanti *Vm*) sententiarum decreta differebat *V*, uacillantia sententiarum decreta differebant *Huschke*. || 12 iunc *Vd*, iucundissime *Vm*; *puto scribendum* iucū. || 13 enim *deletum malim*. || 14 *sic Huschke*, omnibus *V*.

249 tate[1], mo*do*[2] perfecta ortus[3] suos praesenti munere opulentat. CONSTA[NTINVS E[T] LICINIV[S] P. C. 316.
2 tempestiua dehinc communium donationum cura successit; absolutis enim illis, quae ideo prima sunt, quoniam sunt religione potiora, cir*cum*acto animo ad uniuersum donationum genus conspeximus omnes ear*um* species signis ac nominibus inprimendas, ut in hominum contractib*us* *d*ifferen-
3 tiam sui nuncupationum proprietate secernant. itaque siue *il*la donatio directa sit, siue mortis causa instituta, siue condicionibus fa*c*iend*i* non faciend*i*ue[4] suspensa, siue ex aliquo notato tempore prom*i*ssa[5], siue ex[6] animo dantium accipientiumue sententiis quantum ius sinit co*g*no*min*ata[7], eius haec prima obseruatio est[8], ut qu*as*[9] leges indulgent[10] condiciones *p*actionesque[11] promantur, hisque penitus cog*nitis* uel recipiantur, si complacita*e* *sunt*, *uel* *r*eiciantur, si sunt molestae. sed iure re*quisitis*[12] parendum erit nec den*e*gabitur officium,
4 quin simul spes abici*atur* *ad*ipiscendi. ∾ in*r*et*iri*[13] sane condicionibus indefensos minores, quoniam praestare[14] promissa

c. 249, 3 = *Cod. Theod.* 8, 12, 1 = *Cod. Iust.* 8, 53, 25 *pr.*: Imp. Constantinus A. ad Maximum p. u. (*sic. cod. Theod. libri boni*, *item Iustiniani Veronensis aliique*, pp. *Casinas*). Donatio siue directa sit — cognominata sub hac fieri debet obseruatione, ut — pactionesque contineat hisque — molestae. *Consult.* c. 9: item eodem corpore (Theodosiani, *ubi quo loco haec inserta fuerint, non constat, u. Haenelius ad tit. C. Th. de pactis* 2, 9). Imp. Constantinus A. ad Maximum praef. urb. Inter cetera et ad locum. Pactiones eas ualere uolumus, si cum legibus consentiant. et reliqua.

c. 249, 4 = *Cod. Theod.* 8, 12, 1 *pr. post* molestae *ita pergit*: ita ut minorum defensores, si per eos donationum condicio neglecta est, rei admissae (*sic libri*) periculum praestent; *quae a Cod. Iust.* 8, 53, 25 *pr. absunt. Cod. Theod.* 3, 30, 2 = *Cod. Iust.* 5, 37, 21: Idem (imp. Constantinus) A. ad Maximum praef. praet. (*ita Iust. libri omnes cum Veronensi et Theod. liber Lugd.*, p. u. *Theod. breuiati libri*). Minorum (Pupillorum seu minorum *Iust.*) defensores, s. p. e. d. c. n. e., rei amissae periculum praestent.

1 sollemnitate (*non* solemnitate) *V* ‖ 2 *sic uel* mere *scribendum*, more *V*. ‖ 3 ocius *em. Blumius.* ‖ 4 faciendis non faciendisue *V*, faciendi ac non faciendi *Theod. Iust.* ‖ 5 permissa *Theod.* ‖ 6 ex *om. Theod. Iust.* ‖ 7 cognominata *Theod. Iust.*; co*nita *V*. ‖ 8 esto *proposuit Hollwegius.* ‖ 9 quas *Theod. Iust.*, quia '*sic*' *V*d, qs. *V*m. ‖ 10 actiones *inserunt Theod. Iust.* ‖ 11 *actionesque *V*, pactionesque *Theod.* (*breu.*) *Iust.*, factionesque *Theod.* (*cod. Lugd.*) ‖ 12 re[*ceptis*] *suppleuit Rudorff Vormundschaft* 2, 368; *magis placuit* re[*quisitis*], *quoniam opponuntur iis quas leges indulgent condicionibus.* ‖ 13 *sic Huschke optime*, in ceteri** *V*. ‖ 14 praestare *V*d, *ut coniecerat Rudorffius l. c*, certare *V*m, potare *aut* fotare *V*b.

CONSTANTINVS ET LICINIVS p. C. 316.

249 difficile est, non *placuit*[1]. quorum tamen defensores, si forte per eos in obeundis donationum off*i*ciis, quarum cura[2] erit recepta, neglecta utilitas minoris probabitur *et ita minor* commodis spoliabitur[3], rei am*i*ssae periculum praestabunt; ita rei[4] familiaris dispendii metus etiam segniores ad ea conficienda
5 ex[5] tard*itate i*ncitabit. post in iisdem conscribendis praecipue nomen donatoris[6], ius ac *r*em notans proscriba*t*[7]. tum ut*rum*que[8] iure compleatur neque id occulto aut per impe*ritos* aut priuatim; his enim rebus sae*pe*[9] clandestina fraus, et quae facta sunt infecta *et i*nducta[10] quae scripta sunt simulans aliisque ac dehinc aliis largiendo a*tque* donando[11] ac saepe ue*num* dando[12], multos habendi spe allectos concurr*ere* in expugnanda
6 sibi proprietate impulit. ∾ tabulae i*taque*, *aut* quodcumque aliud materiae tempus dabit, uel ab ipso uel ab eo quem fors summin*i*strauerit scientibus plurimis perscribantur eaeque, ut supra comprehensum est, rebus nominibus personisque distinctae sint; ac tum corporali*s t*raditio (in quam saepe multi talia simulando inrepentes[13] aut ui[14] corpo*r*a capientes sollemne

c. 249, 5—8 = *Cod. Theod.* 8, 12, 1, 12 = *Cod. Iust.* 8, 53, 25, 1 *post modo relata.* In conscribendis autem donationibus nomen donatoris, ius ac rem notari oportet neque id occulte aut per imperitos (a. p. i. *om. Iust*) aut priuatim, sed ut tabulae (*ita Theod. libri et Iust. Veron.*) aut quodcumque — sors ministrauerit scientibus plurimis (sc. pl. *om. Iust.*) perscribatur et corporalis traditio subsequatur, ad excludendam uim atque irruptionem (*immo* irreptionem) aduocata uicinitate omnibusque arbitris adhibitis, quorum postea fide probabitur donatam rem, si est mobilis, ex uoluntate traditam donatoris uel, si immobilis, abscessu donantis nouo domino patefactam (et corporalis traditio — patefactam *om. Iust.*), actis etiam adnectendis, quae apud iudicem uel magistratus conficienda sunt (ubi hoc leges expostulant *add. Iust.*)

1 *scripsi*, non **c*it $V^d$, non . . it $V^m$ ‖ 2 *scripsi*, q̄r' (quare $V^m$, *at tum debuit esse* q̄r.) cum res *V*. ‖ 3 commodis (commodi $V^m$) probabitur $V^1$, commodis (*sed adnotat* $V^d$ '*m.* 2 *per litteram* i *in* commodis *uirgulam uidetur traduxisse*') spoliabitur $V^2$: *m. secunda hiatum uidetur expleuisse imperfecte, quamquam fortasse supplemento nullo ferri poterit id quod posuit manus secunda*; neglecta utilitas minoris commodis spoliabitur. ‖ 4 rei *addit* $V^k$, *om.* $V^m$, *dubitabat Detl.* ‖ 5 ex $V^2$, iam $V^1$. ‖ 6 donatoris $V^2$ *Theod. Iust.*, donationis $V^1$. ‖ 7 proscribatur *V*; *emendaui ego ad Theod. huius l. epitomen, sed praestat* perscribat. *notans est notarius.* ‖ 8 tum (cum $V^1$) utr*que $V^d$, tum ulroque (?) $V^k$, tum ab utroque $V^m$; ab *a codice abesse scribit Detlefsenus*: utrique compleant (? ?) *Huschke. intellege exempla duo donantis et accipientis.* ‖ 9 saepe $V^k$, sae** $V^{dm}$. ‖ 10 indicta $V^2$. ‖ 11 a***donando $V^d$, ac donando $V^m$. ‖ 12 *scripsi*, ac saepe uel dando *V*. ‖ 13 *ad* inrumpentes *ducit lectio Cod. Theod.*; *sed magis est, ut ibi scribatur* irreptionem. ‖ 14 *sic Huschke*, u̅u̅ (=uelut) $V^d$, ueluti $V^m$.

249 illud ius ac uoluntarium inconcessa usurpa*ti*one praeripiunt) — CONSTANTINVS ET LICINIVS C. 316.
ea igitur ipsa rerum traditio praesentium [1], aduocata uicin*i*-
*t*ate omnibusque arbitris, quorum post fide uti liceat, con-
7 uentu plurimorum [2] celebre*tur*. non enim aliter uacua iure
dantis res erit, quam ea uel eius uoluntate, si est mob*il*is,
tradatur, uel abscessu sui [3], si domus aut fundus aut quid
eiusdem generis eri*t*, *s*edem nouo domino patefecerit. quae
omnia consignare actis iudi*ci*s praestat, ut res multorum men-
tibus oculis auribus testata nullum effu*g*iat, cuius aut scien-
8 tiam capiat aut dissimulationem tegat. ~ quod si *i*udex
aberit, cui summa prouinciae commissa est, mandetur istud
magistratuum actis, atque ut nullus sit subiciendi aut surri-
piendi locus, cum alterutri commodum sit [4], eorum [5] exemplis
idem magistratus adscribant. sic enim conscie*n*tia multorum,
monumentis iudiciorum ac populorum p*er*scri*pt*is [6] aut litium
9 causa [7] peruulgatis omnibus fides abstrusior non erit. tal*ia* enim
esse [8] oportet dominorum [9] initia, quorum diuturna possessio
saepe legitim*a* proprietatum iura perfringit, talis liberalitatum
honestas, quae loci*s* clamata omnibus accipientium donantium-
que famili*as* [10] liberalitatis et gratiae praedicatione compleat,
simul ut [11], cum sit exim*iu*m cuiusque donum promerendo ce-
10 pisse, eius iucunditas nulla lit*i*um tristitudine minuatur. quod si
in [12] spectanda [13] causa dicendaque sententia orba publico testi-
monio liberalitas caecam gratiam obscurosque coetus prodi-
derit, quoniam sola fraus cognita est, eorum, quae donata
dicu*n*tur, temere non erit fides acci||pienda: sed ea aliena*tione*,
*quae publice non sit testata, in donationibus ui* uorum reiecta
uel su*perhabita solam eam probamus, quae celebrata uni*|uersis
studiis recte r*egulas supra propositas sequatur. abolito igitur* |
iure, quod quibusque rebus don*andis Cincia lex imposuit neque
amplius* | ea perfectione facienda *quam illa ordinauerat negamus
certae formae uer*|borum deinde esse quicquam *requirendum,
quoniam iam* | lege commutata uer*ba et ipsa abolita sunt antea
necessaria in donationibus* | faciendis. neque ullam *donationi-*

1 praesentium $V^2$, praesentibus $V^1$. || 2 plurium $V^1$. || 3 abscessus |ui $V^1$, abscessus sui $V^2$. || 4 locus alterutri, quod commodum sit *malim; cf.* c. 163: '*ut subnotet sua manu quod uolet.*' || 5 eorum '*sic*' $V^d$; uerum $V^m$. || 6 praescri*tis $V$. || 7 aut (*sic, non ut solet esse* ā) litium causa $V$; ante litium contestationem *malim. apud Gaium* c *saepe significat* causa *eandemque notam pro* contestatione *usurpatam esse probabile est.* || 8 *fortasse scr.* sint *propter ea quae sequuntur.* || 9 dominiorum *coniecerunt Maius et Hollwegius male.* || 10 famili** $V^d$, familiis $V^m$. || 11 ut *om.* $V^m$. || 12 in *om.* $V^m$. || 13 exspectanda $V^d$, expectanda $V^m$; *em. ego.*

*bus iam factis controuersiam uolumus con*|flare, cum futuris ius *per hanc legem ponamus*, | quae, ut omnes cognos*cant quae iussimus*, — (36) — *programma*|ti, tuo praeferenda est[1]. Proposita *III non. Febr. Romae Sabino et Rufino* | conss. in foro diui *Traiani*[2]. CONSTANTINVS p. C. 323?

*Schol. ad* c. 249, 6. Donationes apud acta firmandas et praesentibus multis inplendas.

250 | Pa*pinianus*[3] libro XII responsorum. Inperfec*tam donationem perfectam efficit uoluntas* | liberalitatis nouissim*um usque in diem uitae perseuerans.* PAPIN. L. XII. RESP.

251 | Item. Non ideo donatio — (36) — | filiae tradita placui*t* — (36) — | tantem sibi recepisse — (36) —

252 | Item. Cum[4] mater absenti fi*lio* — (36) — | ad eum fecit, quas procu*ra* — (36) — | quae instrumenta praediorum e — (36) —| praediorum ad filium p — (36) — | uel seruis eius tradita non[5] — (36) — *prae*|diorum ad filium peruen — (36) — *mater*-| nae uoluntatis et ei[6] — (36) — | causa redire iussisset — (36) — | possessionem praedior*um* — (36) — constare.

252a *Item.* — (36) — | factam praedio neque man*cipato* — (36) — | habuisse. *r*espondi nec fideicommiss[7] — (36) — | in aede

1 *legem expleui secutus fere Huschkium, sed uerbis mutatis.* ‖ 2 *in Codd. et Theod. et Iust. binis locis, item in Cons. subscriptio haec est:* data III (VI *Cons.*) non. (k. *Iust. l. quinto*) Febr. (Nou. *Theod. l. tertio secundum libros breuiatos*) Romae (*om. Iust. l. quinto*) Sabino et Rufino conss. (316) *firmantque subscriptionem cum summus consensus librorum optimorum, inter quos etiam Veronensis Iustiniani codicis utrumque locum seruauit, tum ordo constitutionum, qui turbatur totus his legibus ad alium annum relatis. contra in inscriptione libri uariant; nam Maximum eum ad quem lex data est priore loco Theodosiani appellant* P. V. *breuiati,* P. P. *Lugdunensis integer,* P. P. *Iustiniani, in his Veronensis, omnes; posteriore loco* P. V. *cum Theodosiani Lugdunensis et plerique alii tum Iustiniani Veronensis aliique;* P. P. *habent in Theodosiano Parisini duo* 4403. 4404, *in Iustiniano Casinas. uides primo loco in Codice Theodosiano archetypo fuisse* P. P., *posteriore* P. V.; *id ipsum etiam tertio loco fuisse uerisimile est eo quem seruauit Consultatio; nam* P. V. *in ea edidit Cuiacius. subscriptio tradita si uera est, praefectus urbi non fuit is ad quem scripta est Maximus, nam III non. Febr. a.* 316 *Vettium Rufinum praefecturam urbanam obtinuisse constat ex indice praefectorum; praetorio praefectus eius nominis quominus eo anno fuerit nihil impedit. sed quae initio huius legis citatur constitutio de donationibus inter exceptas personas cum uideatur ea esse, quam a.* 319 *Constantinus dedit ad Bassum praefectum urbis* (*C. Th.* 8, 12, 4), *fortasse lex haec data est ad Maximum praefectum urbis III non. Febr. a.* 323 *non Sabino et Rufino consulibus, sed Seuero et Rufino.* ‖ 3 paulus *V; em. Maius collatis cc.* 253*a*. 254. 255. 257. 258, *quae ex Papiniani l. XII resp. petita pertinent ad eandem excerptorum seriem. c.* 250 *supplementa fere sunt Rudorffiana.* ‖ 4 cum '*sic*' *Vd;* cuius *Vm.* ‖ 5 n̄ (= non) *Vd*, n *Vmk*(?). ‖ 6 et ei '*sic*' *Vd*, et c *Vm.* ‖ 7 fideicommissum s *Vm.*

sacra aeditu[1] — (36) — *lit*|teris post mortem su*am* — (36) — | post mortem suam — (36) — || — (36) — re*dd*itam ...... rationem[2] | — (36) — uit, quod ne fiduciae daretur | — (36) — num accepit perueniret qui | — (36) — ~ | PAPIN. l XII. RES

253 — (36) — *don*atio[3] perficitur; cum autem creditor | — (36) — nem, si debitor pecuniam, quam dele|*ga* — (36) — *stipulati*one factam nouationem | — (36) — dam stipulationem uenit | — (36) — *i*nchoauit respondi. ~

253a | *Item*. — (36) — *possess*ione tradita, quam inritam | — (36) — *d*onauit, in iis praediis fuit.

253b | *Item*. — (36) — [Donationes in concubinam colla]tas non posse reuocari conue|[nit, nec, si matrimonium inter eosdem postea fuerit contractu]m, ad irritum reccidere | [quod ante iure ualuit; an autem maritalis honor e]t affectio pridem praecesserit[4] | — (36) — [personis compar]atis, uitae coniunctione | [considerata perpendendum esse respondi.] ~ |

254 *Item*. [Species extra dotem a matre uiro filiae no]mine[5] traditas filiae, quae | [praesens fuit, donatas et ab ea uiro traditas uide]ri respondi, nec matrem | [offensam repetitionem habere uel eas recte] uindicare, quod uir cauis|[set extra dotem usibus puellae sibi traditas,] cum[6] ea significatione non | [modus donationis declaretur nec ab usu propri]etas separetur, sed peculium | [a dote puellae distingueretur.] ~ |

255 *Item*. [Pater qui filiae quam habuit in potestate mancipi]a donauit et peculium, | *quamquam soluta potestate iure emancipationis* uita[7] deces|*sit, ei* [non ademit, ex post facto donationem uidebatur perf]ecisse. ~ |

c. 253*a* = *Dig*. 39, 5, 31 *pr*. Papinianus l. XII responsorum. Donationes — respondi neque enim tabulas facere matrimonium.

c. 254 = *Dig*. 39, 5, 31, 1 *post modo relata* Species — distingueretur. iudicem tamen aestimaturum, si mater iure contra filiam offensa eas reuocare uelit, et uerecundiae maternae congruam bonique uiri arbitrio competentem ferre sententiam. *extrema non Papiniani sunt, sed Triboniani* (*Puchta Inst*. § 206 *nota l; Lenel. paling*. *Pap*. *fr*. 687).

c. 255 = *Dig*. 39, 5, 31, 2 *post modo relata*. Pater — peculium emancipatae non ademit, ex post facto — perfecisse.

1 *similem casum tractat, ut monuit Dirksenus, Papinianus l. VIII resp*. = *Dig*. 31, 77, 26: '*Donationis praediorum epistulam ignorante filio mater in aede sacra uerbis fideicommissi non subnixam deposuit et litteras tales ad aedituum misit: instrumentum uoluntatis meae post mortem meam filio meo tradi uolo*.' || 2 r***itam ******ationem ??? *Vd*, asua******ai (t ?) **em *Vk*, r poenam mad . . rationem *Vm*. || 3 atio '*sic*' *Vd*, actio *Vm*. || 4 praecesseris *Vm*. || 5 mine *om*. *Vm*; filiae nomine uiro *Dig*. || 6 cum *om*. *Vm*. || 7 uita *Vm*, *pta *Vd* *supplementamea sunt*.

256 — (36) — bat praediorum, quae pater ei post | — (36) — am donationem genuit | — (36) — esset; parui etenim refert | — (36) — *nam licet iure donatio perfec*ta non probaretur, arbitrum | *hereditatis diuidendae* — (36) — *nihilominus patris uoluntat*em recte secuturum | — (36) ea dati sin*t*. ∼[1] | PAPIN. L. XII. RESP.

256a *Item. Recte filiae in potestate patrem donasse respondi, cum alte*ri[2] filiae *pro*pria praedia || praelegaret et adiecisset 'exceptis quae sorori tuae donaui'. nam et testamento liberalitatem confirmatam et aperte patris declaratam uoluntatem; quod diuisionis arbitrio sufficit iuris quoque uerbis deficientibus. ∼

257 Item. Eiusmodi lege deposita in aede arca, ut eam ipse *solus, qui*[3] deposuit, tolleret aut post mortem domini Aelius Speratus, non uideri perfectam donationem respondi. ∼

258 Item. Pomponius Philadelphus dotis causa praedia filiae Pomponiae[4], quam habuit[5] in potestate, tradidit et mercedes[6] eorum genero *so*lui[7] mandauit: an ea praecipua filia retinere possit, cum *om*nes[8] filios heredes instituisset, quaerebatur. iustam causam retinendae possessionis habere filiam, quoniam pater praedia *de*[9] quibus quaerebatur dotis esse uoluit, et matrimonium post mortem quoque patris constiterat[10], *respondi*; filiam[11] etenim, quae naturaliter agros retinuit[12], specie dotis, cuius capax fuit[13], defendi. ∼

259 Item. Mulier sine tutoris auctoritate praedium stipendiarium instructum non mortis causa Latino donauerat. perfectam in praedio ceterisque rebus nec *man*cipii[14] donationem esse apparuit, seruos autem et pecora, quae collo uel dorso domarentur, usu non capta. si tamen uoluntatem mulier non mutasset, Latino quoque doli profuturam duplicationem respondi; non enim mortis causa capitur quod[15] al*iter*[16] donatum est, quoniam morte Cincia remouetur. ∼

**c. 257 = *Dig.* 39, 5, 31, 3 *post modo relata.* Eiusmodi — non uideri celebratam donationem respondi.**

**c. 258 = *Dig.* 10, 2, 35. Idem (Papinianus) l. XII resp. Pomponius — defendi.**

---

1 sii** $V_d$, si . . $V^m$, sint $V^b$; *post* sii *sequi potuisse litteras ad sex, finem uersiculi scriptura uacare aiunt Maius et Krueger.* || 2 ri $V^k$, **i $V^d$, si $V^m$. || 3 *sic Dig.*, *recte puto*; ipse qui solus *V*. || 4 Pomponia *om. Dig.* || 5 habebat *Dig.* || 6 reditus *Dig.* || 7 solui *Dig.*, fului *V*. || 8 cum omnes *Dig.*, cum communes *V*. || 9 de *Dig.*, *om. V.* || 10 steterat *Dig.* || 11 respondi filiam *Dig.*, pro filiam '*sic*' $V^{dk}$, respondi per filiam $V^m$. || 12 tenuit *Dig.* || 13 fuisset *Dig.* || 14 nec manc *om. in hiatu* $V^d$, *habet* $V^m$, nec** $V^k$. || 15 quam $V^d$, *errore puto.* || 16 altero *V*; *em. ego.*

## ⟨AD LEGEM CINCIAM DE DONATIONIBVS[1].⟩

260 Item. Filius emancipatus, cui pater peculium non ademit, res quidem pro donato uel pro suo, quod iustam causam possidendi habet, usu capit, sed debitores conuenire non potest neque lites pecu*liares*[2] prosequi, si non sit in rem suam cognitor datus aut nominum delegationes interuenerunt. plane quod ei soluitur patre non dissentiente, debitorem liberat, nec interest an emancipatum ignoret uel ei non esse peculium ademptum, cum rei substantia plus polleat[3] existimatione falsa. PAPIN. L XII. RESP.

261 Item. Peculium uindicta manumisso uel inter amicos si non adimatur, donari[4] videtur. quae ratio facit, ut ex iusta causa possidens usucapere *re*m possit. aliud in his placuit, qui[5] *testamento*[6] libertatem acceperunt *uel testamen*to parentis[7] potestate soluuntur; quos amittere peculium, si non sit legatum, constitit, neque enim tacita liberalitas defuncti permittentis[8] retinere peculium potuit intellegi. ~

262 Item. Sponsae res simpliciter donatae non insecutis nuptiis non repetuntur. sed et si adfinitatis contrahendae causa donationes factae sunt et nuntium sponsus culpa sua remiserit, aeque non repetuntur. quod ita intellegi oportet, si revo-

1 *uersus duos hoc loco hodie uacuos in codice olim uidetur occupauisse rubrica* ad legem Cinciam de donationibus; *nam a sequenti inde pagina, quae orditur in medio c.* 261, *haec incipit in summis foliis perscribi, ita ut in primo paginarum pari legatur* ad legem Cinciam de donationibus, *in sequentibus inuerso ordine* de donationibus ad legem Cinciam. *cum tamen hic titulus a praecedente* 'quando donator intellegatur reuocasse uoluntatem' *commode separari nequeat et is in quo rubrica uidetur fuisse locus in mediam excerptorum Papinianorum seriem incidat, a librario magis quam ab auctore haec rubrica proficiscitur adiecta inepte propter uerba quae praecedunt* 'quoniam morte Cincia remouetur'. *Maius titulum illum coepit a c.* 266, *sine idonea causa.* ‖ 2 pecuñ *V*, *quod uidetur significare* pecuniarias; *emendaui ego.* ‖ 3 pulleat *V*. ‖ 4 donatori *V*, *sed* to *deletum esse notat Detl.* ‖ 5 qui *V*mk, *om. in hiatu V*d. ‖ 6 tantum *V*; *em. ego*, tt *scilicet pro* tt. ‖ 7 acceperunt****** to parentis *V*d, acceperunt'u****o *V*k, acceperunt si testamento parentis *V*m. *in ed. mai. scripsi* parentes, *de statuliberis hic sermonem esse arbitratus; praestat tamen retinere* testamento parentis, *ut significetur potestas eius, qui testamento paret, et explicare de manumissione fideicommissaria*: uel morte parentis *Krueger.* ‖ 8 permittentis '*sic*' *V*d, *ut uoluit Maius,* promittentis *V*m.

can*d*is donationi*bus* condicio *non* comprehendatur non coniunct*o* matrimoni*o* non perficiendi contractus[1]. ~ PAPIN. L. XII. RESP.

263 Item. Eam quae bona sua filiis per epistulam citra stipulationem donauit, si neque possessionem rerum singularum tradidit neque per mancipationem praediorum dominium transtulit nec interpositis delegationibus aut inchoatis litibus actiones nouauit, nihil egisse placuit. ~

264 Item. Matrem, quae sine tutoris auctoritate filio donationis causa praesentes seruos mancipio dedit, perfecisse donationem apparuit. ~

264a Pollicitatio donationis inter priuatos uim obligationis non inducit[2].

265 Item. Aurum et argentum, quod in re praesenti fuit, pater filio sui iuris donauit eiusque possessionem traditam esse instrumento palam fecit: non idcirco donationem inritam factam existimaui, quod usum omnium rerum apud patrem filius reliquit. ~

266 Vlpianus libro I ad edictum de rebus creditis. Indebitu*m*[3] solutum accipimus non solum si omnino non debebatur[4], sed et si per aliquam exceptionem peti non poterat, id est perpetuam exceptionem. quare hoc quoque repeti poterit, si quis perpetua exceptione tutus soluerit. unde si quis contra legem Cinciam obligatus non excepto soluerit, debuit[5] dic*i* repetere[6] eum posse, nam semper exceptione Cinciae uti potuit, nec[7] solum ipse, uerum, ut Proculeiani contra *Sabinianos*[8] putant, etiam quiuis, quasi popularis sit haec exceptio, VLPIANVS L. XXVI. AD ED. = L. I. AD ED. DE REB. CRED.

c. 266 = *Dig.* 12, 6, 26, 3. Vlpianus l. XXVI ad ed. Indebitum autem solutum — sed et si per aliquam exceptionem perpetuam peti non poterat. quare hoc quoque repeti poterit, nisi sciens se tutum exceptione soluit.

1 *scripsi,* si reuocantis donationis condicio non coniuncti matrimoni (-nii *Vm*) compraehendatur non perficiendi contractus *V*; si reuocandae donationis condicio non coniuncti matrimonii comprehendatur non perficiendi contractus *Savigny Keller Hollweg*, *quod fateor me non intellexisse;* si reuocandi donationes condicio non coniuncto matrimonio comprehendatur, non perficiendi contractus *Huschke*, *parum recte.* ‖ 2 *caput hoc cum inter uersus legatur*, *non ut scholia ad marginem*, *neque argumento suo ad scholia sese accommodet*, *recte Huschkius ad ipsam compilationem rettulit: uide tamen*, *cum absit* item *uocabulum*, *ne ueniat ex supplemento eiusdem*, *qui alio loco* (c. 5) *Papinianum adlegauit.* ‖ 3 indebitum non *V*; indebitum autem *Dig.* ‖ 4 debeatur *Dig.* ‖ 5 debebit *malim.* ‖ 6 dicerepetere '*sic*' *Vd*; dici repetere *Vm*. ‖ 7 nec '*sic*' *Vd*, non *Vm*. ‖ 8 contra tabulas *V*; *em. Rudorff*, *Böcking.*

sed et her*es*[1] eius, nisi forte durante uoluntate decessit donator: *tunc* enim[2] doli replicationem locum habere imperator noster rescripsit in haec uerba[3]. ~

266a Gregorianus libro XIII titulo. *Imp.* Alexander Flauio Menandro. ALEXANDER p. C. 229.
Professio donationis apud acta fact*a*[4], cum neque mancipationem neque traditionem subsecutam esse dicas, destinationem potius liberalitat*is*[5] quam effectum rei actae continet. eapropter quod non habuit filius tuus dominium, si quae adfirmas uera sunt, obligare pacto suo creditori non potuit, nec quod sine effectu gestum est uindicationem tui iuris impedit. Proposita III kal. Ian. Alexandro Aug. III et Dione II conss. ~

267 *Impp.* Seuerus et Antoninus Augg. Cosoniae Hilarae. Actio SEVERVS ET CARACALLA p. C. 205.
noua ex promissione, quae donationis causa facta sit, dari non solet. Proposita prid. kal. Ian. Romae Antonino ~ II[6] conss.

268 [7]Quaerebatur, an, cum Seius filiam suam emancipar*it* et[8] ........ RESP.
apud acta professus sit ei se donare fundum nec instrumenta donationis fecerit, an uideatur professione actorum perfecta esse donatio. respondi, si neque mancipatio neque traditio secuta est, solis actis dominium non transisse.

269 Vlpianus libro XLVI[9] ad Sabinum. 'Vt quod utendum mater VLP. L. XLVI. AD SAB.
'filiae dedit, non uideatur donatum et si donatum sit, non 'ualeat, in potestate filia constituta patris; aliud esse, si dotem[10] 'dedit'[11]. ~ Vlpianus: constat, quod utendum filiae datum est, non esse donatum; sed et si donat*um*[12] esset, aeque donatio non ualeret in filiam conlata, quae in patris erat potestate. plane si in dotem mater filiae dedisset, ualet quod factum est; potest[13] enim donare filiae, cum, *quamuis* res mariti fiant[14], quandoque filia uel sola, si iuris sui fuerit, uel uoluntate filiae pater habeat rei uxoriae actionem. merito igitur Sabinus ait, si inscia uxore uel *inuita* in dotem dedit[15],

1 heris *V*. ‖ 2 donator .enim *Vd*, donator etenim *Vm*. ‖ 3 *rescriptum omisit epitomator.* ‖ 4 factae *V*; *em. ego.* ‖ 5 liberalitas *Vdk*, liberalitatis *Vm*. ‖ 6 *omissum est Getae nomen, contra quam fit in codice Iustiniano; scilicet cum sylloge haec edebatur, uigebant adhuc memoriae damnationes apud Byzantios posteriores oblitteratae.* ‖ 7 *inscriptionem excidisse manifestum est.* ‖ 8 emanciparet *V*; *em. ego.* ‖ 9 XLIII *emendat Lenel paling. Vlp. fr.* 2903. ‖ 10 in dotem *malim.* ‖ 11 *'non sunt haec uerba Sabini, sed glossema quo fragmenti argumentum indicatur; Sabini uerba suspicor esse relata in Dig.* 23, 3, 34' *Lenel paling. Vlp. fr.* 2903. ‖ 12 donator *V*. ‖ 13 potest *V*², post *V*¹. ‖ 14 cum quamuis res mariti fiant *scripsi*, cum res mariti fiant quamuis *V*, quamuis res mariti fiant cum *Huschke.* ‖ 15 inuita maritus in dotem dedit *V*, inuita marito in dotem dedit *Huschke*, inuita mater

rem mariti non esse factam et ideo uindicari ab herede mulieris posse; quod *si*[1] sciente ea hoc factum sit, consequens erit dicere in dotem conuersum esse id quod datum est.

*Schol. ad c.* 269 *med.* B'. Mater filio in patria potestate posito donando nihil agit.

270 Hermogenianus titulo de donationibus. Diui Diocletianus et Constantius Caeciliae Anagrianae. ∼ Si donationibus in unam filiam conlatis quarta non retenta patrimonium exha*u*stum[2] in fraudem ceterorum filiorum probetur, has rescindi ad instar inofficiosi testamenti sacris constitutionibus parentum nostrorum euidenter continetur. matre quoque filiae res uenum dante nihil ei auferri[3] posse non ambigitur. Subscripta V kal. Mai. Sirmi Caesaribus conss. ∼ DIOCL. ET MAX. ET CONST. ET GAL. p. C. 294.

271 Idem Boncio Secundo. Praeses prouinciae amicus noster notionem suam inpertiet, non ignorans pro sua auctoritate atque experientia, si docebitur inmoderatis donationibus[4] non retenta quarta ad excludendam inofficiosi querellam nepotis ex filio nati patri*m*onium[5] suum auum exhausisse, p*leris*que constitution*ibus*[6] huiusmodi commentis ad exemplum inofficiosi querella*e* esse *o*ccursum[7]. Proposita Mogontiaci XI kal. Iul. Maximo[8] et Aquilino conss. ∼ DIOCL. ET MAX. p. C. 286.

*Schol. ad c.* 271. B'. De inmodicis donationibus.

272 Gregorianus libro XIII titulo. Imp. Philippus Agilio Cosmi*ano*[9] suo salutem. Inter patronos et[10] libertos de iure donationum tractari non oportet, cum etsi perfectis donationibus in pos- PHILIPPVS p. C. 249.

c. 272 = *Cod. Iust.* 8, 55, 1. Imp. Philippus A. Cosmiano. Etsi perfectis donationibus — possederit, tamen, si ingratus sit, omnis donatio — insolentiam erigere. hoc tamen ius stabit intra ipsos tantum, qui liberalitatem dederunt; ceterum — non retractauit. Data XV k. Iul. Aemiliano et Aquilino conss.

in dotem dedit *Blume*; maritus *uocabulum deleui ego eo quoque nomine molestum quod mox repetitur, supplendumque censeo cogitatione id quod proxime praecedit* pater. *neque enim ferendum est quod posuit Czyhlarz* (*Dotalrecht* p. 181) *eodem uersu maritum primum significare socerum, deinde generum, quamquam in re ipsa uerum uidit. Cf. Dig.* 23, 3, 34. Vlpianus l. XXXIII ad Sabinum. Mater cum filiae aurum dedisset utendum, pater puellae id aurum in dotem uiro appendit: dein mortua est mater. si inscia inuitaue uxore uir id aurum in dotem dedisset, manet id aurum heredis.

1 si *add. Maius.* ‖ 2 exhastam $V^1$, exhastum $V^2$. ‖ 3 auferri '*sic*' $V^d$; auferre $V^m$. ‖ 4 notiones $V^1$. ‖ 5 patrimm̄nium '*sic*' $V^d$, patrimonium $V^m$. ‖ 6 postque constitutiones *V*, *latere sub* nes *litteras* s* ib. *indicauit Dell., em. ego.* ‖ 7 quaerellam esse concursum *V*; *em. Mai.* ‖ 8 *iterationis nota ad Maximi nomen in Iustiniano codice adscribitur, in hac sylloge constanter omittitur.* ‖ 9 Cosmiano *Iust.*, cominio *V*. ‖ 10 et *addit* $V^2$, *om.* $V^m$.

sessionem inductus libertus quantolibet tempore ea quae sibi donata sunt pleno iure ut dominus possederit, tamen omnis donatio mutata patronorum uoluntate reuocanda sit. quod obseruabitur etiam[1] circa ea, quae libertorum nomine, pecunia tamen patronor*um* et beneficio comparata sunt. nam qui obsequi*o suo*[2] liberalitatem patronorum prouocauerunt, sunt digni quin ea*m* retineant[3], cum coeperint obsequia neglegere[4], cum magis[5] eos conlata liberalitas ad obsequium inclinare debeat[6] quam ad insolentiam erigere. fundus autem, quem *ais*[7] Agilio liberto donasse te, tribus et decuria, quae ipsius nomine comp*aratae sunt*[8], re ......................
...... libertus uindican .., *cum eas*[9] tantum donationes uel pecuniae largitiones[10] libertus obtinere debeat, circa quas uoluntas patronorum in supremam usque diem perseuerauerit. hoc tamen ius stabit intra ipsorum tantum liberalitatem[11], qui donauerunt; ceterum neque filii eorum neque successores ad hoc[12] beneficium peruenient[13]; neque enim fas est omnimodo[14] inquietari donationes, quas is qui donauerat in diem uitae suae non reuocauit[15]. ~ PHILIPPVS p. C. 249.

*Schol. ad c. 272 init.* B'. In libertos conlatam a patrono donationem, si ingrati extent, reuocandam uel si nomine eorum quid emptum sit.

273 Dominus[16] Constantinus et Caesares[17]. Prisca legum aequitate pr*aeclusa*[18] uariis ambagum uersutiis exquisita donatio, CONST. ET LICIN. p. C. 315.

---

1 et *Iust.* ‖ 2 obsequi****o $V^{dk}$; obsequiis suis *Iust.* $V^{m}$. ‖ 3 sunt digni quin eam non retineant *V*, non sunt digni quo eam retineant *Iust.*, *em. ego.* ‖ 4 neglegere *'sic'* $V^{d}$; neglegerent $V^{m}$. ‖ 5 in *inserit Iust.* ‖ 6 debet *Iust.* ‖ 7 at q a *(uersu finiente ut uidetur)* $V^{k}$; autem quem $V^{m}$; a**q** $V^{d}$. ‖ 8 nomine comp*** $V^{d}$, *de* com *tamen dubitans*, nomine p ...... $V^{b}$, nomine *parata* $V^{m}$. *scribendum fortasse*: fundus a. quem A. l. d. te scribis et decuria, quae ipsius n. comparata est, *quamquam tribus non minus emitur quam decuria* (*cf. Staatsrecht* 3, 447). ‖ 9 reqes******timoumn** pro ti***iciisu*cfri ‖ (*uel* rcqesc'o**timoumn*q**isituisuti*lib· ‖) ertus uindican*ois $V^{d}$; reu**e******iio**umnıq**q*****ıısu**lib* ‖ $V^{k}$; .... ‖ siue partis est uindicatio cum consue $V^{m}$; *omnia dubia esse in hoc u. adnotauit Detlefsenus.* recte siue in rem actione siue condictione repetuntur nec ea libertus uindicabit, cum eas *Huschke, spatium uersus unius aliquantum excedens.* ‖ 10 tedonationesūpecuniaelaoctia'n** $V^{d}$; *'pro* te *codex* ū *uel* tt, *post* pecuniae *fuisse uidetur* largitiones' $V^{k}$ *confirmans quae coniectura Huschkius inuenit* tantum *et* largitiones; tudo nouo ...... $V^{m}$. ‖ 11 libertatem *Iust. libri fere.* ‖ 12 hoc *'sic'* $V^{d}$, *Iust.*; *om.* $V^{m}$. ‖ 13 pertinebunt *Iust.* ‖ 14 ullo modo *Iust.* ‖ 15 *sequuntur in codice litterae cursiuae complures hodie euanidae.* ‖ 16 đ *V*; diuus *soluerunt alii non recte, sed fieri potest ut adiectum sit errore; cf. praef. p.* 12. ‖ 17 et Caess. *falsum est, u. praef. p.* 12. ‖ 18 prouisa *V*; *em. ego.*

licet titulum[1] emptionis uel debiti tenorem comprehendere uideatur, tamen claris testationibus[2] probata debe*t*[3] in irritum deuocari, si quidem consultissima ratione uideatur esse prouisum matrimonio constante donationes inter uirum et uxorem altrinsecus agitatas[4] nullam firmitatem habere. nec sibi debent mulieres[5] blandiri, si tamquam[6] uenditores uel debitores ad eludendas legum sanctiones mariti earum se falso uideantur esse professi. quare Vettium Rufinum clarissimum uirum praefectum urbi amicum nostrum, cuius notio est, adire non prohiberis, qui *pa*rtium allegationibus examinatis[7] petitioni tuae secundum iuris prouidebit iustitiam. Data XIIII kal. Nou. Mediolano Constanti*no*[8] et Licinio conss.[9] ~ CONST. ET LICIN. p. C. 315.

*Schol. ad c.* 273 *init.* B'. | De *donationibus* | sub emption*is titulo fac*|tis[10].

274 Idem Aureliae Sabinae siue Gaudiosae. Licet in potestate fili*i* degentes[11] donationum effectum a patre sibi conlat*ar*um[12] mox consequi min*i*me[13] posse uideantur[14], tamen perseuerantia uoluntatis[15] ad instar mortis causa donationis huiuscemodi liberalitatem redigi oportere retro principum *re*scriptis[16] cogn*o*sci*tur*[17] esse concessum. unde uirum clarissimum praefectum urbi amicum nostrum, cuius notio est, adire non prohiberis, qui omnibus rite consideratis, quae in precem tuam conferend*a*[18] *tu* d*uxisti*[19], pro experientia sua recte *iudi*cari *curabit*[20]. Data idibus Augustis Romae Constantino et Licinio Augg. conss.[21] ~ CONST. ET LICIN. p. C. 315.

1 titulum '*sic*' *Vd*, instrumentum *Vm*. ‖ 2 testationibus *Vd*, donationibus *Vm*. ‖ 3 debent *V*. ‖ 4 atrinsecus agitatas *superscr*. l *Vd*, ac re (*uel* res) insecuta non ratas *Vm*, ac r (*littera linea traiecta*) in . . . itatas *Vb*. ‖ 5 mulieris '*sic*' *Vm*, *quod improbat Detl*. ‖ 6 blandiri *qua*mquam *Vm*. ‖ 7 qui *par*tium allegationis exa . . . . *Vm*; *recte emendarant Barkow Buchholtz Rudorff*. ‖ 8 constantio *V*. ‖ 9 *debuit scribi* Constantino et Licinio Augg. IIII cos.; *ad hunc enim annum Borghesius* (*opp*. 3 *p*. 136) *legem reuocauit propter Vettium Rufinum praefectum urbis a die XIII k. Sept. a.* 315 *ad prid. non. Aug. a.* 316. ‖ 10 de donationibus . . . ab empt . . . . tis *Maius in libro ipso; 'lege* sub emptione . . sub . . tis' *idem in add.*; de donationib. sub emp . . . tis *Vb*; de** ‖ s*b empti** ‖ tis *Vd*. ‖ 11 filii u degentes '*sic uidetur*' *Vd*, filii sunt degentes *Vm*. ‖ 12 conlatum *V*; *em. ego*. ‖ 13 min*me *Vd*, m . . . *Vm*. ‖ 14 uideatur *V*, *em. ego*. ‖ 15 perseuerantia uoluntatis *Vd*, *ut coni. Wenckius*, perseuerat et . . . . satis *Vm*. ‖ 16 scribtis *V*. ‖ 17 cognitor *V*; *em. Maius*. ‖ 18 conferendam *V*. ‖ 19 *idi***si *Vd*, *qui postea addidit primam litteram* t *uideri, secundam* c *uel* e *uel* o *uel* u *olimque ibi uideri fuisse* tu duxisti; 'tu duxisti *et spatio et uestigiis recte conuenit*' *Vk*; . . . n si *Vm pro* tu duxisti. ‖ 20 '*ante* data *cernitur* recte****cari ????, exau' *Vk*; sententiam dari faciet *Huschke*. ‖ 21 *eiusdem anni hanc esse ac praecedentem obseruauit Borghesius l. c.; nam a.* 315 *per mensem Augustum Constantinum constat fuisse Romae, contra neque a.* 312 *nec sequente ibi fuit mense eodem. rursus omissus est igitur post* Augg. *numerus* IIII.

275 Diui Diocletianus et Constantius[1] Sa . . . . . . iodul . .[2] Perfectam donationem mutata uol*untate*[3] donatoris, etsi parum gratus existet, cui dono res data est, minim*e rescin*di[4] posse saepe rescriptum est. Proposita V non. Mart. Nicomediae Maxim*o et*[5] Aquilino conss. ~ DIOCL. ET MAX. p. C. 286.

276 Idem . . . . . iae. Si *pater* tuus[6] nomine matris tuae de sua pecunia *fundum comparauit* dona*tio*nis[7] causa eique tradidit et decedens non reuocauit id *quod*[8] *in eam* contulisse uidet*ur*, *i*ntellegis[9] frustra te uelle experiri, cum oratione diui Seueri huiusm*odi do*nationes[10] post obitum eorum, qui donauerunt, confirmentur. Proposita pridie *non.*[11] Mart.[12] Antiochiae Augg. IIII et III conss. ~ IIDEM p. C. 290.

277 Idem Aureli . . . . . . . *Si quam impugnat frater pater tuus in te con*tulit[13] donationem et decedens suprem*o iu*dicio[14] non reuocauit, scilicet manente potestate, praeses prouinciae iuxta diuorum principum *con*stitutiones super hac re factas uim prohibebit, de ceteris inter uos discep*tat*urus. Proposita IIII kal. Sept. Maximo et Aquilino conss. ~ IIDEM p. C. 286.

278 Idem Aurelio Zoilo. *Cum* adfirmes patrem tuum donationes perfectas in te contulisse et supre*mis* iudiciis eas non reuocasse, poteris iure constituto, praesertim cum honor*i* primipilari sis adstrictus[15], securo animo ea quae donata sunt possidere. Proposita *V*III kal. Nou. Maximo et Aquilino conss. ~ IIDEM p. C. 286.

279 Idem Benignae Superlat*ae*. In filiam post emancipationem donationem[16] a patre conlatam postea a*u*ferri[17] ab *e*a non potuisse dubitari non oportet. si igitur nihil aliud tibi de iure aduersatur, praeses prou*inciae*, *ne* qua tibi legitime possidenti fiat iniuria, intercessu auctoritatis su*ae prou*idebit. Proposita IIII kal. Dec. Maxi*mo*[18] et Aquilino conss. ~ IIDEM p. C. 286.

---

1 *Constantii nomen abundat, u. p.* 12. ‖ 2 sa . . . . . . . iodul . . *Vd*, Sabinae (‘*cod.* sab . . na *ut uidetur*’) et Diodulae *Vm*. ‖ 3 uoluntate *Vm*. *hodie sub laciniis agglutinatis quaedam uidentur latere Maio uisa; satius tamen duxi haec indicare in notis, in textu autem quidquid iam non apparet exhibere litteris cursiuis.* ‖ 4 minim*****di *Vd*, minime contendi *Vm*, minime rescindi *Hassius.* ‖ 5 maximo et *Vm*. ‖ 6 si pa***tuus (??) *Vk*, si******tuus *Vm*, si u******tuus *Vd*, *unde olim restitui*: si ut ais pater tuus. ‖ 7 pecunia . . . *donatio*nis *Vm*. ‖ 8 idc *dubitans Vd*, ad *Vm*. ‖ 9 uidetur intellegis *Vm*. ‖ 10 modi donationes *Vm*. ‖ 11 non. *Vm*. ‖ 12 Mai. *scribendum uidetur; uide commentarium meum de subscr. Diocletianis p.* 427. ‖ 13 idem A . . . *con*tulit *Vm*. ‖ 14 supremo *iudicio Vm*. *idem Maius in sequentibus usque ad* c. 279 *extr. cursiuis expressa tamquam ex cod. exhibet.* ‖ 15 ‘adstrictus *potius quam* adscriptus’ *Maius.* ‖ 16 donationem *Vd ut aut legerat aut coniecerat Blumius, om. Vm*. ‖ 17 aferri ‘*sic, lineola supra a exesa*’ *Vd*, auferri *Vm*. ‖ 18 maximino *V*.

280 Idem Aur. Anniano. In *dubium* [1] non uenit aduersus enor*mes* *d*onationes [2], quae t*antummodo* [3] in quosdam liberos, uacuefactis [4] facultatibus *reliquo*rum [5] pernicie, conferuntur, iam dudum diuorum principum stat*utis esse prou*isum [6]. si igitur mater tua ita patrimonium suum [7], profunda liberalitat*e in f*ratrem tuum euisceratis opibus suis, exhausit [8], ut quartae p*artis d*imidiam [9], quam ad excludendum inofficio*si* [10] querellam aduersum t*estamentum* [11] *sufficere* constat, his donatis datisque *h*au*d* relictam *ti*bi habe*as* [12], praeses prouinciae, quod *immoder*ate gestum est, reuocabit. *sane* [13] aeris alieni solution*em*, *si ab* [14] intestato cum fratre tuo matri heres exstitisti, renouare [15] non p*otest*. *Data N*icomediae [16] V non. Mart. Augustis [17] III et II conss [18]. ~ DIOCL. ET MAX. p. C. 286.

*Schol. ad c.* 280 *init.* B'. De inmodicis donationibus.

281 Idem Aurelio Seue . . . . . . . . dro [19]. Pater in filium, quem in potestate habet, conferens ipso iure d*onationem* [20] non facit, sed ex praeceptis statutorum recepta humanitate placuit, si in eodem iudicio perseuerans in fatum concesserit, liberalitatem eius salua lege Falcidia probari. proinde si pater, qui per epistulam res tibi dono dedit, non reuocata liberalitate nec mutata uoluntate fatalem diem intestato obiit, inlibata donatio permanet, si tamen legis Falcidiae ratio comminui eam nec [21] IIDEM p. C. 286.

c. 280 = *Cod. Iust.* 3, 29, 7. Iidem AA. (impp. Diocl. et Maxim.) Ammiano. Si mater tua — dimidium, quod ad excludendam inofficios testamenti querellam aduersus te sufficeret, in his donationibus, qua tibi largita est, non habeas, quod immoderate gestum est, reuocabitur. pp. V id. Mai. Maximo II et Aquilino conss.

1 anniano in dittium *Vd*; anni*ae*. in q . . . . lum *Vm*. Ammiano *Iust.* || 2 enormes don. *Vm*. || 3 ttāe *Vd*; ita* *'nescio quid aliud supra uersum uidetur esse additum' Vm*; tantummodo, *nempe* ttm, *scripsi.* || 4 uacuafactis *Vm*. || 5 facultatibus in filiorum *Vm*. || 6 statutis *esse* prouisum *Vm*. || 7 patr. suum ita *Iust.* || 8 profundit liberalitate *in* fratrem tuum . . . isce pati . . . pibus *t*uis (*om.* ex) au*x*it *Vm*. || 9 p*artis* dimidiam *Vm*. || 10 inofficiosi *Vm*, inofficiosior *Vd*: *scriptor magis uidetur litteras duas* qr, *a quibus sequens uersus incipit, errore in hoc positas expunxisse.* || 11 *sic Huschke*, aduersum t{ *Vd secunda lectione; pro* t *antea legerat* a; aduersum au *Vm*. || 12 onstat his donatis datis q̄n⁻irelicpam || bi habes *Vd curis secundis*; . . . . hisdonati . . . āntq̄naurelictaci || bi habes *idem ante;* rtat his datis . . . atis quae *in* aurelio tec*um* || *ri* habes *Vm*; *em. ego.* || 13 eanq. *uel* canq. *'sic' Vd*, eamque *Vm*; *em. ego*; namque *coniecit Hollweg*. || 14 solutionem . . ab *Vm*. || 15 renouare *'sic' Vd*, reuocare *Vm*. || 16 potes. *dat.* nic. *Vm*. || 17 aug. *V*. || 18 *subscriptio falsa est, nam consules qui dicuntur nulli sunt diesque et locus male uidentur repetiti ex c.* 275; *substituenda ea quae est in Cod. Iust. uide comm. de subscr. Dioclet. p.* 423. || 19 seuero alexandro *Vm*. || 20 do*nation*em *Vm*. || 21 si — nec *V*¹, nisi (*deleto* nec) *V*² *et Maius*.

exegerit; quod si locum habet, eatenus ex donatione fratres tui deducent, quatenus id fieri indemnitas et iuris ratio[1] in optinendis portionibus, quas eos habere necesse est, exigunt. iuxta hanc iuris formam praeses prouinciae ad uicem familiae erciscundae officium sententiae suae legibus temperabit. Proposita Byzantio XI kal. Apr. Maximo et Aquilino conss.[2] ~ DIOCL. ET MAX p. C. 286.

*Schol. ad c.* 281 *init.* B'. | Si pater in filium familias aliquid *confert*, | liberalitas eius salu*a lege* | Falcidia probanda *est.*

282 Idem Calpurniae Aristaenetae[3]. Quoniam non contenta rescripto, quod ad primas preces acceperas, iterato supplicare uoluisti, ex iure rescriptum reportabis. communes res in solidum donari nequeunt, sed portiones eorum qui donant ad eos qui dono accipiunt transitum faciunt. nec ambigi oportet donationes etiam inter absentes[4], si ex uoluntate donantium possessionem ii[5] quibus donatum est nanciscantur, ualidas esse. restat ut, si filius tuus inmoderatae liberalitatis effusione patrimonium suum exhausit, iuxta legum placita praesidis prouinciae auxilio utaris, qui discussa fide ueri, si integri[6] restitutionem ex filii persona competere tibi ob inprobabilem donationis enormitatem animaduerterit, in remouendis his quae perperam gesta sunt tibi subueniet. Proposita IIII[7] id. Feb. Mediolani[8] Maximo et Aquilino conss. ~ IIDEM p. C. 286.

*Schol. ad c.* 282 *init.* B'. Communes res in solidum donari non posse. donationes etiam inter absentes posse fieri et ualidas esse, si ex uoluntate donantium hi quibus donatum est nanciscuntur possessionem rerum donatarum.

*Schol. ad uerba* restat ut. ⟨Idem supra pagina VIII et infra pagina XV et XXIII⟩[9].

283 Idem Aurelio Carrenoni[10]. Si *praediorum*[11] stipendiariorum IIDEM p. C. 286.

c. 282 = *Cod. Iust.* 8, 53, 6. Impp. Diocl. et Maxim. AA. Aristianae. Nec ambigi — ualidas esse. PP. IIII id. Febr. Maximo II et Aquilino cos. — *Cod. Iust.* 3, 29, 4. Impp. Diocl. et Maxim. AA. Aristinae. Si filius tuus — exhausit, praesidis prouinciae auxilio uteris, qui — subueniet, ideoque non est tibi necessarium aduersus immodicas donationes auxilium ad instar inofficiosi testamenti. Dat. VI id. Febr. Maximo II et Aquilino conss.

c. 283 = *Cod. Iust.* 8, 54, 2. Impp. Diocl. et Max. AA. Zenoni. Si praediorum (praediorum *firmant basilica, al.* rerum tuarum) proprietatem — rediret, donatio ualet, cum etiam ad tempus certum uel incertum ea fieri potest, lege scilicet quae ei imposita est conseruanda. PP. V id. Mart. Maximo II et Aquilino conss.

1 ratio et *V.* ‖ 2 '*in margine uideor mihi cernere notas aliquot Tironianas*'. *Maius. in subscriptione erratum est; nam uere huius anni Diocletianum Nicodemiae moratum esse constat. uide commentarium de subscr. Diocletianis p.* 423. ‖ 3 Aristinae *uel* Aristianae *Iust.* ‖ 4 maxime *inserit Iust.* ‖ 5 hii *V*, hi *Iust.* ‖ 6 in integrum *Iust.* ‖ 7 pp. IIII '*sic*' *Vd et Iust. l. VIII*, pp. III *Vm*, dat. VI *Iust. l. III.* ‖ 8 *immo* Nicomediae. *uide commentarium de subscr. Diocl. p.* 423. ‖ 9 *haec scripta sunt manu diuersa (uide supra p.* 16*).* ‖ 10 Zenoni *Iust.* ‖ 11 praediorum *ex Iust. recte adsciuit Buchholtzius.*

proprietatem dono dedisti ita, ut post mortem eius qui accepit ad te rediret, donatio inrita est, cum ad *tempus*[1] proprietas transferri nequiuerit. si uero usum fructum in eam, contra quam supplicas, contulisti, usum fructum a proprietate alienare non potuisti. Proposita V id. Mart. Maximo et Aquilino conss. ~ DIOCL. ET MAX. p. C. 286.

284 Idem Alexandriae. Ea quidem, quae iure donationis a socru tua in te conlata sunt, manere inconcussa rector prouinciae efficiet. *de* matrimonio uero retinendo[2] tui arbitri est, an uelis et filiis communibus interuenientibus in eodem proposito perseuerare. Proposita III id. Oct. Heraclea Thracum Maximo et Aquilino conss. ~ IIDEM p. C. 286.

285 Gregorianus libro XIII tit. Idem Aurelio[3] Abanti. Si filiae tuae possessiones, de quibus agitur, neque mancipasti neque tradidisti, frustra uereris, || ne ex una professione uel[4] *ut suas eas uindicet* — (36) — *praeser*|tim cum fundos tributar*ios esse dicas* — (36) — | etiam ab iniuria tempera — (36) — | Maximo et Aquilino conss. — (36) — ~ IIDEM p. C. 286.

286 | Eodem libro eodem titulo. Idem Iuliae Marcella[e. Quoties donatio ita conficitur, ut post tempus] | id[5] quod donatum est alii resti[uatur, ueteris iuris auctoritate rescriptum est,] | si is in quem liberalitatis compen[dium conferebatur stipulatus non sit, placiti] | fide non seruata[6], ei qui libera[litatis auctor fuit[7] uel heredibus eius condicticiae actionis] | persecutionem competere. sed cum p[ostea benigna iuris interpretatione diui princi]|pes ei qui stipulatus non sit [utilem actionem iuxta donatoris uoluntatem] | decernendam esse admi[serint, actio, quae sorori tuae, si in rebus humanis] | ageret, potuit decerni, *si quae proponis uera sunt*, *tibi* | adcommodabitur. Proposita Si*rmi* [XI kal. Oct. Augg. IIII et III conss.] ~ IIDEM p. C. 290.

287 | Constantinus et Caess. — (36) — *Donatione secundum iuris normam perfecta* | nec ea quae matres in filios con*tulerunt reuocari iura permit*|tunt. sane si generaliter[8] *tantummodo uel stipulatione interposita* | uel mancipatione totius pat*rimonii donatio celebra*ta | est, id quod donatum est stare non *potest*, CONST. ET LIC. ET CAESS. p. C. 318.

c. 286 = *Cod. Iust.* 8, 54, 3. Iidem AA. (Impp. Diocl. et Maxim.) Marcellae. Quoties — uoluntatem competere admiserint, actio — ageret, competebat, tibi accommodabitur. PP. XI k. Oct. ipsis IIII et III AA. conss.

1 ad tempus *Iust.*, ad te *V.* || 2 *fortasse* rescindendo. || 3 aurelio *om. in lac. Vd.* || 4 *aut* uel *aut* uen *V.* || 5 id *om. Vm.* || 6 impleta *Iust.* || 7 auctor interfuit *Iust. cod. libri.* || 8 generaliter r *Vm.*

*cum haec donatio ad id ut proprietas possit* | transferri non ualeat. qu*are num hoc modo tibi consu*|li possit, rectorem prouinciae interp*ellare poteris* [1]. — (36) — | Licinio V et Crispo *conss.* — (36) — ~ CONST. E LIC. ET CAESS. p. 318.

288 | (Gregorianus libro XIII tit.) ⟨Dominus⟩ [2] Imp. Probus Massiciae [3] R — (36) — *Indubitati iuris* | est, siquidem donaturam te quaed*am dixisti neque apud acta instru*|menta fecisti aut eundem cui d*onabas dominum effecisti per rei cessionem* | perfectam ac solam tibi [4] p*ossessionem retinuisti, eum rem eam uindicare sibi* | non posse, quando apud te eius rei propri*etas mansit*, — (36) — *nec functionum pen*|siones uel per eum cui [5] don[ata res non erat uel ab actoribus ipsius nomine] | celebratae nunc [6] tibi obesse a [7] . . . . . *poterunt* — (36) — | ius tum magistrum sum*marum* — (36) — | cum comminatione uide [8] — (36) — | praefinitione allega, ut, si p*raesidi* [9] *rem probaueris* — (36) — *compel*|latur [10]. Proposita VI [11] kal. Ian. Mess*alla et Grato conss.* || PROBVS p. C. 280.

289 — (36) — p stipendiarii uel tributa|*rii* — (36) — *non sine traditione donat*io perficitur. pone igitur sollicitu|*dinem* — (36) — egit [12] non tradidisse ea uel quae | — (36) — *re*uocanda [13] non sunt. Proposita non. Oct. | — (36) — ~ IMP . . . .

290 — (36) — *modo preces tu*as [14] fides adiuuet. ceterum | — (36) — lem declarat [15] uolun*t*atem | — (36) — onem ab eo perfecisti, si quidem feminis [16] | *quoque* — (36) — *in* familia degentibus pater do|*nare uidetur cum moritur uoluntate non mutata* — (36) — s adeo emolumenti tribuat | — (36) — les quod *t*ibi ex patris rebus iure | — (36) — | *itaque ne tibi inferant temptamina frat*rum [17] tuorum inquietudinem, si qua | *tibi adquisita sunt* — (36) — *per donat*ionem, quae tibi ex bonis IMP . . . .

c. 288 = *Cod. Iust.* 8, 53, 4. Imp. Probus A. Marciae. Si functiones per eum — celebratae sunt, tibi obesse non potest. PP. V k. Ian. Messalla et Grato conss.

1 *caput hoc recte ad sententiam restituit Huschkius, uerba mutaui.* || 2 d *linea traiectum sive diuus explicabitur siue* dominus, *rationem non habet et accessit omnino errore* (*u. praef.* p. 11). || 3 massiciae *V*, Marsciae, Marciae, Martiae *Iust. libri mss.* || 4 *aut* tibi *aut* tiui *Vm.* || 5 *sic V Iust.; cuius malim.* || 6 nunc *Vd(?)k*, non *Vm.* || 7 a⁓ *Vk*, a *Vmd.* || 8 uide *Vmk*, uid *Vd.* || 9 si prae *Vm; esse lineolam in codice negat Detl.* || 10 *u. extremum expleuit Huschkius.* || 11 V *Iust.* (*Haloander*). || 12 . . egit *Vm*, egit *Vk*, **c (*uel* g)it *Vd.* || 13 ocauda '*sic*' *Vdk*, spernenda *Vm.* || 14 . . a *Vm*, '*male*' *Detl. Kr.* || 15 dederat *V*1. || 16 feminis *add. V*2. || 17 res *Vm.*

patris | *obuenit, modo eam* — (36) — *ad diem nouissimum* IMP.... uoluntas perseuerans | *patris confirmauit* — (36) — *debet*[1] etiam fundi ex pecunia a patre | *tibi donata empti possessio* — (36) — *per eum* tibi tradita ac postmodum | *a te retento apud te manere* — (36) — *si recte emisti solutione pretii*[2] facta numerans quod penes | *te fuit* — (36) — ~ Data III kal. Oct. Verona | — (36) ~ |

291 ...... *Firmam esse* — (36) — *rerum paternarum donationem* in IMP.... te conlatam, licet in potestate | *constituto tibi pater donauerit,* — (36) — *modo in diem nouissimum* uitae uoluntas | *durauerit, non ignorabit* — (36) — *praeses prouinciae cuius erit de hac re iudicem dare.* is tum uerorum[3] quae praetulisti[4] — | *ratione habita* — (36) — *curabit, ne quid* fiat contra uoluntatem defuncti | *et ita inter uos* — (36) — *arbitrum* diuisioni dabit. qui in | *familiae erciscundae iudicio* — (36) — *id spectare* debebit, ut tibi istae res | *et praeterea* — (36) — *portio* ex legibus ab intestato de|*bita adiudicentur.* — (36) — Proposita V kal. Iun.[5] Treueris | — (36) — III[6] conss. ~ |

292 — (36) — *Donatio*[7] quidem a patre in filium | *familias collata* DIOCL. ET *ipso iure nulla est* — (36) —, *sed benigne subuenitur filio,* si MAX. ET CAESS. p. C. in eadem uoluntate pater | *perseuerans decessit; ualet enim* 295. *nouissima*[8] uoluntas, quam in ex|*tremum diem pater retinuit, modo legitima omnibus portio* quae ab intestato debetur || inlibata seruetur. iuxta quae adi correctorem uirum clarissimum amicum nostrum et ea, quae in precem contulisti, adlega, qui in examinationibus eam sententiam promet, quam iuris atque aequitatis ratio dictauerit. Proposita Mediolano XII[9] kal. Ian. Tusco et Anullino conss. ~

293₁ Idem Aur. Luciano. In donatione rei tributariae circa excep- IIDEM p. C. 293. tam et non exceptam personam legis Cinciae nulla differentia est, cum et uacuae possessionis inductione celebrata in utriusque persona perficiatur et, si hanc secutam post huiusmodi placitum non constet, manifeste nec coepta uideatur. quapropter in his quidem, quae solo tributario consistunt, a maiore V et XX annis in uacuam inductos *uos*[10] possessionem ostendi conuenit. rerum autem mobilium siue mouentium, si excepti *non*[11] fuistis, quae mancipi sunt usu capta uel manci-

1 t etiam, *post* (t *expuncta*) u etiam $V^{d}$; t uel etiam $V^{m}$. || 2 tii $V^{dk}$, tit *uel* tat $V^{m}$. || 3 areistumuerorum $V^{d}$ *curis secundis; antea rettulerat* areistum**rum; *inter* û *et* rum *hastam spatiolumue uidit Krueger; are* nam tu eorum $V^{m}$. || 4 *immo* protulisti. || 5 iun '*sic*' $V^{d}$, iau. $V^{m}$. || 6 II $V^{m}$. || 7 portio $V^{m}$. || 8 sima '*sic*' $V^{d}$; ssimam $V^{m}$. || 9 VII $V^{m}$, '*male*' *Detl*. || 10 uos *om*. *V*, *addidi ego*. || 11 non *om*. *V*, *addidit Rudorff*.

pata, post uel antea maiore tempore a uobis anni possessa, auocari non possunt; nec mancipi uero traditione facta propter eiusdem interdicti potestatem similis possessionis probatio necessaria est. nam si exceptus fuisti priuignus tum constitu- DIOCL. ET MAX. p. 293.
2 tus, sola traditio sufficit. quod autem res tibi ab herede donatricis distractas esse pro*ponis*, *duplicari*[1] tibi titulum possessionis non potu*i*sse constat, sed ex perfecta donatione dominum factum frustra emisse, cum rei propriae emptio non possit consistere ac tum[2] demum tibi profuerit[3], si ex donatione te non fuisse dominum monstretur[4]. sane quoniam omnia *bona*[5] uobis ab *ea*[6] donata et tradita dicitis, ad hoc a filio facta uenditio[7] rerum maternarum adferre perfecta etiam donatione poterit defensionem, *ne*[8] exemplo inofficiosi testamenti possit haec auocare. quibus omnibus praeses prouinciae suam notionem praebebit. Proposita IIII kal. Iun. Diocletiano et Maximiano V et IIII conss. ~

294 1 Papinianus libro XII responsorum. Quod pater filiae, quam habuit ac retinuit in potestate, donauit, cum eam donationem testamento non confirmasset, filiae non esse respondi; nam et peculia non praelegata communia fratrum esse constabat. diuersa ratio est contra legem Cinciam factae donationis. tunc enim excepti*onem*[9] uoluntatis perseuerantia doli replicatione perimi*t*[10]; cum pater filiis, quos habuit ac retinuit in potestate, donat, nihil prodest non mutari uoluntatem, quoniam quod praecessit totum inritum est. unde cum filius in diuisione bonorum penes fratrem quod pater donauerat errore lapsus reliquit, portionem eius non esse captam usu Seruio Sulpicio placuit, quod neque frater ipse donauerat ne- PAPIN. L. XII. RESP.
2 que pater donare poterat[11]. cur ergo quod uir uxori dedit,

c. 293, 2 = *Cod. Iust.* 4, 38, 4. Iidem AA. (Impp. Diocl. et Maxim.) et CC. Aurelio Luciano. Cum res tibi donatas ab herede donatricis distractas proponas, intellegere debueras duplicari — potuisse, sed ex donatione et traditione dominum — bona tibi ab — dicis, ad — auocare *omissis reliquis, etiam subscriptione.*

1 esse pro . . *Vm*, ee (*sequentia in hoc u. euanuerunt*) *Vd* ‖ 2 tunc *Iust.* ‖ 3 profuit *Iust.* ‖ 4 demonstretur *Iust.* ‖ 5 bona *addidi ex Iust.* ‖ 6 ea *Iust.*, eo *V.* ‖ 7 uenditio *Iust.*, uenditione *V.* ‖ 8 defensionem *V*[1], defensione in *V*[2], defensionem ne uel *Iust.* ‖ 9 excepti *V; suppleui ea quae necessaria uisa sunt ad sententiam explendam, quamuis magis credam uersiculum totum excidisse.* ‖ 10 replicationem perimitur *expuncta* m *Vd; replicatione perimitur V*[2], replicationem perimit *V*[1] *secundum Maium; em. Keller et Rudorff. Cf.* c. 312. ‖ 11 CYCNVS *litteris magnis oblique scriptum in huius paginae margine inferiore lusus librarii est.*

morte soluto matrimonio, si uoluntas perseuerauit, fini decimarum auferri non oportere maximi principes nostri suaserunt et ita senatus censuit? sed nimirum liberi, qui repulsam donationis auctoritate iuris tulerunt, aliis rationibus ad bona patris perueniunt, ac plerique plus habere quam fratres iurgiis eiusmodi contendunt. ~ PAPIN. L. XII RESP.

*Schol. ad. c.* 294 *init.* B'. | Nihil prodesse filio familias donatum, si t*estamento* | non confirmetur donatio, quamuis pat*er* | non mutauerit uoluntatem. | et seque*ns* [1] et tertia. | ⟨Infra 7 pagina X adnota..[2] | similis huic inc(ipit?) ad not*am* VI.⟩[3]

295 Impp. Seuerus et Antoninus Augg. Atilio Nat*a*li[4] militi. Si frater tuus in potestate patris in diem mortis perseuerauit, donationes, quas a patre in eum conlatas esse adfirmas, nullius esse momenti dubitare non debes. de patris igitur bonis diuidundis cum fratre tuo apud eum, de quo meres[5], consiste. Proposita XIIII kal. Sept. Faustiniano[6] et Rufino conss. ~ SEV. ET ANTON. p. C. 210.

*Schol.* B'. Quaere supra [7].

296 Papinianus libro II responsorum. Donationem, quam pater in filium, quem in familia retinuit, frustra contulit, arbiter hereditatis diuidundae non sequitur; et ideo, si frater coheres apud fratrem suum possessionem errore iuris lapsus reliquerit, usu capio partis non erit. ~ PAPIN. L. II. RESP.

*Schol.* B'. Quaere supra[7].

297 [8]Diui Diocletianus et Constantius[9] Clodiae Iuliae Ptolemaidi. Cum matrem tuam donationis instrumenta in neptem suam fecisse nec ea tradidisse dicas, in dubium non uenit liberalitatem, quae *non*[10] adsignatis instrumentis minime coepta est, inualidam esse. igitur ut quaestio[11], quae inter uos orta est, cognita causa comprimatur, a uiua matre tua neque instrumenta neque possessionem traditam esse ostende. Proposita IIII non. Nou. Suneata Diocletiano Augusto II et Aristobulo conss.[12] ~ DIOCL. p. C. 285.

*Schol. ad c.* 297 *init.* B'. Donationem non adsignatis instrumentis non ualere.

---

1 seques *V.* || 2 '*fortasse fuit* adnota[tio]' *Krueger.* || 3 *uncis angulatis circumscripta scripta sunt manu diuersa* (*uide supra p.* 16). || 4 natili *V; em. Borghesius opp.* 3, 140. || 5 *fortasse* de quo pendet res. || 6 Faustino *esse debuit.* || 7 q (*lineola traiectum*) s. *V*; quod supra *Maius.* || 8 *hunc locum et proxime posita expressit Maius in tabula.* || 9 constantinus *Vm. debuit esse* Diocletianus A. *simpliciter; u. supra p.* 12. || 10 quae non *secundum scholium Heimbach, cui in ed. priore contradixi non recte*, quoniam *V.* || 11 querella *Vm, nota male explicata; errorem intellexit Hollweg.* || 12 *eiusdem anni et proxime sequentis diei constitutioni supra c.* 23 = *Cod. Iust.* 4, 48, 5 *subscriptum est in codice Veronensi, qui subscriptionem seruauit solus:* pp. IIII non nobr. atubino diocl. a. ii et aristobulo css. *ignotus locus uterque* (*Cf. comm. de subscr. Diocl. p.* 422);

298 Paulus libro LXXI ad edictum, ad Cinciam. Personae igitur cognatorum excipiuntur[1] his[2] uerbis: 'siue quis cognatus cognata inter se, dum sobrinus sobrinaue propiusue[3] eo *sit*[4], siue quis in alterius potestate manu m*ancipio*ue[5] erit, qui eos hac cognatione attinget quorumue *is*[6] in potestate m*anu* m*ancipio*ue[5] erit, eis omnibus inter se donare capere liceto'. ~ PAVL. LXXI. AD ED.

299 Item. Quinque igitur gradus pleni excepti sunt et ex sexto una persona, sobrinus et sobrina. ~

300 Item. Excipiuntur et ii, qui in potestate eorum uel manu mancipioue, item quorum in potestate manu mancipioue erunt. ~

301 Item. Ita*que* si is qui in eo[7] gradu est in potestate habeat eum, qui mihi longiore gradu sit, dare ei potero. sic et lex Furia scripta est, eo amplius, quod[8] illa lex sex gradus et unam personam ex septimo gradu excepit sobrino natum. ~

302 Item. Excipiuntur et adfinium personae ut priuignus priuigna, nouerca uitricus[9], socer socrus, gener[10] nurus, uir et uxor, sponsus sponsa. ~

303 Item. Sed in hac adfines qui sunt tempore donationis excipiuntur, idemque etiam diuus Pius rescripsit; leges enim, quae uoluissent etiam eos excipere qui fuissent, nominatim id cauisse. ~

304 Item. Excipit tutorem, qui tutelam gerit, si[11] dare uolet, quia tutores quasi parentes proprii pupillorum sunt. ⟨nam permisit eis *in*[12] infinitum donare.[13]⟩ contra ut possit pupillus donare, non excepit. ~

305 Item. Item excipit 'si quis mulieri uirginiue cognatus dotem

*de Sunista Pannoniae superioris* (*cf. C. I. L.* III *p.* 507) *cogitans Huschkius; si uerum inuenit, latet fortasse in* Atubino *mansionis VIIII m. p. a Sunista distantis* Iouiae *nomen antiquum, hoc enim ei impositum uidetur esse ab ipso Diocletiano.*

1 incipiuntur *V*¹. ‖ 2 in his *V*, in lege his *Huschke* ‖ 3 propriosue *V*¹, propriusue *V*ᵐ. ‖ 4 eos et *V*; *em. ego. praeterea* inter se *molestum est et fortasse huc male inlatum ex clausula, ut in ipsa lege sic fere fuerit:* siue quis cognatus cognataue dumtaxat sobrinus sobrinaue propiusue eo erit. ‖ 5 m̄m̄nioue, *id est* matrimonioue *V*; *em. Wenck, recte omnino, cum hoc certe loco de cognatorum coniugibus non agi ex sequente c.* 300 *constet.* ‖ 6 is (*scilicet* qui eos hac cognatione attinget) *addidi.* ‖ 7 itaque si is qui in eo *Maius*, ita si is quiq in eo *V*, itaque si is qui quinto *Huschke.* ‖ 8 *malim* quoque. ‖ 9 *scr.* uitricus nouerca. ‖ 10 gener *om. V*ᵐ. ‖ 11 si ei cuius tutelam gerit *Huschke*: *sed uidetur significari tutorem non gerentem non excipi.* ‖ 12 in *om. V.* ‖ 13 nam p. e. in (*om. V*) infinitum donare *uidetur interpolatum, cum de finita donatione praeterea in his non agatur.*

conferre uolet'; igitur quocumque gradu cognatus dotis nomine donare potest. ~ PAVL. L. LXXI. AD ED.

306 Item. Quaesitum[1], an et cognata cognatae ultra exceptum *gradum*[2] donare possit. Labeo scribit non posse; sed ratio aequitatis *ae*que[3] in feminis est. ~

307 Item. Item excipit, 'si quis a seruis quique pro seruis seruitutem seruierunt accipit *isue* duit'[4]. his uerbis 'si quis a seruis' *se*ruis[5] liberti continentur, ut patronis dare possint. sequentibus uero excipitur, ut is qui bona fide seruiit, si postea liber pronuntiatus sit, possit dare ei cui seruiit[6]. Sabinus utraque scriptura *libertos putat*[7] contineri et *b*is[8] idem dictum. ~

308 Item. Sed tantum patronum a liberto excipit. quidam putant etiam liberos patroni exceptos, quoniam libertus continetur serui appellatione et sicut in XII tabulis patroni appellatione etiam liberi patroni continentur, ita[9] et in hac lege. ~

309 Item. Contra autem[10] liberti a patronis excepti sunt? et hoc iure utimur, ne excepti uideantur, ut et dare[11] et capere lex iis[12] permittat. ~

310 Paulus libro XXIII ad edictum de breuibus. Perficitur donatio in exceptis personis sola mancipatione uel promissione, quoniam neque Cinciae legis exceptio obstat neque in factum 'si non donationis causa mancipaui uel promisi me daturum'; idque et diuus Pius rescripsit. ~ PAVLVS L. XXIII. AD ED. DE BREV.

311 Item. Sed in persona non excepti sola mancipatio uel promissio non perficit donationem. in rebus mobilibus etiamsi traditae sint, exigitur, ut et interdicto u*trubi*[13] superior sit is cui donata est, siue mancipi mancipata sit siue nec mancipi tradita. ~

312 Diui Diocletianus et Constantius Aurelio Onesimo. Successoribus donatoris perfectam donationem reuocare non permittitur, cum inperfectam perseuerans uoluntas per doli mali replicationem confirmet. unde aditus praeses prouinciae, si DIOCL. ET MAX. ET CONST. ET GAL. p. C. 293.

1 quaesitur *legi posse negat Mau.* ‖ 2 exceptum *V*; exceptum gradum *ego*; exceptam *Rudorff.* ‖ 3 eaquae *V*, *em. ego*; eadem *Rudorff; nisi potius quaedam exciderunt, uelut*: ea quae [in masculis etiam] in feminis est. ‖ 4 accipit duit *V*; isue *addidi ego; duitue iis Huschke contra* c. 309 *secundum lectionem traditam et omnino ueram.* ‖ 5 seruis suis *V*; *quod aut sic emendandum est ut feci ego aut cum Buchholtzio antea post* seruis *inserendum* suis; *quod minus placet, cum hoc soleat intellegi magis quam enuntiari.* ‖ 6 seruit *V*¹ *et Maius.* ‖ 7 libertos putat *addidi.* ‖ 8 his *V*; *em. Maius.* ‖ 9 eca *pro* ita *V*¹. ‖ 10 contra an item *coniecit Buchholtz.* ‖ 11 et dare *fortasse delendum.* ‖ 12 eiis *V.* ‖ 13 u *V*ᵈ, uel *V*ᵐ *idque librarius uoluit; recte soluit Savigny.*

de possessione te pulsum animaduertit nec annus excessit, ex interdicto 'unde ui' restitui te[1] cum sua causa prouidebit, uel si hoc tempus finitum *est*, *ad* formulam[2] promissam, quasi[3] nullas uires donationem habuisse dicatur, quaestione facti examinata, iu*dicem*[4] praeses prouinciae sententiam ferre[5] curabit. Proposita VIIII kal. Mart. Diocletiano V et Maximiano IIII conss. ~ DIOCL. MAX. E CONST. GAL. p. 293.

*Schol. ad c.* 312 *princ.*: B'. Nec inperfectam donationem a successoribus[6] posse reuocari.

313 Idem Laelio Sempronio[7] Laeporio. Donatio praedii quod mancipi est inter non exceptas personas traditione atque mancipatione[8] perficitur, eius uero quod nec mancipi est traditione sola. si igitur patrona tua in rebus humanis agens supra dicto iure ex causa donationis, retento sibi usu fructu, ad te eundem fundum transtulit, intellegis ius tuum satis esse munitum, si tamen cum moreretur patrona, quam praedium donasse commemoras, possessionem rei donatae non reuocauit. iuxta quae aditus is cuius de ea re notio est auctoritatem suam interponet. Data pridie kal. Apr. Aquileiae[9] Diocletiano Aug. VI et Constantio II conss. ~ IIDEM p. 296.

*Schol. ad c.* 313 *princ.*: B'. Donatio praedi mancipi ab eo quod nec mancipi[10] est in quo discrepet.

*Schol. ad c.* 313 *fin.*: B'. Donationem praedii patronae in libertum ita firmam esse, si possessionem eius cum moreretur non reuocauit.

314 Idem Aureli*o*[11] Apollonidae. In filium a patre donationum conscriptis instrumentis eum[12] in uacuam inductum possessionem horum lectio manifestat. ceterum sine dubia facti quaestione diuus Titus Antoninus parens noster *nec* necessari*as* angusti*as*[13], ratione eius consortii quod nascendi tempore liberis et parentibus datur, cogitans, non admitti scrupulosam inquisitonem statuit; nec idcirco patris indignatione posse donationem iustam umquam rescindi summa cum ratione placuit. Proposita V id. Nou. Melantia Caess. conss. ~ IIDEM p. C 294.

*Schol. ad c.* 314 *med.*: B'. Traditionem inter parentes et filios non requiri nec patris indignation*e*[14] iustam donationem debere rescindi.

1 rem *pro* te *Rudorff*, *Buchholtz*, tibi rem *Huschke; potest tamen tradita lectio ferri.* ‖ 2 efirmulam *'sic, sed m.* 1 o *super* i *uidetur posuisse' Vd;* est formulam *Vm;* est per formulam *Rudorff*; est ad formulam *ego.* ‖ 3 *sic, scilicet* q̅s, *V: errat Huschkius.* ‖ 4 iudicem] *scripsi*, iure *V.* ‖ 5 ferre *V*², facere *V*¹. ‖ 6 non *inserit V*; 'non *deleri uidetur' Maius et Detl.* ‖ 7 Aelio Symphoro *malim.* ‖ 8 adque emancipatione *deleta* e *Vd*, adque manc. *Vm.* ‖ 9 Aquileiae *om. Vm.* ‖ 10 nec mancpi *Vd*, non mancipi *Vm*, *'male' Detl.* ‖ 11 Aureliae *V*; *em. ego.* ‖ 12 *sic* (*non* cum, *ut ait Huschke*) *V.* ‖ 13 necessariis angustis *V*; *em. ego. cf. Blumius in Bekkeri Jahrb. des gem. Rechts* 3, 202. ‖ 14 indignationem *V.*

315 Idem Vlpiae Rufinae. Cum ex causa donationis uterque dominium rei tributariae uindicetis, eum, cui priori possessio uel soli tradita est, haberi po*tio*rem[1] conuenit. Data XII kal. Mart. Dorocortoro[2] Tiberiano et Dione conss. ~ DIOCL. ET MAX. p. C. 291.

*Schol. ad c.* 315: B'. Si in causa donationis duo sibi dominium rei tributariae uindicent, potiorem esse cui possessio tradita est.

316 Idem Au*reliae*[3] Homonoeae. Si non est in uacuam possessionem ex causa donationis inductus is contra qu*em*[4] supplicas, nulla ratione tributarii praedii dominus constitutus extraneus[5] uindicationem habere potest. IIDEM.

*Schol. ad c.* 316 *princ.:* B'. Eum cui non sit tradita possessio, rem ex donatione sibi uindicare non posse.

*(desunt quae sequebantur)*

c. 315 *in alio eorundem imperatorum rescripto Cod. Iust.* 3, 32, 15 *inter alia leguntur haec:* si ex causa donationis utrique dominium rei uindicetis, eum, cui priori possessio soli tradita est, haberi potiorem conuenit.

---

1 portionem *V*, *em. Maius ex scholio.* || 2 *Durocortorum Remorum intellegi monendum uidetur, quoniam inuentus est qui Dorocortori oppidi nomen in tota antiquitate usquam legi negaret.* || 3 aug. *V*; *emendaui ego, cum in similibus inscriptionibus omnibus simpliciter sit* idem, *contra eius ad quem rescribitur fere semper duo nomina enuntientur.* || 4 is contra quem *Vm*; iis qui contra quae *Vd*; '*pro* quae *fortasse* quam' *Vk*. || 5 *scilicet qui est ex personis non exceptis: itaque nihil mutandum.*



ASHMOLEAN MUSEUM OXFORD

## DE COGNITORIBVS ET PROCVRATORIBVS.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

317 *Apud acta facto*[1] procuratori haec satisdatio remitti solet; nam cum apud acta nonnisi a praesente domino constituatur, cognitoris loco intellegendus est. ad defendendum cognitore constituto dominus, non cognitor actori satisdare cogendus est; cum uero procurator defensurus interuenit, non dominus, sed procurator iudicatum solui satisdare compellitur. quae satisdatio adeo necessaria est, ut eam remitti non posse[3], etiamsi apud acta procurator constituatur, diuus Seuerus constituerit. cognitore enim interueniente iudicati *actio*[4] domino uel in dominum datur; non alias enim cognito*r* experi*e*t*u*r[5] uel ei actio*ni*[6] subicietur, q*uam*[7] si in rem suam cognitor factus sit. interueniente uero[8] procuratore iudicati actio ex edicto perpetuo ipsi et in ipsum, non domino uel in dominum competit. . . . . .[2]

318 Vlpianus libro VIII ad edictum. Non tamen sic putat certis uerbis cognitorem dari debere, u*t*[9], si quid fuisset adiectum uel detractum, non ualeat datio ut in legis actionibus. ~ VLP. L. VIII. AD ED.

319 P(aulus). Etiam Graecis uerbis cognitorem dari posse inter omnes constat. ~ PAVLVS L. VIII. AD ED.? [10].

320 . . . . . Secuntur haec uerba: 'et qui eam, quam in potestate VLP. L. VIII. AD ED. [11].

c. 320 = *Dig.* 3, 2, 1 *pr. ex Iuliani l. I ad ed.* Praetoris uerba dicunt: infamia notatur . . . . . qui eam, quae in potestate eius esset, genero mortuo, cum eum mortuum esse sciret, intra id tempus, quo elugere uirum moris est, antequam uirum elugeret, in matrimonium collocauerit, eamue sciens quis uxorem duxerit non iussu eius in cuius potestate est, et qui eum, quem in potestate haberet, eam de qua supra comprehensum est uxorem ducere passus fuerit. *quaedam horum Vaticanus breuiator imperite abiecit.*

---

1 *suppleuit Hollwegius.* ‖ 2 *ex Vlpiani l.* XIV *ad edictum num caput ueniat, dubitat Lenelius (paling. inc. fr.* 22); *Pauli l.* LXXIV *ad edictum tribuit Huschkius; quod sequitur Vlpiani nomen huic opinioni magis fauet.* ‖ 3 possit *V.* ‖ 4 iudicatio *V*; *em. Keller Litiscontest. p.* 308. ‖ 5 cognitori experitur *V*; *em. Hollweg*, cognitor iudicati experietur *Huschke non recte, nam ex* i. s. *nota non colligitur* i. *solitariam similiter notari.* ‖ 6 actio *V.* ‖ 7 quam iam *Vd*, 'qiam *linea superducta, id est* quoniam *cod.' Maius.* ‖ 8 uero *om. Vm.* ‖ 9 uel *V.* ‖ 10 *Pauli libro* VIII *ad edictum adiudicant Huschkius et Lenelius (paling. Paul. fr.* 162). ‖ 11 *cf. Lenel. paling. Vlp. fr.* 307.

'habet, genero mortuo, cum eum mortuum esse tum[1] sciret, 'in matrimonium conlocauerit eamue sciens uxorem duxerit, 'et qui eum, quem in potestate haberet, earum quam uxorem 'ducere passus fuerit, ∾ quae*ue*[2] uirum parentem liberosue 'suos uti mo*ris*[3] est non eluxerit, quae*ue*[4], cum in parentis 'sui potestate non esset, uiro mortuo, cum eum mortuum 'esse sciret, intra id tempus, quo elugere uirum moris est, VLP. L. VIII. AD ED.? cf DIG

321 'nupserit'. ∾ '*Pa*rentem', inquit. hic omnes parentes accipe utriusque sexus, nam lugendi eos mulieribus moris est. quamquam Papinianus libro II quaestionum etiam a liberis uiril*i*s[5] sexus lugendos esse dicat; quod nescio ubi legerit. sed quatenus extendatur parentum appellatio, non est definitum apud quemquam; itaque erunt lugendi etiam ex feminino sexu parentes. liberos similiter accipere debemus et nepotes et deinceps ulteriores exemplo parentium. lugendi autem sunt parentes anno[6], ∾ liberi maiores X annorum aeque anno. quem annum decem mensuum[7] esse Pomponius[8] ait; nec leue argumentum est annum X mensuum esse, cum minor*es*[9] liberi tot mensibus elugeantur, quot annorum decesserint usque ad trimatum; minor trimo non lugetur, sed sublugetur; minor anniculo neque lugetur neque sublugetur. ∾

322 . . . . . VII[10]. Verba autem edicti haec sunt: 'alieno', inquit[11], 'nomine, item p*er*[12] alios agendi potestatem non faciam in 'his causis, in quibus ne dent cognitorem neue dentur, edic-

323 'tum comprehendit'. quod ait 'alieno nomine ∾, item per 'alios', breuiter repetit duo edicta cognitori*a*[13], unum, quod pertinet ad eos qui dantur *cognitores, alterum ad eos qui dant*[14]; ut qui prohibentur uel dare uel dari cognitores, idem et procuratores dare dariue arceantur. ∾

c. 321 *cf. Dig.* 3, 2, 25 *pr.* Papinianus l. II quaest. Exheredatum quoque filium luctum habere patris memoriae placuit, idemque et in matre iuris est, cuius hereditas ad filium non pertinet.

1 tum *om. Vm.* || 2 ue *addidi.* || 3 mo est *V*¹, mos est *V*² *et Maius.* || 4 ue *addidi.* || 5 uiriles *V.* || 6 anno item *Vm*, *quod improbat Detl., post* anno *spatium uacuum esse testatus.* || 7 mensuum *ut in hoc codice bis, ita similiter legi Hauptius monuit in codicibus partim optimae partim bonae notae compluribus, u. ed. mai. p.* 370. || 8 pomponius (k superscr.) *V*; *littera superposita* k(aput) *significari uideri adnotat Krueger.* || 9 minoris *V.* || 10 *numerum libri minio scriptum Maius dubitans ita rettulit* XXXIIII *addens: 'haud scio an legendum sit* Paulus ad ed. LXXIIII *uel* Vlp. ad ed. l. LXXVII;' *Detlefsenus prima lectione item* XXXIIII *deprehendit, secunda eruit* \\\\ VII; *Mau uidit* / υλλ ///. *Huschkius tribuit Pauli l. VII ad edictum, Lenelius* (*paling. Vlp. fr.* 326—328) *Vlpiani ad edictum l. VIIII contra codicem omnino.* || 11 inquid *om. Vm.* || 12 post *V.* || 13 cognitorium *V*; *em. Hollwegius.* || 14 *haec in V omissa suppleuit Hollwegius.*

324 [1]Ob turpitudinem et famositatem prohibentur quidam[2] cognituram suscipere, adsertionem non nisi suspecti praetori. ~ VLP. L VIII. AD E

325 *Diui* Diocletianus et Constantius Aureliae Pantheae[3]. Actor rei forum sequi debet et mulier quidem facere procuratorem sine tutoris auctoritate non prohibetur. si quam itaque habes actionem, experiri magis iure quam aduersus ea quae pro tuo *statu*[4] statuta sunt quaecumque postulare debes. Proposita V id. Nou. Heracleae[5] Augg. V et IIII conss.[6] ~ DIOCL. MAX. E CONST. GAL. p. 293 (imm 294.)

326 *Idem* Aureliae Agema*ch*ae[7]. Actor rei forum, siue in rem siue in personam sit actio, sequitur. unde perspicis non eiusdem[8] prouinciae praesidem adeundum, de quibus *agitur res ubi*[9] sitae sunt, sed in qu*a*[10] is qui possidet sedes ac domicilium habet. in rem actio priuati iudicii quaestionem continet. dominae praesentia[11] si procurator agat uel defendat, satisdatio non recte postulatur[12]. nam procuratorem tam puellam tutore auctore[13] quam adultam posse facere nulli dubium est. Proposita Sersum XVIII kal. Feb. conss. supra scriptis[14]. ~ IIDEM p. 294.

327 . . . . libro XV[15] responsorum. Mulierem[16] quoque et sine tutoris auctoritate procuratorem facere posse. ~ . . . L. X RESP.

328 *Papinianus* libro II responsorum. Procurator absentis, qui pro euictione praediorum quae uendidit fidem suam adstrinxit, PAP. L. I RESP.

c. 326 = *Cod. Iust.* 3, 6, 2. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Agemachae. In rebus quae priuati iudicii quaestionem habent sicut pupillus tutore auctore et agere et conueniri potest, ita et adultus curatore consentiente litem et intendere et excipere debet. Data VIIII kal. Ian. Caess. conss. *ad hunc locum pertinere uidit Buchholtzius.*

c. 328. 332 = *Dig.* 3, 3, 67. Idem (Papinianus) l. II resp. Procurator qui — non leuabitur; nam procurator qui — frustra recusat.

1 *hic* (*non ante* c. 326) *in margine scriptum uideri* quod XII *uel* quod ait *rettulit Maius; Detlefsenus et Kruegerus* q̃ | ait *litteris iis quibus contextus scriptus est maioribus scriptisque manu plane diuersa, colore etiam nunc uiridi.* ‖ 2 quidem *coniecit Buchholtz; cf. Savigny Syst.* 2, 215. *certo haec male mutilauit breuiator.* ‖ 3 pantiae *V.* ‖ 4 statu *addidit Huschkius.* ‖ 5 haeracliae *V.* ‖ 6 *uidetur erratum esse in consulibus et constitutio anni esse potius* 294. *uide comm. de subscr. Diocl. p.* 438. ‖ 7 agemacae *V.* ‖ 8 eius *malim.* ‖ 9 de quibus res ubi agitur *V*; ubi res de quibus agitur *em. Maius.* ‖ 10 quas *V*; *em. Mai.* ‖ 11 *fortasse* praesentis. ‖ 12 dationem recte postulat *Vm.* ‖ 13 autore '*sic*' *Vd*, auctore *Vm.* ‖ 14 *subscriptio cum in Cod. Iust. tum hoc loco corrupta uidetur; fortasse* conss. ss. *librarius fecit ex* caess. conss. *die XVIII kal. Febr. a.* 294, *quo constitutio emissa uidetur, Diocletianus fuit Sirmii, qui locus haud scio an lateat in* Sersum *uocabulo. cf. comm. de subscr. Diocl. p.* 435. ‖ 15 XV *Vd*, XXI *Vm. Lenelius paling. Pap. fr.* 732 *de auctoris nomine dubitans Papiniani si sit, libri* XV *responsorum esse negat, esse posse l.* XII; *Krueger et hoc c. et* 333 *tribuit Paulo.* ‖ 16 mulieres *Vm*, '*male*' *Detl.*

etsi negotia gerere[1] desierit, obligationis tamen onere praetoris auxilio non releuabitur[2]. ~ PAP. L. II. RESP.

329 Sub condicione cognitor non recte datur, non magis quam mancipatur aut acceptum uel expensum fertur; nec ad rem pertinet, an ea condicio sit inserta, quae non expressa tacite inesse uideatur. ~

330 *Idem* libro II responsorum. Papinianus respondit, si procurator absentis aliquam actionem absentis nomine inferre uelit, cogendum eum aduersus omnes absentem defendere. ~

331 *Idem* libro II responsorum. Quoniam praesentis procuratorem pro cognitore placuit haberi, domino causa cognita dabitur et in eum iudicati actio. ~

332 Procurator absentis, qui pro domino uinculum obligationis suscepit, onus eius frustra recusat; et ideo nec iudicati actio post condemnatum procuratorem in dominum datur aut procuratori qui uicit denegatur. ~

333 ... libro XV responsorum.[3] Absentis procuratorem satisdare debere de rato habendo recte responsum est. multis enim casibus ignorantibus nobis mandatum solui potest uel morte uel reuocato mandato[4]. cum autem certum est mandatum perseuerare, id est cum praesens est dominus, *satis*dationis[5] necessitas cessat. ~ ... L. XV. RESP.

*(desunt paginae aut quattuor aut octo)*

334 || dotis nomine, effici — (36) — | uel sponsorem reuers — (36) — | facientem prohibeat[7] — (36) — *uel furtum mihi facientem* | deprehendat non furt — (36) — | adquirat actionem, .....[6]

334a non mirum — (36) — | cant. Iulianus et si m*ancipauerim tibi*

c. 332 *uide ad* c. 328.

c. 334 *cf.* (*indicatum ab Hollwegio*) *Dig.* 22, 1, 24, 2. Paulus l. XXXVII ad edictum. Cum quis furtum mihi facientem deprehenderit, negotium meum agens manifesti furti actionem mihi parat.

c. 334a *cf.* (*indicatum a Lenelio loco infra citato*) *Dig.* 17, 1, 30. Iulianus libro XIII Digestorum. Si hominem tibi dedero, ut eum manumitteres, et postea procurator meus prohibuerit, ne manumitteres, an mandati agere possim, si tu eum manumiseris? respondi si procurator iustam causam habuit interpellandi manumissionem serui, quem in hoc

1 negotia gerere *V et Dig. codd. uulg.*, negotiagere *Dig. cod. Flor.* || 2 leuabitur *Dig.* || 3 *Lenelius paling. Pap. fr.* 733 *caput hoc similiter atque* 327 *Papiniano dubitanter tribuit, a libro* XV *responsorum abiudicat.* || 4 mandata *V.* || 5 satis *add. Keller Litisconst. p.* 309. || 6 *caput hoc et sequens posuit Lenelius paling. inter incerta* (c. 23. 24). || 7 *Hollwegius suppleuit ita:* '[*si procurator mulieris interpellat maritum*] dotis nomine, 'effici[*at, ut actio rei uxoriae heredibus quaeratur*] uel sponsorem reuer- '*s*[*um conueniat uel opus nouum*] facientem prohibeat': *quae si recte posuit, hic locus non eiusdem auctoris est atque sequens, in quo eadem redeunt.*

*hominem ut eum manumittas, postea procu*|rator denuntiet, ne *manumittas, respondit, nisi pareas denuntiationi, competere mihi* | fiduciae actionem[1]. ~

334b *Aliquoties per procuratorem ius* | retinemus, uelut si m — (36) — *uel si sponsorem* | conueniat intra bienn*ium*, *uel si prohibeat opus nouum fieri*, *quo casu interdictum* | nobis utile est 'quod ui aut *clam'*; *nam et hic pristinum ius procurator nobis conseruat* | et adquirit actionem si*mul* — (36) — ~ VLP. AD ED.?

335 | [2]Actor municip*um etsi ex edicto et cauere de rato et defendere co*|gitur, interdum neut*rum praestare necesse habet* — (36) — *neque ex iudicato iudicium* | accipere cogitur, quod iudic*ium in ipsos municipes datur* — (36) — | sicut in cognitore — (36) — *iisdem* | casibus quibus et cognit*or* — (36) — *nec rec*|te ei soluitur sicut nec c*ognitori* — (36) — *sane si defendere uolet municipes*, | aduersus omnes def*endat necesse est*. *nec recte eos* | defend*ere* intelleg*itur nisi* — (36) — | satis dederit. ceter*um* — (36) — *ad*|iuuare debet sicu*t* — (36) ~

336 | [3]*Paulus* libro I sententiarum. Cum quo ag*itur suo nomine*, *si in rem actio est*, *pro praede litis et* | uindiciarum aduer*sario satis dare cogitur aut iudicatum solui*: *contra iudicatum solui*, | si in person*am*[4] sit actio,| d*umtaxat ex certis causis*. *cum quo agitur alieno nomine* | in rem, pro praede litis et *uindiciarum cauebit aut iudicatum solui*, *in personam iudicatum solui*. | actoris procurator [non solum absentem defendere, sed et rem ratam] | dominum habitu[rum satisdare cogitur]. ~ PAVLVS I. SENT.

337 |Procurator antequam[5]—(36)— | accipere iudicium—(36)— ~

338 | [6] *Diui* Diocletianus et Const*antius* — (36) — *A procuratoribus* | citra mandatum d*omini gesta nullius momenti sunt* — DIOCL. ET MAX. ET CONST. ET GAL.

solum acceperam, ut manumitterem . . . tenebor, nisi denuntiationi procuratoris paruero.

c. 334b *cf.* (*indicatum ab Hollwegio*) *Dig.* 3, 3, 72. Paulus l. I manualium. Per procuratorem non semper adquirimus actionem, sed retinemus: ueluti si reum conueniat intra legitimum tempus uel si prohibeat opus nouum fieri, ut interdictum nobis utile sit quod ui aut clam: nam et hic pristinum ius nobis conseruat.

c. 336 = *Consult.* c. 3 (*restitutum ex his apud Paulum* 1, 3, 4. 5). Paulus sent. l. I. Actoris — cogitur.

c. 337 *hinc rest. apud Paulum* 1, 3, 6.

1 *sic fere suppleuit collato loco Iuliani Lenel Ztschr. der Savigny-Stiftung, rom. Abth.* 8, 205 *et paling. inc. fr.* 24. || 2 *pleraque c.* 335 *supplementa adhibitis Dig.* 3, 3, 33, 3. 3, 4, 6, 3. 42, 1, 4, 2 *inuenerunt Blumius et Hollwegius et Rudorffius.* || 3 c. 336 *supplementa aptata sunt Gaianis* 4, 89 *seq.* || 4 persona *V.* || 5 anteg *Vm.* || 6 *suppleui in parte priore secutus Hollwegium.*

(36) — || — (36) — *ideoque quae inuito domino* a procuratoribus dis|*tracta comparasti, nullo iure retines.* — (36) — ex superfluo autem ea quae procu|*ratores ita* — (36) — *gesserunt nos infir*mare desideras; nam prin|*cipum rescripto* — (36) — *qui non inclusus intra certi* temporis terminos perpe|*tua actione utitur, nequaquam indiget.* — (36) — *Mart.* Nicomediae | — (36) — ~ | DIOCL. ET MAX. ET CONST. ET GAL.

339 .....[1] *Cognitore uel procuratore ob eam rem dam*nato, quae periculum ignominiae | *continet, neque dominus neque cognitor uel procurator notab*itur, quia neque dominus condem|*natus est neque qui condemnatus est suo nomine egit. sed* et si cognitor in rem | *suam datus est, idem dicemus, quamquam cognitore uel procuratore in* rem[3] suam dato lis[4] in | *ipsum aestimatur neque in dominum a procuratore* uel cognitore transfertur | *iudicium.* — (36) — ~ | VLP. L. VI. AD ED.?[2]

340 — (36) — *f*amae periculum inrogat | — (36) — *co*gnitorem dirigere. ~ | ....[5]

340a — (36) —[6] *A*ctio[7] popularis cognitorem | *procuratoremue eius qui agit non nisi post lit*em contestatam admittit. | ....

340b *Qui semel cognitor factus est, iudicium* accipere cogitur, maxime | — (36) — *quod si postquam iudicium coep*it, capitales inimicitias | *intercessisse probabitur* — (36) — *per*mittitur excusatio cogni|*tori.* — (36) — [item ait si s]uspectus tutor postuletur, [defensorem eius oportere etiam de rato cauere, ne reuersus ille u]elit retractare quod actum | [est. sed non facile per procuratorem quis suspectus accusabit]ur, quoniam famosa[9] causa est, nisi | [constet ei a tutore mandatum nominatim]. ~ | ....

341 [10] — (36) — *Hoc edict*um de pluribus speciebus | *loquitur.* ...

c. 340b = *Dig.* 3, 3, 9, 7. Vlpianus l. IX ad ed. Item ait — nominatim aut si etiam absente tutore, quasi non defenderetur, praetor erat cogniturus.

1 *tres priores huius c. uersus ita fere expleuerunt Rudorffius Form.* 3, 97 *et Blumius; quae sequuntur supplementa mea sunt.* || 2 c. 339 *ad Vlpiani l. VI ad edictum reuocant Huschkius et dubitans Lenelius* (*paling. incert. fr.* 25.) || 3 sem *Vm.* || 4 lis *Vdk*, bis *Vm.* || 5 c. 340. 340a. 340b *Huschkius Pauli sententiis* (*l. I tit.* 2) *uindicauit, Lenelius in palingenesia ut* c. 341 (= *Vlp. fr.* 321) *ita huius capitis partem eam quae in Digestis redit* (= *Vlp. fr.* 322) *rettulit inter excerpta ex Vlpiani l. IX ad edictum* (*nam mero typographi errore eadem leguntur inter incerta fr.* 26): *in codice haec ita scripta sunt, ut nisi librarius excerpta perturbauit,* c. 340. 340a. 340b. 341 *eiusdem auctoris sint necesse est.* || 6 *ita fere suppleuit Hollweg.* || 7 *om. Vm.* || 8 *confert Dig.* 3, 3, 8, 3 et 3, 3, 14 *Hollweg.* || 9 famae *Dig.* || 10 c. 341 *retinui supplementa Hollwegii paucis mutatis additisue.*

— (36) — cauetur quod edicto[1] praetor prospicien[2]|*dum curauit* — (36) — *ut praestaret domino fac*ultatem uel a cognitore | *in alium cognitorem uel a cognitore in se i*udicium transferendi | — (36) — *lis* cognitoris sit effecta[3] | — (36) — t possit transferre, non | — (36) — *uerba* edicti talia sunt: 'ei qui cogni|*torem dedit causa cognita permittam iudicium transfer*re'. his uerbis non solum | — (36) — care autem cognitorem || VLP. L. I AD ED.

*(desunt quae sequebantur)*

1 ed *V*, *quod potest esse et* edictum *et* edicto. || 2 prospicien *V*[d], perspicien *V*[m]. || 3 effecta *V*[dk], affecta *V*[m].

# MOSAICARVM
ET
# ROMANARVM
# LEGVM COLLATIO

RECOGNOVIT

TH. MOMMSEN.

de codicum stemmate v. F. Schulz, History of Roman Legal Science p. 312

*B* codex Berolinensis Lat. fol. 269.

V codex Vercellensis n. 122.

W codex Vindobonensis n. 2160.

a b ubi adduntur ad codicum sigla in locis ab ipso librario correctis, distinguunt scripturam priorem et posteriorem ita ut, quae earum non adest in apparatu, cum textu consentiat.

1 2 ubi adduntur ad codicum sigla in locis correctis a manu diuersa, similiter distinguunt scripturam librarii et emendatoris.

[ ] uncis quadratis quae comprehenduntur, absunt perperam a libris scriptis.

⟨ ⟩ uncis angulatis quae comprehenduntur, adsunt perperam in libris scriptis.

Libelli quem edimus Collationis, ut appellari solet, legum Mosaicarum et Romanarum praeter ipsum testes antiqui nulli ad nos peruenerunt; nam quod Blumius ad edicti Theodericiani c. 59 adnotauit fortasse id proficisci ex huius libri c. 4, 1, qui utrumque locum contulerit, reiciat necesse est. codices autem qui Collationem habeant extant tres; quattuor aliorum ab illis diuersorum uel certe qui possint diuersi fuisse, aliqua notitia superest. sunt autem hi:

1. Liber hodie Berolinensis Lat. fol. n. 269 scriptus saec. IX eiusque parte priore magis quam posteriore constat membranis formae quaternariae numero CCII, quarum tamen f. 200′—202 habentes passionem S. Gorgonis martyris a manu saec. XII uel XIII exaratae sunt, quaternio hodie f. 183—190, continens Iustiniani Institutionum partem extremam Digestorumque principium (u. horum ed. meae praef. p. XXXXIIII), a glutinatore demum adsutus. hoc dempto quaterniones litteris alphabeti signati sunt exceptis primis duobus, quibus soli indices continentur, cum a medio tertio f. 20 textus incipiat. capitum collationis index legitur f. 17—19, ipsa f. 150′—182′. 191; ex tribus librariis, qui coniuncta opera uolumen scripserunt, is a quo Collationem habemus item exarauit praeterea magnam partem reliquorum additamentorum ad Iulianum, de quibus infra dicetur. margines subinde madore exesi sunt et corrupti. ipse librarius quaedam emendauit; correctorem, nisi quod saec. XVI quaedam adscripta sunt fortasse a Pithoeo, liber non est expertus. — Eum librum Charondas (uide infra) ait esse 'bibliothecae Dionysianae', quae non potest esse nisi monasterii S. Denis prope Parisios; contra Petrus Pithoeus cum scribit in suam se eum intulisse 'ex antiquissima Sequanorum aut Mandubiorum bibliotheca, in qua per annos octoginta' (uoluit opinor octingentos) 'et amplius latuerat', quamnam intellegat nescio, nec fortasse uoluit intellegi. utut est, c. a. 1570 [1] uenit ad Pithoeum illum, apud quem heredesque

[1]) **In epistulis Cuiacii ad Pithoeum seruatis in cod. Paris. Dupuy 700 (excerpta inde a Savignyo sumpta edidit Blumius praef. p. VI, re-**

eius marchiones de Rosny per saecula adseruatus est. deinde a. 1837 cum bibliotheca Rosnyana publice ueniret, Berolinum migrauit. ratione cum dubitari nequeat hoc esse ipsum uolumen a Pithoeo adhibitum[1], contrarium qui adseuerant missos faciemus. — Descripsit librum post Blumium (*Zeitschrift für gesch. Rechtswissenschaft* uol. 10 a. 1842 p. 298 seq.) aliosque is, cuius cura in Germaniam adlatus est, Gustauus Haenel in praef. ad Iulianum p. IV; nostra causa excussit eum a. 1881 Rudolfus Schoell ipsique eum cum huius editionis plagulis denuo contulimus. — Librum hunc antequam ederet Pithoeus cum amicis communicauit Charonda Contio Cuiacio Scaligero. Ludouicus CHARONDAS in editionis Digestorum, quae prodiit Antuerpiae a. 1575, praefatione scripta Lutetiae k. Ian. a. 1572 ex libro 'de collatione Romanorum cum Moysis legibus' inuento in scripto uolumine 'bibliothecae Dionysianae' tituli primi c. 11 edidit sumptum omnino ex uolumine Pithoeano, ut uaria lectio eapropter in apparatum relata luculenter ostendit. — Antonius CONTIVS quod a. 1573, eo ipso quo totum commentarium primus edidit Pithoeus, subseciuis lectionibus suis inseruit eius c. 2, 6 nondum, ut ait, typis impressum, id item ex hoc codice constat sumptum esse[2]. — CVIACIVS quaedam ex hoc libro enotauit seruata in bibliotheca Bernensi (u. Blume praef. p. XIX). — Apographum eius fecit SCALIGER (cod. Lugdun. Scal. 61 f. 105—123; cf. catalogus bibl. Lugduno-Batauae ed. 1716 p. 342), adhuc utile, nam cum eo tempore margines integri essent, hic illic exemplum archetypi uices facit. adhibuimus et ipsum missum Berolinum.

2. Liber bibliothecae capitularis Vercellensis n. 122 membranaceus foliorum 183 formae quadratae, saec. X, a. 1822 a Blumio repertus eiusdem opera innotuit. primus quaternio cum parte indicis capitulorum interiit substituto alio argumenti

---

cognouit uolumen mea causa amicus P. F. Girard professor Parisinus) primum ut de re noua huius libelli mentio fit die 17. Oct. a. 1570; accepto deinde apographo fuse de eo Cuiacius agit d. 15. Nou. eiusdem uidelicet anni. unde ad Pithoeum uenerit, in epistulis non indicatur.

[1]) Nihilominus dubitauit Haenelius (praef. ad Iulianum p. IV).

[2]) Prima editio subseciuarum lectionum, quae prodiit Lugduni (non Parisiis) a. 1555, id caput non habet; primum editio a. 1573 (Ant. Contii iuris consulti lectionum subseciuarum iuris ciuilis liber primus ab auctore denuo recognitus atque auctus. Aurelianis ex officina Eligii Gibierii 1573) c. IX p. 74 continet 'fragmentum ex integro Pauli libro singulari 'sub titulo quemadmodum iniuriarum agendum sit' excerptum, 'nobis', ut ait auctor, 'ab amicis communicatum nec umquam antea typis editum'. lectiones sunt Berolinensis propriae, ut 19, 16 *agat* — 21, 4 *mola* — 10 *numedius nigidius*. inspexit has editiones mea causa quem supra nominaui Girard.

alieni. nostra causa et Paulus Krueger librum relegit et recognouit deinde a me rogatus Christianus Huelsen. adnotationes ad huius codicis marginem inuentas, editas a Blumio praef. p. XXXIII, recognitas ab Huelseno, tractatas nuper apud Conratum (*Geschichte der Quellen des römischen Rechts* uol. 1 p. 314) subieci.

ad 1, 7 (= cod. Iust. 9, 16, 6):
Impr̄. Iustin̄. A. Si quis cum telo ambulauerit hominis negandi causa, sicut his qui hominem occiderit pena subiacet.

2, 5 (= Pseudo-Eleutherius (uol. 1 p. 696 Mansi) indeque Benedictus Leuita 1, 398. 2, 381 MG. LL. II B p. 69. 94):
Iudici non est sine accusatore dampnare, quia et dominus Iudas, cum fur esset, quia non est accusatus minime abiecit.

ad 4, 2 (quae [ ] includuntur, euanuisse fere in codice ait Huelsen):
[Omnia ergo, que] aduersus absentes in omni negotio aut loco aguntur [aut iudicantur, om]nino uacuetur, quoniam absentem nullus addicit nec ulla lex dampnat. facile ergo homo hominem [fallere potest, non] tamen deum, cuius oculis omnia nuda sunt et aperta. unde ait propheta: dominus nouit cogitationes hominum quoniam uane sunt.
kp. Clerici, qui in quacumque seditione arma uolentes sumpserint, reperti amisso ordinis sui gradu in monasterio paenitentiae retrudantur.

ad 12, 1:
fabor] S(cilicet) laus uel auxilio.

ad 14, 1 (in textum relata):
Interpraetatio. Plagiarius est qui hominem liberum rapit et uendit.

Post uerba 16, 2, 8 *item pronepotes*, a quibus codex orditur caput CXXVIIII, haec in textum inserta: *require post capitulum CXXX*$^{mo}$ *IIII*$^{o}$ (quod est codicis ultimum) *capitulum C*$^{um}$ *XXXV*, in archetypo adscripta fuerint necesse est ad uerba 16, 2, 8 *si ex duobus* — 16, 2, 10 *matrem eandem habuerint item* in hoc libro omissa, in archetypo uidelicet ad finem suppleta, sed in apographum non translata. liber ipse integer desinit 16, 3, 13 in *pertineri*.

3. Liber bibliothecae Palatinae Vindobonensis n. 2160, antea Salisburgensis n. 360, membranaceus foll. 184, scriptus et ipse saec. X, a. 1822 a Lancizollio repertus, deinde opera cum Bieneri, qui inedita inde complura publici iuris fecit apud Savignyum

*Zeitschrift für gesch. Rechtswissenschaft* 5 (1825) p. 338 seq., tum Blumii innotuit. hic libellus ibi est f. 162'—184'. nostra causa eum denuo contulit idem Krueger, recognouit ad huius editionis plagulas Ludouicus Hartmann. finit ipse integer 16, 8, 2 in *possessiones.*

4. Hincmarum Remensem Savignyus (*Gesch. des röm. Rechts im Mittelalter* $2^2$ p. 282) docuit hoc libello usum esse in commentario scripto c. a. 860 (Duemmler *Gesch. des ostfränk. Reichs* I p. 457) de diuortio Lotharii et Tetbergae duobus locis, primum (opp. ed. Sirmond. uol. 1 p. 627): 'scriptum est in 'libro Leuitici: qui dormierit cum masculo coitu femineo, uter- 'que operatus est nefas, morte moriatur: unde et leges Ro- 'manae decernunt in capitulis de stupratoribus, quod legens 'quisque inueniet', deinde magis explicite p. 634: 'ueniat ille 'qui in sua libertate est, et legaliter aut quod ei impingitur 'defendens liberetur aut illis de quibus reputatur, quoniam non 'solum particeps, sed etiam auctor et executor criminis est, 'concredens legaliter puniatur, et aut in liberatione illius ista 'quae in custodia est et propter timorem super se mendacium 'dicit, legaliter liberetur aut in punitione illius legaliter puni- 'atur, sicut in primo libro legis Romanae capitulo sexto de 'stupratoribus et in capitulo septimo de incestis et turpibus 'nuptiis praecipitur et in ceteris, quae Christiana iura de- 'promunt, iusti iudices legere possunt'. intelleguntur tituli quintus et sextus editionum nostrarum, sextus et septimus autem ut apud Hincmarum etiam secundum librum unicum ex hodie notis, qui numeros habeat, Berolinensem; certe ibi ante titulum de stupratoribus leguntur uerba *expl. titulo quinto.* 'primi libri' praescriptionem cum ex nostris codicibus unus Vindobonensis habeat, id ipsum in suo etiam Hincmarum inuenisse apparet. Iulianum autem cum saepe adhibeat nec raro eum citet sub uocabulo legum Romanarum (Savigny l. c. p. 281), uerisimile est hunc libellum ab Hincmaro repertum esse Iuliano adiunctum[1]. habuit autem secundum haec codicem nostris meliorem, fortasse horum omnium archetypum.

5. Iohannes Tilius (du Tillet) episcopus († a. 1570) primum sedis Saint-Brieuc, postea oppidi Meaux, cuius ex

[1]) Savignyus l. c. quod coniecit Hincmaro codicem Theodosianum non breuiatum praesto fuisse Iuliano subiuncto et Collatione, eo nititur quod alibi citat tamquam 'in libro VI titulo XVIIII' inuentam constitutionem Cod. Theod. 4, 17, 1 = Cod. Iust. 7, 44, 3. at uero demonstrauit ad illum locum Haenelius hanc Hincmarum sumpsisse ex codice Iustiniano, scilicet epitomato, et scripsisse uel scribere debuisse lib. VII tit. XLIIII.

bibliotheca[1]) ipsius aliorumue curis prodierunt Ansegisi et Benedicti Leuitae capitularia (1548; cf. MG. LL. I p. 263), Vlpiani regulae (1549), Photii nomocanon Latine uersus a Gentiano Herveto (1561), lex Salica aliaeque similes (1573; cf. Stobbe *Rechtsquellen* 1 p. 9), Marcellini comitis chronicon (1619), narrauit Petro Pithoeo, ut refert hic in Collationis editione emissa a. 1573 p. 66, 'habuisse aliquando se' prisci scriptoris, qui cum Moysis legibus Romanas contulisset, 'fragmenta pauca, quibus ille Licinii Rufini nomen tribuebat'. eandem narrationem acceptam sine dubio ab eodem Pithoeo secutus Charondas in praefatione scripta a. 1572 librum de collatione legum Romanorum et Moysis ait credi esse Licinii Rufini. item Cuiacius postquam in obseruationum libro VII c. 2, qui primum prodiit a. 1564[2]), inter iuris auctores Christianos posuit Licinium Rufinum, argumento nullo allato, sed respiciens fortasse narrationem illam Tilianam, in recitationibus ad Paulum interpretans Licinii Rufini auctoris regularum l. XIII ad Paulum scriptam epistulam (Dig. 40, 13, 4) sic ait: 'is est 'L. Rufinus qui contulit leges dei cum legibus populi Romani: 'fuit enim Christianus, et illa collatio, quae non ita dudum edita 'est a Petro Pithoeo, habet in quadam bibliotheca Germaniae 'praefixum nomen Licinii Rufini.' Licinium Rufinum iuris auctorem in Digestis adhibitum ut ab hoc commentario aetatis Theodosianae alienum esse omnes consentiunt, ita quod Huschkius commentus est misso Licinio auctorem habendum esse Rufinum Hieronymi aequalem nemini opinor probauit. tota res nititur narratione Tilii a Pithoeo relata (nam Cuiacium pendere ex narratis sibi a Pithoeo non dubito), neque Tilius eum librum habuisse se dixit, sed uidisse se in bibliotheca nescio qua Germaniae, modo omnia haec per ora plurium recte tradita habeamus. si uidit Collationis exemplum aliquod siue id quod postea Pithoei factum est siue diuersum, certe Licinii Rufini nomen ei praescriptum fuisse parum credibile, cum eiusmodi auctoris nomen aeuo Theodosiano parum conueniat.

6. Canonum sylloge saec. XI in Italia superiore ab ecclesiastico quodam ex Hiberia oriundo quinque libris ordinata, seruata in codicibus Vallicelliano B. 11 (quem adhibui utpote Vaticano emendatiorem) et Vaticano n. 1339 et Casinati n. 216 inter excerpta ex Iuliano complura libro quarto c. 106 (cod. Vat. f. 188) locum huius libelli 1, 7 affert sub hac praescriptione: 'de homicidio qui aliquando absoluuntur, aliquando

[1]) *Κανόνας τῶν ἀποστόλων* Tilius edidit a. 1540 ex codice inuento Pictaui in bibliotheca canonicorum S. Hilarii.

[2]) Adsunt haec uerba in ipsa editione principe, quam mea causa in bibliotheca Parisina inspexit professor P. F. Girard.

'damnantur. Iustinianus rex.'[1]) lectiones ostendunt adhibitum esse a compilatore codicem Vercellensi proximum, sed eo meliorem.

7. Codex olim Bellouacensis, iam bibliothecae publicae Parisinae n. 9652 (antea suppl. Lat. 779) saec. IX (egit de eo diligenter Haenel in praef. ad nouellas posttheodosianas p. XIV) in folio 164 ultimo post breuiarii Alariciani clausulam continet scripta a manu non multum posteriore prima uerba tituli Collationis X sub praescriptione 'X de deposito'. ea mea causa descripsit Henricus Omont[2]).

Libelli pars hodie superstes ad nos peruenit una cum additamentis, quibus Iuliani nouellarum imperatoris Iustiniani uersio Latina in codicibus tribus supra scriptis aucta est. hanc appendicem liber Vindobonensis, qui ad archetypum commune proxime accedit, repraesentat uel certe olim repraesentabat[3]) ita ut Iulianum exciperet Collatio, sequerentur haec:

1. Nouella Iustiniani 34 (scilicet secundum numerationem corporis nouellarum CLXVIII hodie receptam) Latina *ut nulli liceat mutuanti* (Haenel post Iulianum p. 160*; Schoell in adnotatis ad nou. 34).
2. Nou. 65 Latinae epitome *de terris uel domibus* (edita apud Cuiacium in expositione Nouellae eius opp. ed. Neapol. uol. 2 p. 1109)[4]).
3. Nou. 114 Latina *de sacris diuinis subscriptionibus.*
4. Nou. 143 = 150 Latina *de raptu mulierum et sponsatae.*
5. Nou. 138 Latina *de usuris supra duplum non computandis* (ed. ex libro Berolinensi Pithoeus cum Collatione a. 1573 p. 55).
6. Nou. 121 Graecae *de partiariis solutionibus* epitome (ed. Pithoeus in ed. a. 1573 p. 56 et Haenel post Iulianum p. 196).
7. De consiliariis domini Iuliani anteoessoris dictatum (Pithoeus l. c. p. 59; Haenel l. c. p. 198)[5]).

---

[1]) Merkel apud Savignyum *Gesch. des röm. Rechts im Mittelalter* 7 p. 75 cf. 2, 299; Conrat, *Geschichte der Quellen des römischen Rechts* I p. 88. 215.

[2]) Legem Baiuuariorum A. de Daniels (*Handbuch der deutschen Reichsgeschichte* 1 p. 219), paenitentiale codicis Vallensis Herm. Ios. Schmitz (*die Bufsbücher* Mogontiaci 1883 p. 189 seq.) contendunt disposita esse ad ordinem Collationis, perperam uterque.

[3]) Desiderantur hodie folio auulso c. I extr., II totum, III principium, sed c. II inter c. I et III adfuisse index titulorum declarat.

[4]) Pithoeus eandem Nouellam plenam edidit cum Collatione a. 1573 p. 57, non ex libro hodie Berolinensi, sed ex diuerso, ut significat p. 112, scilicet simili Vindobonensis iur. ciu. n. 19, ex quo eandem dedit Biener *Gesch. der Novellen* p. 493.

[5]) Huc pertinent quae in epistula d. 15. Nou. 1570 Cuiacius scribit

8. Collatio domini Iuliani de contutoribus (Pithoeus l. c. p. 63; Haenel l. c. p. 201).

9. Verba *quam iam uideor conscripsisse in regia ciuitate* (Iulianus ed. Haenel p. 178), quae item adsunt in Iuliani codice omnium optimo Paris. 4568 praemissa subscriptioni: *in hac constitutione finiuntur nouellae constitutiones, quae post codicem diui nominis Iustiniani promulgatae sunt,* ut appendicis auctorem illa ad ipsum Iulianum appareat rettulisse; id num recte fecerit necne, quaeritur (u. Biener *Gesch. der Novellen* p. 79; Haenel ad Iulianum p. XL; Krueger, *Geschichte der Rechtsquellen* p. 355 not. 14).

10. Nouellae Iustiniani 134 Graecae *de uicariis* cet. uersio Latina ea ipsa quae legitur in Authentico.

11. Nouellae 117 Graecae *de diuersis capitibus et solutione matrimonii* praef. c. 1. 2 eadem interpretatio, quae est in Authentico (nou. 112), sed ut appareat Authentici scriptorem hanc ad Graecum archetypum emendauisse, itaque ipsam factam esse ab interprete uetustiore[1]).

12. Scholia ad Iulianum indicantia singula capitula quid in uetere iure mutarint; incipiunt: *primum et secundum capitulum non solum innouat anteriores leges, sed etiam confirmat* (Biener *Zeitschr. für gesch. Rechtswiss.* 5 p. 345 seq.; praef. ad ed. meam maiorem Digestorum p. VIIII. XXXXII).

13. Iustiniani constitutio *pro debitoribus in Italia et Sicilia* hinc tantum nota (in Nouellarum ed. Osenbrueggeniana p. 740; in ed. Zachariaei nou. 168).

14. Locus *de numero testium*, quae est lex Dig. 22, 5, 12 corrupta.

15. Locus *de cecis et debilibus* (Biener l. c. p. 356) originis incertae.

Berolinensis in tribus discedit: primum omisso c. IX habet

ad Pithoeum descripta mihi a Girardo: '*Ce qui est avec le Rufinus est tres bon. Et la* collectio de tutoribus [infra c. VIII] *me plaist fort. Et aussi les lieux qui sont cottés par le mesme auteur sur chacune question du droit. Et vous verrez en bref* [intellegit obss. 12, 38] *qu'il n'a pas menty* [intellegit dict. de cons. c. 34] *quant à la loy derniere Locat.* [= cod. Iust. 4, 65, 35] *qui a grand raison si elle est bien pesée. Elle fait qu'aujourdhuy* aedilitium edictum pertinet etiam ad locationes et conductiones'.

1) Scilicet quod in Graecis est *μετὰ τὸ καταλιπεῖν τοῖς παισὶ τὸ ἐκ τῶν νόμων ὀφειλόμενον μέρος* appendix Iuliana ita reddit: *postquam reliquerint omnibus partem quae lege debetur*, in Authentico autem *filiis* est pro *omnibus*. legit igitur interpres prior non *παισί*, sed *πᾶσι*, posterior errorem sustulit. praeterea uersiones duae paucis locis exceptis, ubi item correctio subesse potest (ut c. 2 in. *συνίστασθαι* in appendice uertitur *contrahi*, in Authentico *consistere*) non differunt nisi per corruptelas librariorum.

bis c. X et eo loco quo legitur in Vindobonensi et f. 149 subiunctum ipsi Iuliano ea forma, quam edidit Haenel post Iulianum p. 192; deinde c. VII dictatum de consiliariis ita ibi perscriptum est, ut post uerba *circa centesima decima relatas* (p. 198 u. 9 Haenel) spatium uacet trium fere paginarum, sequatur lex dei, ea absoluta f. 191 reliqua pars dictati a uerbis *si autem queratur* perscripta sit; denique c. XII et sequentia a Berolinensi absunt. Vercellensis ad Berolinensem proxime accedit; sed absunt ab eo pars dictati de consiliariis ea quam Berolinensis separat, itemque c. VIII—XI, nec post principium dictati, quod finit c. DXCII *idem de episcopis et monachis* siue altero dictati de consiliariis in uerbis *circa centesima decima relatas*, statim sequitur lex dei, sed interponuntur primum haec quae sequuntur ei libro propria et fortasse a librario qui eum scripsit adiecta, nam in indice capitulorum non comparent[1]).

| | |
|---|---|
| Lex IIII. DXCIII. Constitutio Metridiati. Pupillis uel adultis res suas nec uindi nec donari uel commutari licet nec cum fratre suo. | Cod. Iust. 5, 71, 4. Idem AA. Mithridati. Non solum per uenditionem rustica praedia uel suburbana pupilli uel adulescentes alienare prohibentur, sed neque transactionis ratione neque permutatione et multo magis donatione nec alio quoquo modo ea transferre e dominio suo possunt. igitur et tu si fratribus tuis per transactionem fundum dedisti *cet.* |
| DXCIIII. lex I. Imp. Antonino A. Muciano. Minor quod absque tutore uel curatore uindedit uel obligauit, dum ad legitimam etatem uenerit, restituitur illi. | Cod. Iust. 5, 71, 1. Imp. Antoninus A. Muciano. Venditio quidem praedii, quod iure pignoris . . . distractum est, ad senatus consultum, quod de alienandis praediis pupillorum ue adulescentium . . . factum est, non pertinet. sed si etiamnunc in ea aetate es, cui subueniri solet, aditus competens iudex, an te in integrum restituere debeat . . . . dispiciet. |

[1]) Quarti capitis origo dudum agnita est; tria reliqua unde ueniant docuit Haenelius ad Iulianum p. VIII.

| | |
|---|---|
| DXCV. De donatione. Donatio directa est, ubi in presenti res dona (*scr.* donata) traditur. quod si donator quartam sibi non reseruaberit, donatio non ualebit. | Cod. Theod. 8, 12, 1 *ad summam Aegidianam* (*breuiar. p. 156 Haenel*). |
| DXCVI. Si seruus sciente domino alienum seruum substraxerit uindiderit celauerit, in ipsum dominum animaduertitur. quod si id dominum ignorante commiserit, in metallum datur. | = Coll. 14, 2, 3. |

deinde tractatus breuis *de incestis* incipiens uerbis *cum omnis inlicitus concubitus* pertinens ad ius ecclesiasticum, denique tabula graduum cognationis. tria exemplaria cum pateat pendere ex eodem archetypo modo plenius modo ex parte tantum descripto, uerisimile est primarium codicem, ad quem Collationis exemplaria nostra tria redeunt, haec quoque continuisse ita fere ut leguntur legebanturue in libro Vindobonensi.

Appendicis ad Iulianum huius auctorem, Iustinianae aetatis opinor uel non multum posterioris hominem, potissimum attendisse ad Iustiniani constitutiones Latine scriptas cum ipsa sylloge ostendit tum clausula adiecta ad n. V (Haenel post Iul. p. 197): *similis huic constitutioni Graeca subsequitur* (nobis Nou. 160) *quae debet in his tantum quae ciuitates mutuantur locum non habere;* habuit igitur librum nouellarum nostris omnibus meliorem plenumque tam in Graecis quam in Latinis. attamen Graecas nouellas non omnino neglexit, sed trium 117. 121. 134 partes protulit Latine uersas uel in epitomen redactas; quas ut nouit adhibuitque is qui Authenticum scripsit, ita ex supra dictis intellegitur uersionem, quae hoc nomine significari solet, post factam hanc appendicem elaboratam esse. collectanea sua auctor continuauit epitomae Iulianae; haec enim cum diuisa esset in constitutiones plus minus CXXIV, capita autem plus minus DLXIV, collectanea in Vindobonensi efficiunt constitutiones CXXII—CXXIV, capita DLXXXII—DXCVI (sic text., DLXXI—DLXXXI ind.); in Berolinensi const. CXXVIII—XXXIIII (immo CXXXIIII) capita DLXV—DXCII (uide infra); in Vercellensi const. CXXVIIII—CXXXV, cap. DLXXXVI—DXCII non numeratis quattuor adiectis, quae supra rettulimus. ordinatio ea aequabilis in libris nostris cum omnino profecta sit ab archetypo communi, in ipsis numeris non solum libri tres inter se admodum uariant, sed item non raro eiusdem libri index et sylloge ipsa.

Cum Iuliano ita aucto quamquam, ut dixi, Collatio ad nos peruenit, non eadem est in tribus libris eorum coniunctio. scilicet in Vindobonensi, quem commune archetypum in uniuersa ordinatione reliquis diligentius expressisse hic quoque apparet, post Iulianum auctum sequitur f. 162′ Collatio praemisso indice capitum CXXXII seorsum numeratorum. numerantur seorsum Collationis capita etiam in Vercellensi libro et sunt in hoc quoque numero CXXXII; sed qui eum scripsit maluit rubricas tam Iuliani aucti quam Collationis capiti uoluminis praefigere. eadem uia etiam ulterius pergens qui Berolinense uolumen scripsit utrumque indicem coniunxit, numerans Iuliani cum auctario capita DXCI secundum ipsum librum, DXCII secundum indicem, Collationis autem c. DXCIII (sic index, DXCII uolumen) ad DCCXXXII (sic index, DCCCXXXI pro DCCXXXI uolumen)[1]. constitutionum diuisionem ne Berolinensis quidem Collationi intrusit.

Inscriptiones et subscriptiones libelli has traditas accepimus.

*W*: *incipit legem dei quod precoepit dominus ad Moysen.* sequuntur rubricae. *explicit kap. Incipit liber primus.* sequitur textus finiens 16, 7, 2 uerbis *bonorum possessiones. explicit.* item titulo quarto in codice praescriptum est: *constitut. IIII de legem Moysi.*

*B*: *incipit capitul legis dei.* sequuntur rubricae et Iulianus cum auctario. *incipit lex dei quam deus precepit ad Moysen.* sequitur textus finiens ubi finit editio. subscriptio nulla.

*V*: *incipit capitula legis quod precepit deus ad Mosen.* sequuntur rubricae et Iulianus cum auctario. *incipit legem dei quod precepit dominus ad Moysen.* sequitur textus finiens 16, 3, 13 uerbis *heredibus pertineri.* subscriptio nulla.

Rubricas quales libri scripti tradiderunt magis placuit remotas ex apparatu hoc loco exhibere coniunctos, cum praesertim de iis iudicari nequeat nisi coniunctis inscriptionibus et subscriptionibus.

*inscriptio nulla*

*(tit. 1, 1—4)*

item (idem *B ind.*) de causalibus homicidis (-diis *W*) *BVW* *non pro titulo, sed pro parte inscriptionis capitis quinti*

[1]) Ad auctarii Iuliani partem quae in Berolinensi post Collationem perscripta est, numeratio haec non peruenit; solummodo ante Nou. 117, cui in Vindobonensi praescriptum est *const. CXXIII kp. DXCIII* in Berolinensi legitur † *CXC kap.*, ut hic quoque patefiat quantopere in talibus Vindobonensis antiquiore praestet.

*(tit. 1, 5 — fin.)*

explic̄. titulus (titulo *V*, *om. W*) de sicariis (*hic finit W*) et homicidis (-diis *V hic finiens*) casu uel uoluntate *BWV*
incip̄. de atroci inturia (*sic*) *B*, incip̄. de atrociniis iniuriis *W*, *om. V*

*(tit. 2)*

explicit de atrociis iniuriarum *W*, kp̄. iii cons. (*atramento, sequitur minio* kp. dcxui) *B*, *om. V*
incipit de iure et saeuitia (sebitia *B text.*, sed uitia *B ind.*) dominorum *BV*, incipit de iure et seuitia dominorum constit. tituli iii *W*

*(tit. 3)*

expl̄. titulo (*om. W*) de dominorum seuitia (*hic finiunt VW*) cohibenda cons̄. iiii *BVW*
incip̄. de adulterio (-riis *V*) *BV*, incip. de adulteriis constitut. iiii de legem moysi *W*

*(tit. 4)*

expl. titulo quinto *B*, explicit de adulteris *W*, expl̄. cap̄. quod supra *V*
incip̄. de stupratoribus (strupatribus *V*) *BWV*, 'capitulum sextum de stupratoribus' *laudat Hincmarus* (*supra p.* 112)

*(tit. 5)*

expl. titulo (*om. W*) de stupratoribus *BW*, *om. V*
incip̄. de incestis (ingestas *B ind.*) nuptiis *BWV*, 'capitulum septimum de incestis et turpibus nuptiis' *laudat Hincmarus* (*supra p.* 112)

*(tit. 6)*

expl̄. titulo de adulteris stupratoribus et incestis *B*, *om. WV*
incip̄. de furibus et de poena (paene *V*, penis *W*) eorum *BWV*

*(tit. 7)*

expl̄. titulus (*om. W*) de furibus *BW*, *om. V*
incipit (item *V*) de falso testimonio *BWV*

*(tit. 8)*

uiiii *B*, *om. WV*

*(tit. 9)*

expl̄. titulus de familiariis testimonium non admittendo decimo *B*, explicit de falso testimonio *W*, expl̄. titulo de testimonia *V*
incipit de deposito *BWV*; x de deposito *cod. Bellouacensis* (*u. supra p.* 114)

(*tit. 10*)

expl. titulo de deposito unde *B*, explicit de depositis *W*, *om. V*

incipit de abactoribus (*sic W*, abbatoribus *B ind.*, abegeatoribus *B text.*, actoribus *V*) *BWV*

(*tit. 11*)

expl. de abigeis (abactoribus *W*) *BW*, *om. V*

incipit (*om. B text.*) de incendiariis (-ri *B ind.*) xii (duodecim *V*, *om. W*) *BVW*

(*tit. 12*)

expl. titulo (*om. W*) de incendiariis (incendiis *W*) *BW*, *om. V*

incip. de terminia mota (*om. B ind.*) xiii *B*, incipit (item *V*) de termino amoto *WV*

(*tit. 13*)

expl. titulus de terminea mota *B*, explicit de termino amoto *W*, *om. V*

incip. de plagiariis xiiii *B*, incipit (item *V*) de plagiariis *VW*

(*tit. 14*)

expl. titul. *B*, explicit de plagiariis *W*, *om. V*

incip. xu de mathematicis et manicheis *B*, de mathematicis et manicheis *V*, incip. de mathematicis *W*

(*tit. 15*)

expl. titulus de mathematicis maleficis et manicheis *B*, explicit de mathematicis *W*, *om. V*

incip. titulus xui de legitima successione *B*, incip. de legitimas actiones *W*, item de legitima actione *V*

(*tit. 16*)

*subscriptio nulla.*

Numeratos hos titulos inuenit in exemplari suo Hincmarus (supra p. 112) laudans, ut uidimus, qui nobis quintus et sextus sunt tamquam sextum et septimum. eorundem numerorum partem seruant libri nostri, maxime Berolinensis, plerosque tamen ipsis scribis non intellectos, ita ut qui nunc sunt secundus tertius quartus decimus ibi uno numero auctiores inueniantur quam in numeratione uulgari, contra tituli quinque postremi cum ea consentiant, numerus VIIII pari iure et ad finientem titulum referri possit et ad incipientem. intellegitur inde in exemplaribus antiquioribus et in ipso Hincmariano titulum de casualibus homicidiis etiam in numeratione suum locum obtinuisse et numeratos esse titulos septendecim. at in trium librorum quibus utimur communi archetypo secunda rubrica oblitterata est et prima interpolata, ad quam interpolationem fortasse adhibita est rubrica nouellarum Valentiniani III 19 siue 3 breuiarii Alariciani *de homicidiis casu an*

*uoluntate factis*, quam cum hac nostra Blumius in schedis Bonnensibus comparauit.

Capitum numeri omnes a librariis ueniunt ita inserti, ut licet iam in communi archetypo adessent, quiuis librarius et numeros mutaret et ubi exordium aliquod animaduertere sibi uideretur, eos intruderet. haec omnia cum ex apparatu eiecerim, quomodo in libris scriptis appareant, demonstrabo in titulo XI de abactoribus.

| | Berolinensis | Vercellensis | Vindobonensis |
|---|---|---|---|
| *principio tituli* | | | |
| *ante* incipit | kp. DCLXXX | kp. LXXXVIIII | kp. LXXXIII |
| *ante c. 2* | kp. DCLXXXI | kp. LXL[1]) | kp. LXXXIIII |
| *ante c. 3* | kp. DCLXXXII | kp. LXLI | kp. LXXXV |
| *ante c. 4* | kp. DCLXXXIII | kp. LXLII | kp. LXXXVI |
| *ante c. 5* | kp. DCLXXXIIII | kp. LXLIII | kp. LXXXVII |
| *ante c. 6* | kp. DCLXXXV | kp. LXLIIII | kp. LXXXVIII |
| *ante c. 7* | kp. DCLXXXVI | kp. LXLV | kp. LXXXVIIII |
| *ante uerba* p.175, 10 sed etiam | — | kp. LXLVI | — |
| *ante uerba* p.175, 12 eodem rescripto diui Hadriani | kp. DCLXXXVII | kp. LXLVII | kp. XC |
| *ante c. 8* | kp. DCLXXXVIII | kp. LXLVIII | kp. XCI |
| *ante uerba* p.175, 19 si quis bouem | — | kp. LXLVIIII | kp. XCII |

Vides licentiam librariorum in Vercellensi et Vindobonensi latius propagatam esse, sed ne a Berolinensi quidem abesse capitum exordia ficticia. coniuncta cum hac diuisione est rubricarum a textu separatio; scilicet ubicumque capitis exordium librarius ponit, ibi proxima quaeque uerba minio scribere solet; quod quousque in singulis capitibus producatur referre superuacaneum uisum est. uerarum locorum excerptorum inscriptionum cum Berolinensis formam aut pristinam aut certe ab hac proxime remotam seruarit, Vercellensis et magis etiam Vindobonensis non solum multa ex his abiecerunt, sed etiam ad capitum suorum exordia saepenumero tradita immutarunt, maxime modo substituto, modo addito temere uocabulo *idem*, (id quod monstrat uaria lectio, nisi quod de Vindobonensi raro id posui, cum ibi post singulos capitum numeros constanter

[1]) LXL pro XC in libro est hic et deinceps, ut in aliis non paucis.

id reperiatur)[1]), et p. 178, 10 ubi post *uidetur* caput incipiunt omnes, pro traditis *et ita celsus* — *ait enim* substituit rubricam *de stipula incendentis celsius* Vercellensis. haec quomodo singulis locis se habeant cum ad crisin faciat, in apparatu ea comparent. — Ad haec capita qui formati sunt indices capitulorum et ipsi librariorum sunt, sed certe Berolinensem librum qui scripsit principia capitum non ex apographo suo, sed ex ipso archetypo in indicem rettulit, cum quibusdam locis (ut 154, 17. 163, 15. 177, 20. 178, 1. 197, 23) lectio indicis emendatior sit quam in textum recepta. uariam lectionem inde depromptam ut in apparatum rettulimus, ita ipsi indices (quorum Vercellensem et Vindobonensem edidit Blumius) non digni uisi sunt quos typis exprimeremus.

Interpolationes, quae quidem nostris libris omnibus communes sint et certo ad archetypum commune adscendant, adsunt quidem aliquot, ut tituli primi qui est et secundi qui fuit inscriptiones corruptae, et capitum numeri ficticii, quos modo uidimus adfuisse iam in archetypo, item 154, 24 adiecta uerba *item Theodosianus*, de quibus mox dicetur, item 141, 14 *uel res uerba rescripti* pro siglis *u. r.*, et 144, 7 cum pro *aquilia* scriptum esset *aquiliam*, inde factum *ad aquiliam*, 168, 2 intrusum *uerbis* aliaque minora, sed rarae eae et facile deprehendendae. sed multis locis hiant libri omnes modo singulis uocabulis modo adeo enuntiatis omissis (ut 177, 10. 189, 14. 191, 2 et passim). longe pluribus codex archetypus mendis nec raro grauibus inquinatus fuit. nec admodum uetustus fuerit necesse est: scilicet, minusculis eum exaratum fuisse indicant errores in apographa omnia translati, ut 176, 21 *et editione* scriptum pro *deditione* et passim *s* et *r* permutatae, ut 145, 10 *rextertiorum* pro *sestertiorum BV* similiterque saepius, 186, 6 *re BWV* pro *se*, 187, 14 *sed tractare B* pro *retractare*, 187, 18 *rectas BV* pro *sectas*, 188, 6 *euidentissimorum BWV* pro *euidentissime sunt*, passim *incertus* pro *incestus VW*, 169, 10 *uestitur VW* pro *uertitur*. peruenit hoc ad apographa tria, sed longe frequentius quam *B* sic errarunt *VW* utpote uetustae scripturae minus gnari.

Tria apographa quem locum inuicem teneant, dictu difficile est. Berolinense longe optimum quibusdam locis plenius est quam duo alia, ut 164, 6 uerba *qui rem . . . potest*, item extrema inde a p. 198, 2 solus seruauit et passim uerum dat ubi illa errant. attamen non solum e contrario hiatus

---

[1]) Ita p. 177, 1 ubi duo alii libri habent *idem paulus* Vindobonensis rubro colore praemittit alterum *idem*: similiter *idem* bis ibi legitur 197, 9. 16. 22 et aliis locis.

eius libri (ut 145, 11. 169, 15. 179, 9) et errores non rari (ut 186, 6 *reprehenderent* pro *re praeberent*, quod debuit esse *se praeberent*) emendantur adhibitis libris aliis, sed adeo non immunis est ab interpolatione sibi propria licet rara et modesta. ita 179, 2 uocabulum *tenetur* et 195, 24 uocabulum *enim* de suo scriptor addidit. dittographiam ex archetypi margine in textum translatam deprehendimus 152, 26, ubi ad *non ambigitur* adiectum fuit *non dubitatur*, quocum iungemus, quod 180, 15 in loco qui potest uideri hiare in textum admissum est *hd*; scilicet *hic deest*. — Vercellensis ut saepenumero tam in ueris quam in falsis cum Vindobonensi conuenit (ut uterque habet 185, 8 *denses abdicant* pro *deus eradicauit B*, 194, 1 *rumponuntur* pro *rumpuntur*), ita fide hunc longe superat nec desunt loci, ubi unus uerum seruauit (148, 1 *infami V* cum Dig., *infamem W*, *infamiae B* — 148, 2 *iube ita V* cum Dig., *iubet B*, *iube intra W*). nam in Vindobonensi interpolatio late grassata est passim originem ducens ex leui errore Vercellensis.

150, 23 *diuum*] *B*, *dum V*, *quod W*
154, 16 *rei*] *BV*, *quia rei W*
155, 15 *prop. pr. id.*] *B*, *propridiae V*, *propriae dixi W* (unde adnotatio corrigenda)
159, 1 *corrigendum*] *BV*, *succurrendum W*
164, 5 *his*] *BV*, *ira W*
168, 20 *fur accedet*] *V*, *fur accedat B*, *furanti de W*
169, 1 *susceperat*] *BV*, *susceperat stabit W*
174, 9 *furem magis eum*] *non furem eum esse W*
186, 6 *se praeberent*] *repraeberent WV*, *reprehenderent B*
187, 8 *sed dii*] *sedi B*, *redde VW*
188, 1 *conentur*] *B*, *conuentur V*, *conueniatur W*
195, 3 *obsistunt*] *B*, *obstituunt V*, *constituunt W*

Nihilominus non solum supra uidimus appendicis Iulianae formam in libro Vindobonensi a pristina proxime abesse, sed etiam hic liber Vercellensi proximus et ex tribus deterrimus saepenumero uerum seruauit cum B contra V nec raro contra utrumque, ut 147, 23 *eorum W* cum Dig., *illorum BV*. equidem cum ad contaminationis suspicionem confirmandam argumenta idonea non habeam (nam 142, 1 *aut B*, *ante V*, *autem ante W* — 191, 20 *ex V*, *et B*, *et ex W* — 194, 5 *et B*, *est W*, *est et V* non sufficiunt), quomodo fieri potuerit, ut tam BV quam VW inter se iungantur communione non paucorum errorum, ueram lectionem retineant modo BV contra W, modo VW contra B, modo B solus, modo solus V, modo adeo solus W, non habeo quomodo explicem; hoc uideo neque ullo ex hisce tribus libris recte nos carere posse neque duorum consensu contra unicum testem rem decidi.

Notis iuris, scilicet iis quibus usi sunt librarii Gai Veronensis et fragmentorum Vaticanorum et a quibus constitutionarii in scribendo codice Theodosiano iussu senatus abstinuerunt, qui scripsit hunc commentarium non magis uoluit uti; nullo enim loco certum uestigium eorum reperiri uere periti non negabunt. neque uti recte iis potuit in commentario non forensi usui destinato, sed quae apud iuris auctores inuenit, in communem formam transtulit notis iuris perite solutis. sane non peruenit id ad notas eas, quae communi usu obtinent et adsunt similiter in libris codicis Theodosiani et alibi; quo pertinent loci duo 140, 11, ubi *exemplum sacrarum litterarum* in libris nostris mutatum est in *quod si* natum opinor ex *ex. s. l.*, et 141, 14, ubi cum libri habeant *uel res uerba rescripti*, in archetypo uidetur fuisse *u. r.*, adscripta deinde interpretatione duplici altera uera, altera falsa.

Orthographiam formaui ad leges saeculi eius, quo scripsit auctor, expulsis soloecismis qui libros quos habemus occuparunt et sine dubio simili ratione adfuerunt in communi eorum archetypo octauo saeculo uix uetustiore. in apparatum ex orthographicis ea admisi quibus in crisi non recte careremus; reliqua menda in apparatu praetermissa qualia sint, indicabit conspectus quem subieci non plenus sed qui sufficiat, formatus maxime ad Berolinensem, sed respiciens item tam Vercellensem quam Vindobonensem in his quoque duobus illis inferiorem.

Adsimilationem praepositionum in compositis talem exhibui, qualis est in *B*; longius progressa est in *VW*, ut *afficitur* 166, 16 *W* — *affin-* 159, 6 *VW* — *appraehendere* 162, 23 *VW* — *compell-* 147, 16 *W*, 148, 14 *W*

geminantur consonantes perperam: *consummi* 175, 8 *BW* — *affricae*, *aggrestis*, *bettice*, *mannumittere*, *siccarius W*

non geminantur perperam: *afectos* 158, 5 *B* — *comendata* 169, 2 *B* — *comodati* 169, 8 *B* — *comentar-* 193, 16 *B* — *efractores* 163, 12 *BW* — *exusit*, *exuserit* passim *BW* — *erorem* 160, 14 *B* — *manumitere* 143, 8 *B* — *posit* 151, 9 *B* — *remitenda* 177, 19 *B*.

*e*, *ae*, *oe*:

*e* pro *ae*: *admisse*, *que*, item *etatis*, praesertim *pre-* pro *prae-* passim *B*: etiam frequentius *VW*

*ae* pro *e*: *atrocissimae* 148, 6 *B* — *cognuscae* 147, 23 *B* — *iustae* 147, 22 *B* — *optimae* 141, 6 *B* — *uidilicaet* 178, 19 *B*, item *aeadem*, *aeam*, *laetaliter*, *praecum* et sic deinceps *B*, rarius *VW*.

*e* et *i*

*e* pro *i*: *impedet* 157, 1 *V* — *prestetit* 140, 4 *V* — *preuigna*

159, 10 B — *seuerissemae* 158, 13 *B* — *treginta* 151, 18 *B* — *uademonium* 147, 17 *V* — *uendicar-* 137, 3 *V*. 151, 21 *V* — *uindederit* 173, 9 *B*. 182, 9 *B*.

*i* pro *e*: *abigerit* 174, 4 *V* — *acciperit* 165, 17 B — *dioclitian-* *B* 148, 21 — *dirimerint* 160, 8 *BVW* — *interficerit* 151, 2 *V* — *redimeris* 175, 5 *BVW* — *religare* 165, 5 *VW*. 176, 14 *VW* et constanter *W* — *susciperat* 169, 1 *W* — *uidilicaet* 178, 19 *B* — *uindederit* *B* 173, 9. 182, 9; *uindiderit* 183, 19.

*e* et *oe*

*e* uel *ae* pro *oe*: *obedire* 158, 21 *BWV* — *pena* 161, 14 *W*. 165, 8 *BV*. 182, 14 *W* — *paena* 163, 10 *V*. 174, 2 *B*.

*oe* pro *e*: *poenes* 164, 7 *BVW* — *poenae* (= *penes*) 171, 17. 21 — *coep-* pro *cep-* (*accoeperit*, *concoeptus*, *suscoepisse* cet.) passim in *W*

*i* et *ii* dedi, ut leguntur in libro Berolinensi.

*i* et *y*

*y* pro *i*: *styrpes* 195, 7 *B* — *abygeus*, *arbytrium*, *cybaria*, *olym*, *bytricus* *W*

*o* et *u*

*o* pro *u*: *calomnia* 151, 6. 7 *V* — *contomacia* 186, 6 *B* — *foriosis* 194, 16 *B* — *fornum* 179, 14 *BW* — *grado* 177, 9 *B* — *pecodum* 158, 8 *BV* — *poniatur* 158, 2 *B* — *ponitionum* 177, 7 *B*. talia ut sunt *maximo* pro *maximum* recepi in apparatum.

*u* pro *o*: *auguriatur* 185, 3 *B* — *cummun-* 179, 14 *B* — *fortuitu* 182, 4 *BW* — *humicid-* 152, 19 *V*. 153, 2 *V* — *interogatur* 185, 5 *B* — *nepus* 189, 6 *B* — *praeturi* 193, 25 *V*. 194, 13 *V* — *sacerdus* 136, 7 *B*

*u* et *oe*:

*inpoene* 181, 12.

*b* et *u*

*b* pro *u*: *abia* 159, 8 *B* — *abunculus* 196, 23 *B* — *adoptiui* mut. in *-bi* 189, 18 *B* — *dibus* 186, 19 *V* — *ebaristi* 141, 7 *V* — *fabore* 159, 14 *B* — *seruabit* 152, 20 *BV* — *sebitia* 147, 14 *V* — *berberatus* 146, 7 *V* — *berbicem* 175, 21 *BVW* — *bytricus* 168, 4 *W*. similia multa reperies in apparatu.

*u* pro *b*: *ciuar-* 169, 21 *BV*. 169, 22 *BV* — *conprouata* 178, 15 B — *conuuio* 151, 15 *B* — *inproue* 169, 22 *BV* — *liuellum* 148, 6 *B* — *nouilissim-* 157, 12 *BV* — *preuit-* 140, 14 *B*. 148, 8 *BV* — *prouarentur* 187, 11 *B* — *prouauerit* 139, 15 *W* — *sauinum* 180, 3 *W*

*c* et *qu*

*c* pro *qu*: *alico* 177, 9 *W* — *cominus* 170, 21 *BVW*

*q* pro *c*: *quogend-* 143, 17 *V* — *quoherc-* 141, 10 *B*. 149, 11 *B*. 182, 5 *B* — *quohibend-* 157, 17 *V* — *quomodat-* 169, 8 *W*.

*ci* et *ti*

*ci* pro *ti*: *accio* 164, 3 *B*. 164, 4 *B*. 169, 13 *B*. 178, 1 *B* — *contenciosos* 188, 11 *B* — *leccio* 161, 18 *B* — *inpacientia* 154, 2 *B* — *noticia* 186, 3 *B* — *pocior* 193, 5 *B*. 193, 11 *B* — *tercio* 156, 12 *B*.

*ti* pro *ci*: *conditio* 137, 19 *BVW* — *conuitium* 145, 6 *B* *inimititia* 176, 12 *B* — *iuditio* 169, 6 *B* — *pertinatia* 187, 15 — *prouintia* constanter fere *BW* — *sartiatur* 176, 18 *B* — *suspitio* 140, 16 *B* — *translatitiae* 153, 10 *B*

*ti* pro *cti*: *iurisditio* 150, 22 *W*.

*d* et *t*

*d* pro *t*: *ad* 169, 22 *B* — *adque* passim *BVW* — *adtamen* 175, 24 *BW* — *capud* 28, 5 *V* — *inquid* 145, 15 *BVW*. 160, 27 *BVW* — *quodquod* 193, 13 *B*.

*t* pro *d*: *aliut* 174, 8 *W*. 192, 20 *W* — *aput B* semper — *set* 31, 9 *V*. 32, 4 *V*.

*f* et *ph*

*f* pro *ph*: *epafroditus* 138, 15 retinui.

*ph* pro *f*: *nephas* et *nepharius W* semper.

*h* male addita: *habigunt* 173, 16 *B* — *hac* constanter fere nec raro, ut 158, 5. 8. 9. 159, 6. 164, 21. 172, 4 consentientibus tribus libris — *his* item passim et saepe, ut 162, 2. 169, 1. 170, 3. 25. 171, 14 consentientibus libris — *antehactum* 158, 15 *W* (*m*. 2) — *hareas* 176, 9 *W* — *holiuarum* 176, 22 *B* — *hordinem* 170, 16 *B*. 181, 9 *B* — *hortum* 170, 16 *B* — *adhire W* passim — *archadius* 155, 1 *BVW* — *nechisque* 152, 6 *B* — *cohierit* 166, 10 *BVW*. 166, 11 *BVW* — *coherc-* plerumque *BVW* — *posthumi* 190, 20 *W*

male omissa: *actenus* 158, 16 *VW* — *adrianus B* constanter — *ermogenianus* 170, 8 *B* — *orreoru* 172, 19 *V* — *perorrescat* 140, 5 *BV* — *ospitium* 155, 13 *V* — *contraitur* 140, 5 *V*, *detrai* 147, 20 *V*

*m* in fine uocabuli passim modo adicitur modo demitur, sicut ostendit apparatus.

*m* et *n* in libro *B* non confunduntur (quamquam *uimdicando* legitur 158, 13), sed recte scribitur *numquam*, *tamquam* cet.

*necgleg-* passim *W*.

*p* inter *mn* male inseritur in *B* nusquam, raro in *V* (138, 14 *dampnatur*, 151, 7 *calompnie*), passim in *W*.

*s* et *x*

*x* pro *s*: *extim-* 143, 12 *V*, 159, 23 *BV*. *exstim-* 143, 12 — contra *exstet* 193, 7 *B*

*x* mutatum in *cx*: *deuincxit* 159, 15 *VW* et passim *W* — *instrincxit* 138, 15 *W*.

---

Diximus de libris scriptis, quibus hic commentarius continetur, et qua condicione traditum acceperimus explicuimus. iam uideamus, quo tempore et quo loco scriptus sit, item de auctore et titulo eius si quid statui possit, denique quos libros auctor adhibuerit ad syntagma hoc concinnandum.

Scriptum esse commentarium ante a. 438 recte collegerunt Haenelius (ad C. Th. 9, 7, 6) et Huschkius (apud Savignyum *Zeitschrift für gesch. Rechtswissenschaft* uol. 13 p. 5) inde, quod non solum nullo loco adhibuit corpus Theodosianum eo anno editum, quamquam sexto titulo admodum aptae erant tam lex a Constantio II a. 355 lata C. Th. 3, 12, 5 quam altera a. 393 Theodosii I nobis seruata in solo codice Iustiniano 5, 5, 5, sed etiam legem, quam Valentinianus II a. 390 emisit, titulo quinto inseruit non ad eam formam, quam accepit in corpore Theodosiano 9, 7, 6, sed ad pristinam eamque pleniorem. sumpsit igitur eam ex eius aetatis nouellis constitutionibus edito corpore abrogatis et uerba, quae in libris adscripta sunt 'item Theodosianus' necesse est ueniant ab iuris perito aetatis posterioris qui haec collectanea adnotarit. ex ipsa illa lege in haec collectanea recepta colligitur libellum editum esse non solum post annum 390, sed etiam post Theodosii de Eugenio uictoriam a. 394 reportatam. nam lex illa cum trium imperatorum qui tum fuerunt uocabula legitimo ordine praescripta habeat, auctor autem haec ei praemittat: *mentem legis Moysi imperatoris Theodosii constitutio ad plenum secuta cognoscitur*, uni Theodosio legem in Occidente emissam ipse degens in Occidentis imperio adscribere potuit neque uiuo Valentiniano, qui periit a. 392, neque Eugenio imperante; recte autem exordio tali usus est, postquam deuicto Eugenio Theodosius utriusque imperii dominus factus est. neque tamen inde, quod Theodosium imperatorem appellat, non diuum, collegerim libellum scriptum esse eo uiuo, cum a tali uocabulo abhorruisse uideatur utpote sectae Christianae; certe unico loco, ubi ex sua persona principum consecratorum mentionem facit, p. 48, 10 Diocletianum et Maximianum et ipsos appellat *imperatores*. denique ita finibus nimis angustis concludimur, nam deuicit Theodosius Eugenium a. 394 Sept. 6, obiit d. Ian. 17 anni insequentis. multo minus propterea, quod iuris auctores eos solos adlegauit, quos admisit lex de ea re lata a. 426, libellus statuendus est hoc anno

posterior esse; nam recte omnino Huschkius (l. c. p. 9 seq.) monuit lege ea sine dubio id ipsum sancitum esse, quod usu antea obtinuisset. sequitur inde libellum prodiisse inter a. 394 et 438, sed ut propius ad illum annum quam ad hunc accedere uideatur.

Scripsisse auctorem in partibus Occidentis cum inde colligitur, quod uetus testamentum non Graece adhibuit, sed Latine, tum ex subscriptione saepe citatae constitutionis 390 *pp. pr. id. Maias Romae in atrio Mineruae.* ea cum in Theodosiano corpore haec sit: *pp. in foro Traiani VIII id. Aug. Valentiniano Aug. IIII et Neoterio coss.* et data sit secundum utrumque testem ad Orientium uicarium urbis Romae, scribenti in Occidente et maxime Romae statim ut edita est facile innotescere potuit. confirmatur inde quoque quod supra posuimus libellum non multum post legem eam editam publice prodiisse.

Titulus operis auctorisque nomen latent. secundum supra p. 118 relata quod apparet in communi nostrorum librorum archetypo pro titulo praescriptum fuisse *lex* (uel adeo *legem*) *dei quam praecepit dominus ad Moysen* si uenit ab ipso auctore, titulum ab eo praescriptum sine dubio exhibet imperfectum, cum res requirat, ut addita fuerint talia: *et lex Romana quomodo conueniant.* sed cum antiquissimus omnium de hoc libro testis Hincmarus eum laudet sub titulo *legis Romanae* (u. p. 112) et titulus ille facile concinnari potuerit ex libelli exordio et capitum quoque diuisionem auctoris consilio omnino contrariam et egregie ineptam archetypi scriptor intruserit, magis crediderim praescriptionem eam additam esse a librario eo qui nostrorum librorum archetypum exarauit, retinuique propterea inscriptionem ab Henrico Stephano inde (1580) receptam Collationis legum Mosaicarum et Romanarum non antiquam eam, sed aptam et uulgo notam. titulorum inscriptiones ipsius auctoris sunt. ad numeros quod attinet, supra uidimus Hincmarum usum esse exemplari huius libelli diuiso in titulos septendecim et post eam aetatem mutata inscriptione tituli hodie primi et oblitterata rubrica secunda exemplar effectum esse titulorum sedecim tantummodo, ex quo nostra descendunt. nihilominus dubium est, num numeros illos ipse auctor adscripserit; nam communi usu auctorum iuris numerantur libri, non numerantur tituli[1])

[1]) Ab hac lege neque Theodosius II neque Iustinianus recesserunt. codicis Theodosiani exemplar quod adhibuit qui legem Romanam Burgundionum composuit sane nostris omnibus uetustius neque rubricas neque leges numerauit, cum illae suis uerbis, hae ad praescriptiones ibi laudentur. Iustiniani quoque auctores neque Digestis suis numeros rubricarum capitumque adscripserunt (u. ed. meae maioris praefationem p. X) neque idem fecerunt in codice; certe codex Veronensis longe optimus omnium, sed tamen et ipse hic illic breuiatus utrosque numeros adscriptos habet Graece.

neque crediderim auctorem ab eo discessisse. propterea numeros hodie receptos non mutaui ad Hincmarianos, sed sub signo insiticiorum retinui.

Auctorem apparet executum esse, quod significant et alii Christiani scriptores et Tertullianus uerbis his (de apol. 45): *sciatis ipsas leges uestras quae uidentur ad innocentiam pergere, de diuina lege ut antiquiore forma mutuatas esse,* neque substitit in iis, quae ad nos peruenerunt, sed totum ius complexum eum esse uerisimile est, cum inscriptio codicum tam Hincmariani quam Vindobonensis ostendat primum librum solum nos habere eumque fortasse et ipsum imperfectum. disposuit librum compilator ita, ut inciperet a delictis, quae pars integra superest, sequeretur ius priuatum. in delictis ordinandis auctor, ut bene obseruarunt Sachse apud A. de Daniels *Handbuch der deutschen Reichs- und Staatenrechtsgeschichte* I (1859) p. 219 et Conratus *Geschichte der Quellen des römischen Rechts* I p. 89, decalogum (Deuteron. 5, 17 seq.) adhibuit, scilicet tituli I. Ia. II. III. proficiscuntur a praecepto quarto *οὐ φονεύσεις*, tituli IV. V. VI. a sequente *οὐ μοιχεύσεις*, titulus VII pendet a lege *οὐ κλέψεις*, VIII. IX a lege *οὐ ψευδομαρτυρήσεις*, X—XV a praecepto, ne rerum alienarum per fraudem potiamur. ex iure priuato ad nos non peruenit nisi primus titulus de re hereditaria. auctorem ut iuris peritum fuisse collectanea testantur, ita condicione ecclesiasticum et ipsum, cum in exordio tituli septimi lectores compellet uerbis *scitote iuris consulti.* ad fori usum eum scripsisse fuerunt qui conicerent; mihi uidetur id unum secutus esse, quod supra posui, neque ullum indicium deprehendi, quo significetur iudiciorum causa siue saecularium siue ecclesiasticorum haec collectanea composita esse.

Auctorem libri scripti quos habemus nullum enuntiant neque credibile Tilianum Licinii Rufini nomen praescriptum habuisse (uide supra p. 113). nec magis firmum est testimonium, quo syllogen hanc ad Ambrosium episcopum Mediolanensem reuocare temptauit Rudorffius[1]). scilicet Ebed-Ieshû metropolita Nestorianorum Nisibitanus Armeniacus mortuus a. 1318 in collectione canonum synodicorum[2]) ut demonstret de

[1]) L. c. p. 276 seq. adsensus est uel certe non dissensit Maximilianus Ihm in studiis Ambrosianis (annal. Fleckeisen. suppl. uol. 17) p. 68. recte obseruat ab Ambrosio auctorum Graecorum Romanorumque bene dicta ita afferri, ut eadem addat multo melius et multo ante a patriarchis prophetisque ueteris testamenti dicta esse, sed id parum probat; nam ea comparatio apud ecclesiasticos scriptores a Tertulliano inde traláticia est.

[2]) Edidit Al. Assemani apud Maium script. uet. nou. coll. uol. 10 (1838); hunc locum (ibi p. 54) uertit Roediger apud Rudorffium accurate

ordine diudendarium hereditatium in ecclesia satis constare, enumerans qui legum de ea re contraria et discordantia conciliare atque componere studuissent, postquam memorauit synodos duas Nicaenam a. 325 et Constantinopolitanam a. 381 ita pergit: 'composuit deinde (leges) post hos Ambrosius episcopus Mediolanensium, cum a Valentino rege iussus esset scribere et in ordinem redigere statuta et τάξεις ἡγεμόσι[1]) regionum: et ex regibus Christianis etiam scripserunt iura et 'decreta Constantinus ille magnus et Theodosius et Leo.[2]) et 'haec quidem, ut comperimus, in terra Occidentis'. sane tempus aliquatenus conuenit, cum Ambrosius diem obierit die 4. Apr. a. 397, et agit libellus hic de hereditatibus fuse neque intentio scribentis et stili genus ab Ambrosio abhorrent; denique uersio Pentateuchi quam auctor adhibuit ei qua Ambrosius usus est certe simillima est[3]). sed tamen cum libellum supra demonstrauerimus editum esse post mortem Valentiniani II, ei nullo modo dedicari potuit. nec magis credibile, quod posuit Rudorffius, auctorem scribentem non ante a. 394 prouocasse ad iussum Valentiniani primi ante uiginti fere annos defuncti. 'statuta quoque et ordines praesidibus transmissa' in hunc libellum parum quadrant. denique opus exile et scribae magis quam scriptoris parum conuenit uiro per eos annos summum locum non in ecclesia solum, sed in re publica quoque obtinenti, et si ab auctore tam claro et tam lectitato ueniret, apud Christianos scriptores aetatis posterioris testimonia non deficerent.

Ad libros ut ueniamus, quos usurpauit iuris peritus saeculi quarti exeuntis horum collectaneorum ordinator, in Pentateucho satis presse sequitur septuaginta interpretum uersionem Graecam, cuius propterea locos excerptis his respondentes in apparatum criticum rettulimus. textum Graecum ab ipso adhibitum esse homine degente in Occidente ea aetate, ubi biblia Latine facta sine dubio facilius parabantur quam Graeca, parum probabile est, neque alibi ulla Graecae linguae notitia in libello deprehenditur. non usurpatam esse ab eo uersionem Hieronymianam cum constet (nam ne eo

---

et perite, ut mihi quaerenti respondit Noeldekius. Cf. Bruns et Sachau *syrisch-römisches Rechtsbuch* p. 176.

1) Vocabula haec Graeca Syrus retinuit.

2) Horum trium imperatorum nomine significatur compendium iuris id quod ediderunt Bruns et Sachau.

3) Ambrosium usum esse uersione ea, cuius reliquias seruant codices Lugdunensis et Wirceburgensis (uide infra), statuunt H. F. Reusch in eph. *Tübinger theologische Quartalschrift* a. 1870 p. 46; Vlysses Robert in prolegomenis editionis p. CXXX.

quidem loco, ubi codices Collationis duplicem interpretationem iuxta ponunt t. XIII = Deut. XVIII, Hieronymiana adhibita est, sed differunt ab ea ambae), inter antehieronymianas (quas solent uulgo complecti sub nomine Italae) eas, quarum notitia ad nos peruenit, num deprehendatur ad quam haec excerpta recte referas, quaesiui et eius rei gratia composui quae mihi innotuerunt ad has partes pertinentia, sumpta[1]) alia ex codice Lugduni Galliae adseruato (ed. Vlysses Robert Parisiis a. 1881), alia ex Wirceburgensi (ed. Ranke Vindobonae a. 1871), alia denique ex patrum ecclesiae adlegationibus compositis a Sabatierio et ex Speculo Augustini antehieronymiano.

*Exod. 20, 16 (= t. IX) Augustinus quaest. in exod. II, 71, 6 (3 p. 415 B):*

Falsum testimonium non dices aduersus proximum tuum.

*Lucifer de Athanasio 1, 3:*

Non falsum testimonium dices aduersus proximum tuum.

*Augustinus spec. c. 42:*

Non dices falsum testimonium aduersus proximum tuum.

*Exod. 21, 18. 19 (= t. II). 20. 21 (= t. III) ex Lugdunensi:*

Si autem litigauerint duo uiri et percusserit quis proximum suum lapide aut ligno et non fuerit mortuus, decubuerit autem in lecto, et si surgens ambulauerit homo foris cum baculo, innocens erit ille qui percusserit eum: uerumtamen quod cessauit et medico curam illius dabit. si quis autem percusserit seruum suum aut ancillam suam de fuste, et mortuus fuerit sub manus eius, uindicio uindicetur. si uero superuixerit die uno uel duobus, non uindicabitur: pretium enim illius est.

*Augustinus spec. c. 58:*

Si autem rixabuntur duo uiri et percusserit aliquis ex his proximum suum lapide aut pugno aut ferro et non fuerit mortuus, decubuerit autem in lecto suo, et si exsurrexit homo et ambulauerit cum baculo, innocuus erit qui percussit: tantum quod cessationes eius dabit et curationes. si quis autem percusserit seruum suum aut ancillam suam uirga et mortuus fuerit sub manu eius, iudicio uindicetur: si uero superuixerit diem unum uel duos, non uindicabitur, pretium enim eius est.

*Exod. 21, 21 (= t. III) Augustinus locut. in Exodo II, 99 (3 p. 347 D):*

Si quis percusserit seruum suum aut ancillam suam in uirga.

[1]) Neque liber Monacensis 6239 a Zieglero editus neque Vaticanus Ottobonianus 66 publici iuris factus a Vercellonio habent quae nostris locis respondeant.

*Exod. 22, 1 (= t. XI) Augustinus quaest in Num. IV, 10 (3 p. 531 C):*

In Exodo dicitur si quis furatus fuerit uitulum aut ouem, restituere debere quinque uitulos uel quattuor oues, si occiderit aut uendiderit.

*Augustinus spec. c. 74:*

Quod si quis inuolauerit uitulum aut ouem et occiderit eum aut uendiderit, quinque uitulos reddet pro uno uitulo et quattuor oues pro una oue. quod si pauper est et non habet unde reddat, ueniat pro furto.

*Exod. 22, 2. 3 (= t. VII) Augustinus quaest. in Exod. II, 84 (3 p. 449 D):*

Si autem perfodiens inuentus fuerit fur et percussus mortuus fuerit, non est illi homicidium: si autem orietur sol super eum, reus est: pro morte morietur.

*Exod. 22, 7. 8 (= t. X) ex Wirceburgensi:*

. . . fuerit de domo hominis si inuentus fuerit, fur reddet duplum: quod si non fuerit inuentus fur, accedet d(o)m(inu)s domus in conspectu dei et iurabit nihil maligne fecisse ex omni commendato proximi aut de omni re qua accusabitur.

*Leuit. 20, 10 (= t. IV) Augustinus quaest. in Leuit. III, 83 (3 p. 521 B):*

Homo quicumque adulterauerit uxorem uiri aut quicumque adulterauerit uxorem proximi sui, morte moriantur.

*Num. 27, 2—11 (= t. XVI) ex Lugdunensi:*

et accesserunt filiae Salpaat . . . . et stantes contra Eleazar sacerdotem et contra principes in omnem synagogam ad ostium tabernaculi testimonii dixerunt: pater noster mortuus est in deserto . . . . . et fili non fuerunt et non deleatur nomen patris nostri de media plebe eius, quia non est filius: date nobis possessionem in medio fratrum patris nostri. et obtulit Moyses iudicium earum contra dominum et locutus est dominus ad Moysen dicens: recte filiae Salpaat locutae sunt: datam dabis eis possessionem hereditatis in medio fratrum patris earum . . . . . et filiis Istrahel loqueris dicens: homo si decesserit et filios non habuerit . . . . dabitis hereditatem domestico proximo ipsius de tribu ipsius et possidebit quae sunt ipsius, et erit haec filiis Istrahel iustificatio iudiciorum secundum quae constituit dominus Moysi.

*Num. 35, 16, 17 (= t. I) ex Lugdunensi:*

Si autem ferro percusserit eum et mortuus fuerit, homicida est: morte puniatur homicida. si autem lapide

manu percusserit, quo mori possit et mortuus fuerit, homicida est: morte puniatur homicida.

*Num.* *35, 20, 21 (= t. I) ex Lugdunensi:*

Si autem per inimicitiam impulerit eum et inmiserit super eum omne uas ex insidia, et mortuus fuerit, uel per iram percusserit eum de manu, et mortuus fuerit, morti moriatur qui percusserit: homicida est: morti puniatur homicida.

*Num.* *35, 22—25 (= t. I, 4) ex Lugdunensi:*

Si autem subito non per inimicitiam inmiserit super eum omne uas non ex insidia, uel omnem lapidem, quo moriatur, non per dolum, et occiderit super eum et mortuus fuerit, is autem non inimicus eius fuerit neque quaesierit male facere ei, et iudicabit synagoga inter eum qui percusserit et proximum sanguinis secundum iudicia haec et liberauit synagoga percussorem a proximo sanguinis.

*Deut.* *18, 10—14 (= t. XV) Hieronymus contra Pelag. 1, 36 p. 721 Vall.:*

Nec inueniatur in te qui traducat filium uel filiam suam per ignem diuinationibus et ominibus (*al.* uel omnibus) auguriis et maleficis artibus et incantationibus non seruies, ut interroges magos et hariolos et mortuos: abominatio enim domini est omnis qui facit haec et propter has abominationes dominus deus tuus consumet eas a facie tua: perfectus eris cum domino deo tuo .... gentes istae quas tu possidebis hariolos et diuinos audiunt, tibi autem non sic dedit dominus deus tuus.

*Augustinus spec. c. 55:*

Non inuenietur in te lustrans filium suum aut filiam in igne et diuinans diuinationem augurans et aruspicans et medicaminibus infuscans, incantator, uentriloquus et portenta inspiciens et interrogans mortuos: est enim abominandus domino deo tuo et omnis qui facit haec: propter has enim abominationes dominus eradicabit eos a te. tu autem consummatus eris coram domino deo tuo: gentes enim istae quas tu possidebis auguria et diuinationes audiunt, tibi autem non ita dedit dominus deus tuus.

*Deut.* *19, 16, 20 (= t. VIII) Lucifer de Athanasio 1, 7:*

Si autem steterit testis iniustus aduersus hominem detrahens ei iniquitatem, stabunt duo homines, quibus est ipsis contradictio, ante dominum et ante sacerdotem et in conspectu iudicii quicumque fuerit in diebus illis et interrogabunt diligenter iudices et ecce testis iniustus

testificatus est iniqua resistens aduersus fratrem suum et facite ei, quemadmodum nequiter egit facere aduersus fratrem suum et auferes iniquum ex uobis ipsis, et ceteri audientes timebunt et non adponent amplius facere uerbum malignum.

*Deut. 27, 21 (= t. VI, 7) Augustinus locut. de Iesu Naue VI, 59 (3 p. 369 A):*

Maledictus omnis qui dormierit cum omni pecore.

Haec qui cum excerptis nostris componet, inueniet summam similitudinem intercedere inter uersionem eam, cuius partes seruarunt codices Lugdunensis et Wirceburgensis (nam ad eandem uersionem utrumque pertinere inter earum rerum peritos conuenit); scilicet cum passim discrepent alio uocabulo substituto pro alio et mutatis minoribus, nihilominus in enuntiatis formandis semper fere et passim ad uerbum consentiunt. nobis sufficiet haec indicauisse, neque enim deerunt qui de ea re sane non neglegenda accuratius et plenius iudicium ferent.

Iuris auctores optimos quosque adhibuit qui haec collegit, scilicet Gaii institutiones; Papiniani et definitiones et responsa et librum singularem de adulteriis; Vlpiani et institutiones et libros ad edictum et libros de officio proconsulis, ex quibus multa deprompsit, denique librum singularem regularum; Pauli sententias, quas prae ceteris compilauit, item libros singulares eiusdem de iniuriis, de adulteriis, de poenis omnium legum, de poenis paganorum; denique Modestini libros differentiarum; praeterea constitutionum syntagmata duo Gregorianum et Hermogenianum et constitutiones aliquot nouellas, nam ex his, non ex Theodosiano legem a. 390 afferri supra uidimus[1]. diligentissime et libri numerum ponit, ubi opus pluribus libris constat, et titulum non numero, sed uerbis expressum, excepto libro Papiniani de adulteriis, qui non uidetur in titulos diuisus fuisse, uix ullo loco ipse uidetur omisisse (cf. 197, 15. 22). sed rubricas has librarii passim data opera breuiauerunt uel interpolauerunt et quamquam qui Berolinensem scripsit plenius multo quam duo alii eas admisit, ne eum quidem a mutilatione eiusmodi abstinuisse inter alia inde colligitur, quod cum ter citetur Vlpiani *liber singularis regularum*, non solum VW inde faciunt *librum singularem*, sed etiam B bis (143, 10. 156, 8) *regularem*, semel (196, 19) *singularem*. —

[1]) *Nouellas constitutiones* de plagiariis poena capitali afficiendis citans auctor tit. 14 fin. non intellexit rescriptum Diocletiani cod. Iust. 9, 20, 7, quod magis sub nomine Gregoriani Hermogenianiue laudasset, sed cogitauit de lege Constantini cod. Theod. 9, 18, 1 aliaue deperdita.

Vsus est auctor non solum copiosa bibliotheca, sed etiam exemplaribus emendate scriptis: certe in Gai libro, quem adhibuit, fuit p. 191, 10 *simul uocantur* pariter atque in eo quod usurparunt Iustiniani, cum in Veronensi ex interpolatione ut uidetur legatur *simul omnes uocantur ad hereditatem*. similiter in locis ex Vlpiani regulis depromptis haec excerpta et recte omittunt 156, 9 uocabulum *infinite*, interpolatum omnino, cum sequatur *cuiuscumque gradus* et p. 196, 21 uetustum *gentiliciorum* uocabulum retinent, pro quo in codice Vaticano legitur *ingenuorum*. omnino interpolationes, quas ad ipsum syntagmatis auctorem referas, nullas deprehendi, nisi hoc ad eum redit, quod pro sollemni formula *bestiis obicere* ubiuis (137, 4. 165, 14. 176, 3, ubi tamen libri uariant) contra libros Paulinos et Digestorum, quatenus eosdem locos habent, substitutum legitur *bestiis subicere*. ordinem capitum auctor ut ad arbitrium constituit (ut in titulo undecimo c. 2 sine dubio apud Paulum legebatur post c. 3 ex eodem Paulo excerptum, item in duodecimo c. 4 apud Paulum legitur ante c. 2. 3) et aliquoties, raro tamen media quaedam resecuit (ut 180, 9. 186, 19), ita quae sub eadem rubrica posuit, plerumque (nam exceptionem facit tit. 7 c. 5) eodem ordine refert, quo apud auctorem inuenisset. itaque quatenus haec excerpta perueniunt, auctorum iuris reliquias repraesentant et plene et accurate.

Ex editionibus commemorandae sunt quas curauerunt uiri hi: Petrus Pithoeus (fragmenta quaedam Papiniani Pauli Vlpiani Gaii Modestini cet. . . . cum Moysis legibus collata, ex bibliotheca P. Pithoei. Lutetiae a. 1573. 4. pp. 116), qui primus edidit ad codicem hodie Berolinensem; Fridericus Blume, qui repertis duobus codicibus Vercellensi et Vindobonensi apparatum auxit et crisin egregie fundauit, edens librum bis, primum Bonnae a. 1833 (errores quosdam emendauit apud Savignyum *Zeitschrift für gesch. Rechtswiss.* 10, 307), deinde adnotatione in compendium redacta in corpore iuris anteiustiniani Bonnensi a. 1841; Philippus Eduardus Huschke in iuris prudentia ipsius anteiustiniana solita sibi et sollertia et licentia, ad quam in hoc commentario accedit abusus coniecturarum notis iuris accommodatarum ab hoc auctore alienarum. lectiones codicis Berolinensis plenas dare noluit nec semel in iis quas dedit errauit. egerunt de libello praeter alios ii quos supra passim citauimus Huschke in annalibus iuris prudentiae a Savignyo editis uol. 13 (1845) p. 1—49 et Rudorffius in actis maioribus academiae Berolinensis a. 1868 p. 265—297.

# ⟨LEX DEI QVAM PRAECEPIT DOMINVS AD MOYSEN.⟩

## LIBER PRIMVS

## ⟨TITVLVS I⟩

## DE SICARIIS ⟨ET HOMICIDIS CASV VEL VOLVNTATE.⟩

1, 1, 1 MOYSES dei sacerdos haec dicit:

Si quis percusserit hominem ferro et occiderit eum,
2 mortem moriatur. si autem manu lapide, quo mori possit, percusserit et mortuus fuerit, homicida est: mortem moriatur.
3 si autem per inimicitiam inpulerit eum uel inmiserit super
4 eum aliquod uas ex insidiis et mortuus fuerit uel per iram percusserit eum manu et mortuus fuerit, mortem moriatur.

1, 2, 1 PAVLVS quoque libro quinto sententiarum sub titulo ad legem Corneliam de sicariis et ueneficis dicit:

Lex Cornelia poenam deportationis infligit ei, qui hominem occiderit eiusque rei causa furtiue faciendi cum telo fuerit, et qui uenenum hominis necandi causa habuerit uen-

c. 1. *Numer.* 35: (16) *ἐὰν δὲ ἐν σκεύει σιδήρου πατάξῃ αὐτὸν καὶ τελευτήσῃ, φονευτής ἐστι· θανάτῳ θανατούσθω ὁ φονευτής.* (17) *ἐὰν δὲ ἐν λίθῳ ἐκ χειρὸς ἐν ᾧ ἀποθανεῖται ἐν αὐτῷ πατάξῃ αὐτὸν καὶ ἀποθάνῃ, φονευτής ἐστι· θανάτῳ θανατούσθω ὁ φονευτής* . . . . . (20) *ἐὰν δὲ δι' ἔχθραν ὤσῃ αὐτὸν καὶ ἐπιῤῥίψῃ ἐπ' αὐτὸν πᾶν σκεῦος ἐξ ἐνέδρου καὶ ἀποθάνῃ,* (21) *ἢ διὰ μῆνιν ἐπάταξεν αὐτὸν τῇ χειρὶ καὶ ἀποθάνῃ, θανάτῳ θανατούσθω ὁ πατάξας.*

c. 2, 1 = *Paulus* 5, 23, 1; *item infra* 8, 4. *cf. Cicero pro Cluentio* 54, 148: iubet lex (*Cornelia de sicariis*) . . iudicem quaestionis . . . . cum iis iudicibus qui ei obuenerint . . . quaerere de ueneno . . . quicumque fecerit uendiderit emerit habuerit dederit. quid eadem lex statim adiungit? . . . 'deque eius capite quaerito' *cet.*

---

1—2 *uide praefationem p.* 118. ‖ 3 *sic fere W*, *om. BV* (*u. p.* 128). ‖ 7 moyses] idem moyses *W*. ‖ haec] *W*, hac *BV*. ‖ 8 homine *V*. ‖ 9 morte *V*. ‖ sin *B*. ‖ manum *W*. ‖ lapidem *libri*. ‖ quod *W*. ‖ 10 morte *V*. ‖ 12 ira *V*. ‖ 13 manum *BW*. ‖ morte *V*. ‖ 14 paulus . . . titulo *om. W*. ‖ 15 beneficis *BW*, beneficiis *V*. ‖ 17 eius uel *Pauli libri*: *scr.* eiusue. ‖ causam *BV*. ‖ ue] uel *V*. ‖ cum] dum *VW*. ‖ 18 et qui] quiue *Huschke*. ‖ causas *V*. ‖ uend.] et uend. *W*.

diderit parauerit, falsumue testimonium dixerit quo quis
1, 2, 2 periret, mortisue causam praestiterit. quae omnia facinora in honestiores poena capitis uindicari placuit: humiliores uero aut in crucem tolluntur aut bestiis subiciuntur.

1, 3, 1 VLPIANVS libro VII de officio proconsulis sub titulo de sicariis et ueneficis:

Capite primo legis Corneliae de sicariis cauetur, ut is praetor iudexue quaestionis, cui sorte obuenerit quaestio de sicariis eius quod in urbe Roma propiusue mille passus factum sit, uti quaerat cum iudicibus, qui ei ex lege sorte obuenerint de capite eius, qui cum telo ambulauerit hominis necandi furtiue faciendi causa, hominemue occiderit, cuiusue id dolo malo factum erit. et reliqua.

2 Relatis uerbis legis modo ipse loquitur Vlpianus:

Haec lex non omnem, qui cum telo ambulauerit, punit, sed eum tantum, qui hominis necandi furtiue faciendi causa telum gerit, coercet. conpescit item eum, qui hominem occidit, nec adiecit cuius condicionis hominem, ut et ad seruum et peregrinum pertinere haec lex uideatur.

1, 4, 1 Item PAVLVS libro qui supra, et titulo dicit:

Homicida est, qui aliquo genere teli hominem occidit mortisue causam praestitit.

c. 2, 2 *hinc rest. Paulus* 5, 23, 2.

1 falsumue] falsumuae *B*, falsum uel *Va*, falsum *Pauli libri.* ‖ quo quis] quos qui *W*. ‖ 2 perisset *B*. ‖ mortisue] *W*, mortis suae *BV*. ‖ causas *Pauli libri.* ‖ quae] ob quae *Pauli libri.* ‖ 3 paenam *V*, poenam *W*. ‖ 4 aut in] aut *Pauli libri.* ‖ obiciuntur *Pauli libri.* ‖ 5 ulpianus libro uii] ulpiani (*in marg.*) *V*. ‖ proconsuli *B* (*ind.*). ‖ 6 beneficis *W*, beneficiis *V*. ‖ 7 primum *B*, primae *W*. ‖ his *B*, his qui *VW*. ‖ 8 iudexuae *B*, iudex uel *VW*. ‖ questiones *W*. ‖ cui sorte *V*, cui sortem *B*, *om. W*. ‖ 9 romae *W*. ‖ propiusue] *Schulting*, proprius *V*, proprios *W*, propriis *B*. ‖ passuum *W*. ‖ factus *B*, factūs (*sic*) *V*. ‖ 10 utique erat *B*. ‖ qui] cui *B*. ‖ ei] ea *W*. ‖ legem *B*. ‖ sortem *BW*. ‖ obuenerit *VW*. ‖ 11 homines negandi *V*. ‖ 12 causam *V*. ‖ hominemuae *B*, hominem uel *VW*. ‖ cuiusue] cuius *B*. ‖ dolum *B*. ‖ 13 fuerit *B*. ‖ 14 relatis uerbis legis (*sic B ind.*, legi *B text.*) modo ipse (ipsi *B*) loquitur *om. V*. ‖ ulpianus (ulp. *om. W*) . . . omnem] ulpianus omnem *omissis reliquis Vb*, *omisit omnia fortasse Va*. ‖ 16 negandi *V*. ‖ causam *BVW*. ‖ 17 coercet . . . nec] coerci (coherci *W*) compescit (conpesci *B*) i. e. q. h. occidit coercit nec (coherciti in hac *W*) *BW*, coerci***in hac (*om. rel.*) *Va*, coercere ei in hac *Vb*. ‖ 18 aiecit *B*, adicit *Huschke*. ‖ ut et] ut *V*. ‖ 19 pertinere] *W*, pertinet ire *B*, pertineret *V*. ‖ 20 idem *V*. ‖ liber *W*. ‖ qui supra] quod supra *libri*: qui supra relati 138, 9, qui supra 175, 15. 177, 1. 198, 8; qui *uel* quod s. 141, 1; quo *uel* quod supra 139, 1; quod s. 142, 11. 151, 20. ‖ tituiu *B* (*ind.*), titulus *W*. ‖ 22 mortis suae *BVa*. ‖ causa *V*.

## DE CASVALIBVS HOMICIDIS.

1, 5, 1 MOYSES legaliter dicit:

Si autem subito non per inimicitias inmiserit super eum
2 aliquod uas non insidians uel lapidem, quo moriatur, non per dolum et ceciderit super eum et mortuus fuerit, si autem
3 non inimicus eius fuerit neque quaesierit male facere ei, iudicabitis inter eum, qui percussit, et proximum mortui secundum
4 iudicia haec et liberabitis percussorem.

1, 6, 1 VLPIANVS libro et titulo qui supra relati:

Distinctionem casus et uoluntatis in homicidio seruari re-
2 scripto Hadriani confirmatur. uerba rescripti: 'Et qui hominem occidit absolui solet, sed si non occidendi animo id 'admisit: et qui non occidit, sed uoluit occidere, pro homicida
3 'damnatur. e re itaque constituendum est: ecquo ferro percussit 'Epafroditus? nam si gladium instrinxit aut telo percussit, 'quid dubium est, quin occidendi animo percusserit? si claue 'percussit aut cucuma aut, cum forte rixaretur, ferro percussit,
4 'sed non occidendi mente. ergo hoc exquirite et si uoluntas 'occidendi fuit, ut homicidam seruum supplicio summo iure 'iubete affici'.

c. 5. *Numer.* 35: (22) ἐὰν δὲ ἐξάπινα, οὐ δι' ἔχθραν .... ἐπιῤῥίψῃ ἐπ' αὐτὸν πᾶν σκεῦος οὐκ ἐξ ἐνέδρου (23) ἢ παντὶ λίθῳ, ἐν ᾧ ἀποθανεῖται ἐν αὐτῷ οὐκ εἰδώς, καὶ ἐπιπέσῃ ἐπ' αὐτὸν καὶ ἀποθάνῃ, αὐτὸς δὲ οὐκ ἐχθρὸς αὐτοῦ ἦν οὐδὲ ζητῶν κακοποιῆσαι αὐτὸν, (24) καὶ κρινεῖ ἡ συναγωγὴ ἀνὰ μέσον τοῦ πατάξαντος καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ ἀγχιστεύοντος τὸ αἷμα κατὰ τὰ κρίματα ταῦτα (25) καὶ ἐξελεῖται ἡ συναγωγὴ τὸν φονεύσαντα.

c. 6. *citat idem rescriptum Marcianus Dig.* 48, 8, 1, 3.

1 item (idem *B ind.*) de causalibus (*sic libri*) homicidis (-diis *W*) *libri non pro titulo habent, sed trahunt ad capitis sequentis rubricam* (*u. p.* 119). ‖ 3 subito *om. B.* ‖ inimicitiis *W.* ‖ 4 insidiant *B,* insidiaris *V,* insidiauerit *W.* ‖ 5 et m.] m. *B.* ‖ 6 non inimicus eius fuerit] inimicus eius *B.* ‖ iudicabitis] i. et *V.* ‖ 7 et prox.] et prox. et *W.* ‖ 8 et *om. VW.* ‖ 9 relato *B.* ‖ 11 et qui] *B ind. VW,* set qui (*sic Scal.,* s***** *hodie*) *B* (*text.*). ‖ 12 occidit] cađ *B* (*ind.*). ‖ sed] scilicet *Pithoeus.* ‖ occidenti *VW.* ‖ 13 amisit *VW.* ‖ homicidam *W.* ‖ 14 e re] et re *BW,* trem *V.* ‖ ecquo] *scripsi,* ex quo *libri.* ‖ 15 epafroditus] *Blumius,* ipsafroditus *V,* ipsa fronditus *W,* ipsa funditus *B.* ‖ gladius *V.* ‖ 16 quin] qui non *libri.* ‖ occidend. (*sic*) *W.* ‖ si claue (*sic Dig.,* sic lapidem *B,* si lapis *V*) p. aut cucuma (cuc. *om. V*) aut (*om. Dig.*) cum f. rix. ferro percussit (percusserit *V*) *BV, om. W.* ‖ 18 occidendo mentem *W.* ‖ et] ut *W.* ‖ 19 homicida *VW.* ‖ summo] *scripsi,* cum *B,* eum *V,* eo *W.* ‖ 20 affici] *B,* adfigi *VW.*

1, 7, 1 PAVLVS libro et titulo qui supra:

Qui hominem occidit, aliquando absoluitur et qui non occidit, ut homicida damnatur: consilium enim uniuscuiusque, non factum puniendum est. ideoque si cum uellet occidere, casu aliquo perpetrare non potuit, ut homicida punitur: et is, qui casu [iactu] teli hominem inprudenter ferierit, ab-
2 soluitur. quod si in rixa percussus homo perierit, quoniam ictus quoque ipsos contra unumquemque contemplari oportet, ideo humiliores in ludum aut in metallum damnantur, honestiores dimidia parte bonorum multati relegantur.

1, 8, 1 Item GREGORIANVS libro IIII [sub titulo] ad legem Corneliam de sicariis et ueneficis talem constitutionem ponit:

Imperator Antoninus A. Aurelio Herculano et aliis militibus. Frater uester rectius fecerit, si se praesidi prouinciae optulerit: cui si probauerit non occidendi animo Iustam a se percussam esse, remissa homicidii poena secundum disciplinam militarem sententiam proferet. Proposita prid. kal. Febr.
p. C. 215. Laeto bis cons.

c. 7, 1 = *Paulus* 5, 23, 3.
c. 7, 2 quod si . . . oportet = *Dig*. 48, 8, 17 *mut. sic:* Si . . . . perierit ictus unius cuiusque in hoc collectorum contemplari oportet.
c. 8 = *Cod. Iust.* 9, 16, 1 *addens in fine quae leguntur infra p.* 140, 5—8: crimen — inputantur.

1 libro et] *scripsi*, libro tertio quinto *BV*, liber tertius .u. *W*. || titulus *W*. || qui] quo *W*, quod *BV: cf.* 137, 20. || 2 qui hominem . . . . 10 relegartur *adsunt in collectione canonum Vallicelliana* (*u. p.* 113). || 3 occiderit *Pauli libri.* || homicidam *B*, homida *Wa*. || 4 non *om. V*. || si *om. B*, qui *Pauli libri.* || uelle *B*. || 5 casu] id casu *Pauli libri.* || ut] et *W*. || punitur *Paulus*, puniatur *libri*, *etiam Vallicell.* || 6 his *libri*, *etiam Vallicell.* || iactu teli] *Paulus*, teli *BVW*, telo *Vallicell.* || ferierit] occidit *Pauli libri.* || 7 homo perc. *W*. || perierit] *Paulus*, ferierit *V*, fuerit *BW Vallicell.* || ictus] *Dig.*, iocus *B Vallicell.*, botos *W*, uotus *V*. || 8 quoque ipsos] *V Vallicell.*, quoque ipso *B*, ipsos quoque *W*. || unumqueque *V*. || 9 lutum *V*. || damnentur *B*, dampnatur *W*. || 10 demedia parte *B*, dimidiam partem *W*. || 11 libro (libros *B ind.*), liber *W*. || iiii *libri*, xiiii *Pithoeus.* || sub titulo *addidi.* || lege *B*. || 12 siccariis *B*. || beneficis *W*, beneficiis *BV*. || 13 Aurelio *om. Iust.* || herculano] *Iust.* (*Bas.*), hercular io *BVW*. || 14 si se] *Iust.*, siue *W*, sine *B*, si rem *V*. || presidis *W*. || 15 cui] qui *Iust.* || animi *W*. || iustam] *B*, iusta *VW*, Ἰοῦστον *Iust.* (*Bas.*), hominem *Iust.* (*libri nostri*). || a se] *Iust.*, a re *libri.* || 16 percussa *V*, percussum *Iust.* || esse remissa (-sam *B*) *om. W*. || poenam *W*, penam *V*. || disciplina *V*. || 17 militare *W*. || proferet] *Iust.*, proferret *B*, proferre *V*, profert *W*, feret *Huschke.* || 18 proposita *V*, propositam *W*, propositio *B*. || prid kl. febru letio uis conss *B*, *om. VW*; II k. febr. laeto II et cereali *Iust.* (*Hal.*)

1, 9, 1 Item GREGORIANVS eodem titulo et libro talem constitutionem ponit:

Imp. Alexander A. Aurelio Flauio et aliis militibus. Si modo pro quo libellum dedistis, non dolo praestitit mortem, minime perhorrescat: crimen quippe ita contrahitur, si et uoluntas occidendi intercedat. ceterum ea, quae ex improuiso casu potius, quam fraude accidunt, fato plerumque, non noxae
p. C. 222. inputantur. Prop. XIII kal. Aug. Alexandro cons.

1, 10, 1 Item GREGORIANVS eodem libro et titulo tale rescriptum dedit:

Exemplum s(acrarum) l(itterarum) dd. nn. Haue Agatho k(arissime) n(obis). Qualitas precum Iuli Antonini clementiam nostram facile commouit: quippe quod adseueret homicidium se non uoluntate, sed casu fortuito fecisse, cum calcis ictu mortis occasio praebita uideatur. quod si ita est neque super hoc ambigi poterit, omni eum metu ac suspicione, quod ex admissae rei discrimine sustinet, secundum id quod adnotatione nostra conprehensum est, uolumus liberari. Dat. prid. k.
p. C. 290. Decemb. Diocletiano Aug. IIII et Maximiano conss.

c. 9 crimen . . . inputantur = *Cod. Iust.* 9, 16, 1 *adnectens haec constitutioni diuersae* (*supra p.* 139, 13).

c. 10 = *Cod. Iust.* 9, 16, 4 *mut. sic:* Eum qui adseuerat — uideatur, si hoc — poterit, omni metu *cet.*

---

1 titulo (et tit. *B ind.*) et libro] libro et titulo *V*, et libro *om. W.* || 3 a. *om. BW.* || fauio *B.* || 4 quo] *V*, quod *B*, *om. W.* || dolum *W.* || 5 quippe (qu*ppe *W*[a]) ita] enim *Iust.* || si et] *V*, si et ita *W*, et si *B.* || 6 ex (*om. V*) improuiso casu (improbis occasum *W*) p. q. fraude (fraudem *W*) accidunt (accedunt *V*) fato (facto *V*, foto *W*) *om. B.* || 8 prop. — cons. *om. VW.* || 9 talem *W.* || 11 exemplum s(acrarum) l(itterarum) d(ominorum) n(ostrorum). Haue Agatho k(arissime) n(obis)] quod si dnn (dnm *B*) habe agatu (gatu *W*) kn *libri*; exemplum sacrarum litterarum Diocletiani et Maximiani AA. Agatho (*sic Cas.*, agathocli *uel* agathodi *alii*) *Iust.*; *quod dedi, incertum est, sed praescriptio codicis Iustiniani cum sine dubio proficiscatur ex Gregoriano corpore, id autem compilatum sit sub Diocletiano, probabile est id fere quod supra dedi ibi praescriptum fuisse, potuitque* e(xemplum) s(acrarum) l(itterarum) *compendiis scriptum abire in* quodsi. *nomina imperatorum afuisse uidentur, certe ante uerba* dd. nn. *perscribi non potuerunt.* || 12 pre eum *V.* || 13 facilem *VW.* || humicidium *BV.* || 14 se] sed *V.* || uoluntate sed] uoluntatem *W.* || casum *V.* || fortuitu *W.* || fecisset *libri.* || calicis *BW.* || ictum *libri.* || 15 occusu *W.* || preuitat *B*, praebuita *W.* || 16 omni eum] omnium *BW*, omium *V*, eum . . . . omni *Iust.* || hac *B*, at *W.* || suspectionem *W.* || quod] quam *Iust.* || ex *om. W.* || 17 admissae rei] admiserit ei *W.* || sustinet] *B*, sustine *V*, sustinere *W.* || adnotatio *WV.* || 18 *subscr. om. V.* || prid.] iii *uel* uii *Iust.* || 19 diocletiano IIII (III *Scal.*, *deficit B*) . . . conss.] Sirmi ipsis AA. IIII et III conss. *Iust.*

1, 11, 1 VLPIANVS libro et titulo qui supra:
Cum quidam per lasciuiam causam mortis praebuisset,
conprobatum est factum Taurini Egnati proconsulis Baeticae
a diuo Hadriano, quod eum in quinquennium relegasset.
2 uerba consultationis et rescripti ita se habent: 'Inter Claudium,
'optime imperator, et Euaristum cognoui, quod Claudius Lupi
'filius in conuiuio, dum sago iactatur, culpa Mari Euaristi ita
'male acceptus fuerit, ut post diem quintum moreretur. atque
'adparebat nullam inimicitiam cum Euaristo ei fuisse. tamen
'cupiditatis culpa coercendum credidi, ut ceteri eiusdem aetatis
'iuuenes emendarentur. ideoque Mario Euaristo urbe Italia
'prouincia Baetica in quinquennium interdixi et decreui, ut
'impendi causa duo milia patri eius persolueret Euaristus,
3 'quod manifesta eius fuerat paupertas.' V(erba) r(escripti):
'Poenam Mari Euaristi recte, Taurine, moderatus es ad modum
'culpae: refert enim et in maioribus delictis, consulto aliquid
4 'admittatur an casu'. et sane in omnibus criminibus distinctio

c. 11 = *Dig*. 48, 8, 4, 1.

c. 11, 3 refert et — 4 admittere = *Dig*. 48, 19, 5, 2, *quasi essent Vlpiani.*

1 libro *om. V.* || qui] *W*, quod *BV*, quo *Char.* || 2 per *om. B.* || lasciuiam] l. nimiam *W.* || 3 taurini egnati] *B*, taurini egnatii *Char.*, t. ergati *V*, t. heriati *W*, ignatii t. *Dig.* || ueticae *BW*, uettice *V.* || 4 quinquennio *W.* || 5 uerba — 6 optime *om. V.* || consultationis] *B* (*index*) *W Char.*, consolationis *B* (*text.*). || habentem *BW*, habent uellem [rescribas] *Char.* || daudium *W*, clodium *B Char.* || 6 imp. *B*, imperatori *W.* || et *om. V.* || euaristum] $B^2W$, euaristus *V*, eu**ristum $B^1$. || cognouit *B.* || gladius *B*, clodius *Char.* || luppi *BV.* || 7 iactatur] *Char.*, lactatur *B*, ietitur *W*, iettitur *V.* || culpa mari] *V*, culpam manu *B*, culpam a mario *W*, culpa manu marii *Char.* || 8 mele *B*, melle *W*, melea *V.* || moreretur] commoretur $W^1$, commoraretur $W^2$. || 9 nulla inimicitia *B.* || cum euaristo ei] *scripsi*, cum ebaristi *B*, euaristi *W*, abaristi *V*, cum euaristo *Char.* || fuisse tamen] *scripsi*, fuisset nec *BW*, fuisse ne *V*, fuisse nec *Char.* || 10 culpa] *W*, culpam *BV Char.* || crededit *BW.* || eatis *V.* || 11 emendarentur (-retur *W*) ideoque mario euaristo (et euaristo *W*) urbe italia] e (*rel. om.*) *V.* || 12 prouincia] e prouincia *V.* || uetica *W*, uettica *V*, ueticae *B.* || quinquennio *W.* || interdixi et] interdixit et *W*, interdixit *V*, iterdixit *B*, interdixi *Char.* || decreui] *V Char.*, decreuit *BW.* || ut] et *libri et Char.* || 13 causam *V.* || duo milia] sestertium d. m. *Huschke.* || pari *W.* || *post* eius *excidit* quem interfecit *uel simile quiddam.* || euaristus] ebaristus *B*, et baristus *V.* || 14 fuerat eius *W.* || uel res uerba rescripti *libri: in archetypo, ut uidit fere iam Bynkershoek, fuit* u. r. *adscripta interpretatione altera falsa, altera uera. Pithoeus pro* uel res *dedit* uelis rescribere *idque ipsum habet Charondas.* || 15 poenam] *B*, poena *V*, poenae *W.* || mari ebaristi *B*, mari aebaristi *V*, marii et euaristi *W.* || recte et taurinae *B*, recte egn. taurine *Char.* || es] est *libri.* || 16 refert] referent *V*, referat *W.* || 17 amittatur *VW.* || an] hanc *libri.* || casu] occasio *VW.* || districtio haec poenam distinctio haec poena (*sic*) *W.*

haec poenam aut iustam prouocare debet aut temperamentum admittere.

1, 12, 1 MODESTINVS libro differentiarum sexto sub titulo de scientibus et ignorantibus generaliter loquitur:

Nonnumquam per ignorantiam delinquentibus iuris ciuilis uenia tribui solet, si modo rem facti quis, non iuris ignoret: quae scilicet consilio delinquentibus praestari non solet. propter quod necessarium est addita distinctione considerare, utrum sciente an ignorante aliquo quid gestum proponatur. et reliqua.

1, 13, 1 PAVLVS libro et titulo qui supra:

Qui telum tutandae salutis causa gerit, non uidetur ho-
2 minis occidendi causa portare. teli autem appellatione non tantum ferrum continetur, sed omne, quod nocendi causa portatum est.

c. 13, 1 = *Dig.* 48, 6, 11, 2; *hinc rest. Paul.* 5, 23, 7.
c. 13, 2 *hinc rest. Paul.* 5, 23, 7.

1 poenam] poenarum *Char.* || aut] an *V*, autem ante *W*. || iustam] *Dig.*, iustitiam *libri et Char.* || prouocare] elicere *Dig.* (*ante corr.*), eligere *Dig.* (*e corr*). || aut temp.] autemp. *V*. || 3 modestinus libro (librum *W*) . . . titulo *om. V*. || 4 gen. loq.] loq. aliter *Wa*. || 5 delinquentium *W*. || ciuili *B*, ciuiles *W*. || 6 ueniam | *W*. || facto *VW*, pacto *B*. || 7 qui scilicet *BW*, quis licet *V*. || consilium *W*. || praestare *W*. || 8 additam *W*. || distinctionem *BW*. || 9 sciente ad ignorante *B*, scientiae an ignorantiae *Va*. || aliquo] aliquod *V*. || 10 liber et titulum *W*. || qui] quod *libri cf.* 137, 20. || 11 tutandae] tuta de *V*, tutat de *W*. || salutis] s. suae *Dig.* || causam *V*. || gerit] *VW*, ageret *B*, gerunt *Dig.* || uideatur *libri*, uidentur *Dig.* || homines *V*. || 12 causam *W*. || appellationem *libri.* || 13 omnem *B*, omni *W*.

## ⟨TITVLVS II⟩

## DE ATROCI INIVRIA.

2, 1, 1 MOYSES dicit:

Si autem contenderint duo uiri et percusserit alter alterum lapide aut pugno et non fuerit mortuus, decubuerit 2 autem in lectulo, et si surgens ambulauerit homo foris in baculo, sine crimine erit ille, qui eum percusserat praeter ac cessationis eius mercedem dabit ei et medico inpensas curationis.

2, 2, 1 VLPIANVS libro singulari regularum sub titulo de iniuriis:

Iniuria, si quidem atrox, id est grauis, non est, sine iudicis arbitrio aestimatur. atrocem autem aestimare solere praetorem idque colligi ex facto, ut puta si uerberatus uel uulneratus quis fuerit. et reliqua.

2, 3, 1 PAPINIANVS libro definitionum secundo sub titulo de iudicatis:

Per hominem liberum noxae deditum si tantum adquisitum sit, quantum damni dedit, manumittere cogendus est a praetore qui noxae deditum accepit: sed fiduciae iudicio non tenetur.

c. 1. *Exod.* 21: (18) *ἐὰν δὲ λοιδορῶνται δύο ἄνδρες καὶ πατάξωσι τὸν πλησίον λίθῳ ἢ πυγμῇ καὶ μὴ ἀποθάνῃ, κατακλιθῇ δὲ ἐπὶ τὴν κοίτην,* (19) *ἐὰν ἐξαναστὰς ὁ ἄνθρωπος περιπατήσῃ ἔξω ἐπὶ ῥάβδου ἀθῷος ἔσται ὁ πατάξας· πλὴν τῆς ἀργείας αὐτοῦ ἀποτίσει καὶ τὰ ἰατρεῖα.*

---

**4 contenderit *V*. || alter] unus *W*. || 5 lapidem *W*. || dec. aut.] et dec. *W*. || 6 foris] *Pithoeus ad Graeca*, fortis *libri*. || 7 baculo] b. suo *V* (?). || ac cessationis] ac cessationes *V*, acessionis *B*, accessionis *W*. || 8 ei] aea *B*. || curationes *W*. || 10 ulpianus libro singulari regularum (lib singulorum de *W*, libro regularis *B text.*, libro regulari *B ind.*) sub titulo *om. V*. || iniuriis] iuriis *B* (*ind.*). || 11 iniurias *W*, *om. V*. || grauis non est] *scripsi*, grauis est non *VW*, graui rerum non *B*. || 12 iudici *W*. || 13 idque] adque *B*. || colligi] *B*[b], collegi *B*[a], collegit *W*, colligit *V*. || ex] et *W*. || uerberatur *V*. || uel] aut *W*. || 14 quis *om. B*. || 15 papinianus (papianus *BW*) l. d. (definitiorum *B ind.*) s. s. titulo *om. V*. || de iudicatis] de i. personis *V*. || 16 hominem liberorum *W*, hominum liberorum *V*. || noxae deditum] noxiae deditum *B*, mox ad editum *W*, mox editum *V*. || 17 quanti *W*. || damnum *B*. || dedito *W*. || 18 praetore] pretor et *V*, praetutore et *W*. || noxae deditum] *W*, noxaetaeditum *B*, noxa aeditum *V*. || iudici *V*.**

2, 4, 1 VLPIANVS libro XVIIII ad edictum sub titulo si fatebitur iniuria occisum esse, in simplum et cum diceret:

Rupisse eum utique accipiemus, qui uulnerauerit, uel uirgis uel loris uel pugnis caedit, uel telo quoue alio uis genere sciderit hominis corpus uel tumorem fecerit: sed ita demum, si damnum datum est. ceterum si in nullo seruum pretio uiliorem deterioremue fecerit, Aquilia cessat iniuriarumque erit agendum. ergo et si pretio quidem non sit deterior factus seruus, uerum sumptus in salutem eius et sanitatem facti sunt, in haec nec mihi uideri damni Aquilia lege [agi] posse.

2, 5, 1 PAVLVS libro singulari et titulo de iniuriis:

Generaliter dicitur iniuria omne, quod non iure fit: specialiter alia est contumelia, quam Graeci [ὕβριν appellant, alia culpa, quam Graeci ἀδίκημα dicunt, sicut in lege Aquilia damnum iniuriae accipitur, alia iniquitas et iniustitia, quam Graeci] ἀδικίαν uocant. nam cum praetor non iure aduersum nos pronuntiat, iniuriam nos accepisse dicimus: unde apparet

c. 4 = *Dig.* 9, 2, 27, 17.

1 ulpianus l. xuiiii (*sic BW*, xuiii *Dig. recte*) ad e. s. titulo (tituli *W*) *om. V.* ‖ iniuriam *libri.* ‖ 2 et cum diceret] *BV*, et cum dicere *W*: *redit eadem formula, sed ut ibi libri habeant* doceret, *in loco ex eodem libro petito* 177, 21: *Huschkii coniecturam* ut condiceret *refutauit Lenel Ztschr. der Savigny-Stiftung, röm. Abth.* 8, 195 *recte, non recte ipse uerba tractauit. fortasse formula respondet alteri* ad locum (*infra* 15, 2, 4: *legitur* de re necessaria ad locum *C. Th.* 2, 10, 6 *et nou. Maioriani* 11; *item* inter cetera et ad locum *passim in Consultatione*), *tamquam dixisset: 'Vlpianus* (*cum ageret de actione*) *in simplum et cum diceret', ut similiter laudat Moysen.* ‖ 3 qui] qui autem *W*. ‖ uel loris] uel loeris *B*, uel oriens *VW*. ‖ pignus *W*. ‖ 4 cedit *B*, occidit *VW*, cecidit *Dig.*: *requiritur* ceciderit. ‖ uel telo quoue alio uis genere sciderit hominis] *Lachmann*, uel telo cum alio uis (alio bis *V*) genere cederit (occiderit *VW*) hominis *libri*, uel telo uel quo alio ut scinderet alicui *Dig.* ‖ 5 uultumore *W*. ‖ sed] *Dig.*, uel *BV*, uel si *W*. ‖ 6 damnum] d. iniuria *Dig.* ‖ ceterum] cetero *VW*, et cetero *B*. ‖ si in] sin *W*, si *Dig.* ‖ nulco $V^a$. ‖ 7 uiliorum *V*. ‖ deterioremue] deteriorem uel $V^a$. ‖ aquilia] ad aquilia $VW^b$, attaquilia $W^a$, ad aquiliam *B*. ‖ cenat $VW^{a\ uel\ b}$, cenas $W^{b\ uel\ a}$. ‖ 8 erit] rit *W*. ‖ *post* agendum *ins.* dumtaxat: aquilia enim eas ruptiones quae damna sunt persequitur *Dig.* ‖ pretium *V*. ‖ deterio *V*. ‖ seruus factus *Dig.* ‖ 9 uero *V*, uerunt *W*. ‖ salute *B*, salte *V*, alte *W*. ‖ sanitate *B*, sanite *VW*. ‖ 10 nec *om. Dig.* ‖ uideri] *libri et Dig.*, uidetur *edd.* ‖ damni aq. lege] damnum datum atque ideoque lege aq. *Dig.* ‖ agi] *Dig.*, *om. libri.* ‖ 11 liber *B* (*text.*). ‖ singulari et titulo] singulorum tituli *W*. ‖ 12 dscitur (*sic*) *W*, dicit *V*. ‖ iniuriam *B*. ‖ 13 alia est *libri*, alias *Inst. et sic etiam deinceps ubi nos* alia *posuimus.* ‖ ὕβριν *ad* 16 graeci *om. libri, adiecta sunt ex loco simillimo Iustiniani Inst.* 4, 4 *pr.* ‖ 16 ἀδικίαν uocant] adician uocant *B*, adicent *VW*. ‖ praeter *W*. ‖ non iure] *Inst.*, noster *libri.* ‖ aduersum] $BV^b$, aduersus $V^aW$. ‖ 17 pronuntiaret *B*, praenuntiat *W*.

2, 5, 2 non esse uerum, quod Labeo putabat, apud praetorem iniuriam
ὕβριν dumtaxat significare. commune omnibus iniuriis est,
quod semper aduersus bonos mores fit idque non fieri alicuius
3 interest. hoc edictum ad eam iniuriam pertinet, quae contu-
4 meliae causa fit. fit autem iniuria uel in corpore, dum cae-
dimur, uel uerbis, dum conuicium patimur, uel cum dignitas
laeditur, ut cum matronae uel praetextatae comites abducuntur.
5 iniuriarum actio aut legitima est aut honoraria. legitima ex
lege duodecim tabularum: 'qui iniuriam alteri facit, quinque
'et uiginti sestertiorum poenam subito'. quae lex generalis
fuit: fuerunt et speciales, uelut illa: 'si os fregit libero, CCC
[si] seruo, CL poenam subito sestertiorum'.

Idem PAVLVS eodem libro singulari sub titulo quemadmodum
2, 6, 1 iniuriarum agatur:

'Qui autem iniuriarum', inquit, 'agit, certum dicat, quid
'iniuriae factum sit et taxationem ponat non minorem quam
2 'quanti uadimonium fuerit'. certum dicit, qui suo nomine

---

1 non] nos *libri.* ‖ labet *V*, libet *W*. ‖ 2 hybrin *B*, ibrin *V*, imbrim *W*. ‖ commune omnibus iniuriis] *Lachmann* (*addens post* mores *addendum esse* aliquid; *sed potest explicari sic: quod iniuria semper fit aduersus b. m. et quod alicuius interest id de quo agitur non fieri*), communem omnibus enim iuris *libri.* ‖ 3 fieri] fierit *VW*. ‖ 4 edictam *W*. ‖ ea *V*. ‖ 5 fit fit] fit quid *W*. ‖ iniuriam *B*. ‖ credimus *B*. ‖ 6 uerbis] in u. *W*. ‖ uel] c uel $V^a$. ‖ dignitatem *W*. ‖ 7 ut] *Dig.*, uel *libri.* ‖ patronae *B*. ‖ pr(a)etextote *B* (*de quo male refert Huschkius*) *V*. ‖ adducuntur *BW*. ‖ 8 aut] ad *W*. ‖ honerariam legitimam *W*. ‖ 9 legem *BW*. ‖ iniuria *V*. ‖ 10 et] ex *libri.* ‖ uiginti] uirgiti *W*. ‖ sestertiorum] $V^b$, sextertiorum $V^a$, restertiorum *B*, resitrium *W*. ‖ poenam subito] *scripsi*, poenam (-na *BV*) subit *libri*: poena sunto *Huschke.* ‖ generali fuit *V*. ‖ 11 fuerunt (fuerint *W*) et speciales uelut illa si os (*sic fere Blume*, uelut manifestos *V*, uelut manifestus *W*, uelut illa manu fustiue si os *Lachmann*) fregit *om. B. recte Blumius emendationem quam proposuit defendit utpote archetypi minusculis scripti litteraturae accommodatam: Lachmanniana* (*Savigny Zeitschrift für gesch. Rechtswiss.* 10, 311) *ingeniosa magis est quam probabilis, nam lex duodecim tabularum a casibus specialiter proponendis recte abstinet neque usquam praeterea in lege saepe memorata eiusmodi additamenti mentio fit. Gaius enim quod ait* 3, 220: pugno puta aut fuste percussus *et infra* 2, 5, 4 *Paulus*: pugno puta an fuste an lapide, *ipsi significant haec de suo, non ex lege se memorare. denique haec uocabula si lex posuisset, neque iuris auctores neque grammatici id reticerent.* ‖ ccc] *W*, trecentos *BV*. ‖ 12 si *om. libri*, at si *ins. Gaius* 3, 223. ‖ cl] ad *W*. ‖ subito sestertiorum] subitor ex tertiorum *BV*, *om. W*. ‖ 13 singulari (singulorum *W*) sub titulo *om. V*. ‖ 14 iniuriam *B*, iniuria *VW*. ‖ 15 iniuria *BV*, iniuriam *W*. ‖ aget *B*. ‖ certum] c *W*. ‖ qui *BV*. ‖ 16 iniuriam *W*. ‖ taxationum *W*. ‖ no minore *V*: non maiorem *Huschke male omnino.* ‖ quam *om. W*. ‖ 17 fierit $V^a$.

demonstrat iniuriam, neque ita, ut per disiunctionem hoc aut illud accidisse conprehendat, sed ut necesse habeat aut unam nomine suo rem designare aut plures ita conplecti, ut omnes
2, 6, 3 eas accidisse cogatur probare. certum autem an incertum dicat, cognitio ipsius praetoris est. demonstrat autem hoc loco praetor non uocem agentis, sed qualem formulam edat.
4 certum non dicit, qui dicit pulsatum se siue uerberatum. sed et partem corporis demonstrat et quem in modum, pugno puta an fuste an lapide, sicut formula proposita est: 'quod 'Auli Ageri mala pugno percussa est'. illud non cogitur dicere, dextra an sinistra, nec qua manu percussa sit. item si dicat
5 infamatum se esse, debet adicere, quemadmodum infamatus sit. sic enim et formula concepta est: 'quod Numerius Ne-'gidius libellum misit Aulo Agerio infamandi causa'.

2, 7, 1 PAVLVS libro sententiarum [quinto] sub titulo ad legem Corneliam de sicariis et ueneficis:

Causa mortis idonea non uidetur, cum caesus homo post aliquot dies officium diurnae uitae retinens decessit nisi forte fuerit ad necem caesus aut letaliter uulneratus.

c. 7 *hinc rest. Paulus* 5, 23, 5.

1 demonstram *Wa*. ‖ neque ita .... accidisse (accidisset *BV*) c. s. u. n. h. a. unam nomine (nomini *V*, nominis *B*) rem (re *B*) designare (*Pithoeus ad Dig*. 47, 10, 7 *pr*. 1, destinare *BV*) aut plures] se (*om. reliquis*) *W*. ‖ 3 conpleti *libri*. ‖ 4 autem an] aut *W*. ‖ 5 cogitio *W*. ‖ est *om. V*. ‖ demonstrata *libri*. ‖ 6 ageretis *B*, ageritis *VW*. ‖ 7 se siue uerberatum] *sic fere Huschke*, si (sibi *Va*) sit uerberatus *libri*. ‖ 8 et] ei *W*. ‖ demonstret *edd*. ‖ immodum *V*, in modo *W*. ‖ 9 puto *libri*. ‖ lapidem *BW*. ‖ formulam *V*. ‖ proposita] *VW*, posita *B*. ‖ quod auli ageri (agerii *B*) pugno mala (*Pithoeus*, mola *BV*) perc. est *om. W*, *inuerti* mala pugno *ego*: quod Aulo Agerio a Numerio Negidio pugno m. p. e. *Huschke*. ‖ 10 cogetur *V*. ‖ diceret *B*. ‖ 11 sinistram *B*. ‖ nec qua] nequa *BV*, neque *W*. ‖ manus *W*. ‖ percussa sit] *Huschke*, percussit *libri*. ‖ item] ita *libri*. ‖ 12 addiceret *B*. ‖ infamatum *Va*. ‖ 13 et *om. VW*. ‖ fermula *B*. ‖ numedius *B*, nomedius *V*, in numerio *W*. ‖ nigidius *BV*, nigidio *W*. ‖ 14 libellum misit] *sic fere Vonckius*, illum inmisit *libri*: sillum inmisit *Arnaud*, sibilum immisit *Huschke*, fimum immisit *Lenel paling*. 1 *p*. 1113, *sed horum uerborum nullum formulae aptum est*. ‖ 15 paulus (paulo *B ind*.) libro (liber *W*) s. quinto (*om. BW*) s. t. ad l. corneliam *om. V*. ‖ 16 beneficis *W*, ueneficiis *V*, benificis *B*. ‖ 17 non] no *V*. ‖ caesus] laesus *Pithoeus*. ‖ 18 aliquos *BV*. ‖ diuuternae *B*. ‖ decessit] cessit *W*. ‖ 19 necem] uicem *W*.

## ⟨TITVLVS III⟩
## DE IVRE ET SAEVITIA DOMINORVM.

3, 1, 1 MOYSES dicit:

Si quis percusserit seruum aut ancillam uirga et mortuus
2 fuerit in manibus eius, iudicio uindicetur. quod si superuixerit die uno aut duobus, non uindicabitur, pretium enim ipsius est.

3, 2, 1 PAVLVS libro sententiarum [quinto] sub titulo ad legem Corneliam de sicariis et ueneficis dicit:

Seruus si plagis defecerit, nisi id dolo fiat, dominus homicidii reus non potest postulari: modum enim castigandi et in seruorum coercitione placuit temperari.

3, 3, 1 VLPIANVS libro octauo de officio proconsulis sub titulo de dominorum saeuitia:

Si dominus in seruum saeuierit uel ad inpudicitiam turpemque uiolationem conpellat, quae sint partes praesidis, ex rescripto diui Pii ad Aurelium Marcianum proconsulem
2 Baeticae manifestatur. cuius rescripti uerba haec sunt: ‘Dominorum quidem potestatem in suos seruos inlibatam esse ‘oportet nec cuiquam hominum ius suum detrahi: sed dominorum interest, ne auxilium contra saeuitiam uel famem uel ‘intolerabilem iniuriam denegetur his, qui iuste deprecantur.
3 ‘ideoque cognosce de querellis eorum, qui ex familia Iuli Sabini ‘ad statuam confugerunt, et si uel durius habitos, quam

c. 1. *Exod.* 21: (20) *ἐὰν δέ τις πατάξῃ τὸν παῖδα αὐτοῦ ἢ τὴν παιδίσκην αὐτοῦ ἐν ῥάβδῳ καὶ ἀποθάνῃ ὑπὸ τὰς χεῖρας αὐτοῦ, δίκῃ ἐκδικηθήσεται.* (21) *ἐὰν δὲ διαβιώσῃ ἡμέραν μίαν ἢ δύο, οὐκ ἐκδικηθήτω· τὸ γὰρ ἀργύριον αὐτοῦ ἐστιν.*
c. 2 *hinc rest. Paul.* 5, 23, 6.
c. 3 = *Dig.* 1, 6, 2.

---

**4 aut] et *W*. ‖ uirgam *W*, uirgo $V^a$ (?). ‖ 6 die] de die *W*. ‖ 8 paulus libro (liber *W*) quinto (*om. BW*) s. s. t. a. l. corneliam *om. V*. ‖ 9 beneficis *W*, beneficiis *V*. ‖ 11 postulare *W*. ‖ enim (*om. W*) *ne mutes: post* temperari *uidentur secuta esse talia:* sed tamen etsi eum dominus excessit, homicidium non commisit. ‖ et] *om. W*. ‖ 12 cohercitionem *VW*, quohercitionem *B*. ‖ 13 ulpianus libro o. d. o. p. s. titulo *om. V*. ‖ 14 seuitias *B*. ‖ 15 seruos *Dig*. ‖ pudiciciam *B*. ‖ 16 turpequi $V^a$ *teste Kruegero*, turpequu $V^a$ *teste Huelseno*, turpequae $V^b$. ‖ uiolentum *W*. ‖ conpellant *VW*. ‖ sunt *W*. ‖ principis *W*. ‖ 17 diui *om. W*. ‖ ad *om. VW*. ‖ aurelii *W*, aelium *Dig*. ‖ proconsole *B*. ‖ 18 beticae *B*, bettice *V*, uettice *W*, ueticae *Dig*. ‖ manifestabitur *Dig*. ‖ 19 seruos suos *B*, suo (suos $V^b$) seruos (seruo *teste Kruegero*) *V*. ‖ inliuata *V*. ‖ 20 ne *B*. ‖ 21 nec *W*. ‖ seuitia *W*. ‖ 22 iniuria *V*. ‖ denegentur *W*. ‖ qui] qui si *B*. ‖ 23 eorum] *W Dig*., illorum *BV*. ‖ sauini *V*, fauini *W*. ‖ 24 confugerant *W*. ‖ si uel] *Dig*., siue *libri*. ‖ habitos] *Dig*., habiti *B*, abiti *V*, abuti *W*.**

'aequum est, uel infami iniuria adfectos cognoueris, uenire iube,
'ita ut in potestatem Sabini non reuertantur. quod si meae
'constitutioni fraudem fecerit, sciet me admissum seuerius
3, 3, 4 'executurum'. diuus etiam Hadrianus Vmbram quandam matro-
nam in quinquennium relegauit, quod ex leuissimis causis
5 ancillas atrocissime tractaret. item diuus Pius ad libellum
Alfi Iuli rescripsit [in] haec uerba: 'Seruorum obsequium non
'solum imperio, sed et moderatione et sufficientibus praebitis
6 'et iustis operibus contineri oportet. itaque et ipse curare
'debes iuste ac temperate tuos tractare, ut ex facili requirere
'eos possis, ne, si apparuerit uel inparem te inpendiis esse
'uel atrociore dominationem saeuitia exercere, necesse habeat
'proconsul u. c., ne quid tumultuosius contra accidat, praeuenire
'et ex mea iam auctoritate [te] ad alienandos eos conpellere.
a. 152 'Glabrione et Homullo cons.'
3, 4, 1 GREGORIANVS libro XVIIII. sub titulo de accusationibus:
Impp. Diocletianus et Maximianus Augusti Aurelio Sacrato
militi. Cum seruum tuum [ui] aegritudinis grauiter oppressum
fati munus implesse proponas, propter inmoderatam castiga-
tionem calumniae accusationem emergere innocentiae ratio,
a. 285 cuius fiduciam geris, non permittit. Prop. non. Decemb. Diocle-
tiano A. III. et Aristobulo cons.

1 est om. *BW*. || infami] *Dig*. (*V*), infamem *W*, infamiae *B*. || iniuriam *BW*. || ueniri *B Dig*. || iube ita] *Dig*. (iubeta *Flor*.) *et* (*V*), iube intra *W*, iubet *B*. || 2 potestate *VW Dig*. || sauini *BV*. || quod] qui *Dig*. *recte*. || meae] me *V*. || 3 admissum] a. hoc *V*, hoc admissum *Dig*. *uulg*. || 4 diuinus *V*, diuis *B* (*ind*.). || umbriciam *Dig*. || matronanam *B*, matrona *V*. || 5 in *om*. *W*. || 6 tractaret] (*V*), tractare *B*, tractauit *W*, tractasset *Dig*. || item] *B* (*text*.), idem item *W*, idem *B* (*ind*.) *V*. || diuus p. ad l. a. i. rescripsit (scripsit *W*) in (*om*. *BW*) h. u. *om*. *V*. || 8 imperium reddet moderationem *W*. || 10 debet *BV*. || temperate] temperare *B*. || tuos] *W*, et uos *BV*. || ex facili] *Lachmann*, et facili *BV*, et facile *W*. || requirere] reprimere *Lachmann*. || 11 eos] *V*, eo *B*, *om*. *W*. || possis] *W*, possit *BV*. || ne si] *Pithoeus*, nisi *libri*. || inparem te] *Pithoeus*, in parente *BV*[b], in parentem *W*, in parte *V*[a]. || inpendis *V*, inpendus *W*[1]. || 12 atrociore dominationem saeuitia] *Lachmann*, atrociorem dominationem (-ne *V*) seuitiam *libri*. || habeas *W*. || 13 proconsul u. c. *om*. *V*. || contra] contra te *Lachmann*. || accedat *VW*. || 14 et] se et *B*, sed et *Lachmann*. || auctoritatem *W*. || te *addidit Lachmann*. || 15 grauione et romulo (romolo *V*) *libri*. || cons. x *W*, *om*. *V*. || 16 libro (liber *W*) xuiiii (*sic BW*) s. t. *om*. *V*. || 17 impp. (impr. pp *W*) dioclicianus et m. augg. (august *B*, *om*. *W*) aurelio sacrato (sacrati *W*) militi *BW*, *om*. *V*. || 18 ui] sacrati *W*, *om*. *BV*. || 19 fati munus] fauemur *W*[b], grauemur *W*[a]. || inplisse *V*. || casticationem *V*. || 20 accusationem] causationem *B*. || innocentiae] innotitiae *BV*[b], innocitiae *V*[a]. || 21 prop. . . . . aristone conss. *B*, *om*. *VW*.

## ⟨TITVLVS IIII⟩
# DE ADVLTERIIS.

4, 1, 1 MOYSES dixit:
Quicunque moechatus fuerit mulierem proximi sui, mortem
2 moriatur qui moechatus fuerit et quae moechata fuerit. quod
si aliqui seduxerit uirginem non desponsatam et stuprauerit
3 eam, dotabit eam sibi in uxorem. quod si rennuerit pater
eius et noluerit eam dare illi uxorem, pecuniam inferet patri,
in quantum est dos uirginis.

4, 2, 1 PAVLVS libro singulari de adulteris sub titulo:
Breuem interpretationem [legis Iuliae] de adulteris coercendis facturus per ipsa capita ire malui ordinemque legis seruare.
2 et quidem primum caput legis ⟨Iuliae de adulteris⟩ prioribus
3 legibus pluribus obrogat. secundo uero capite permittit patri,
[si in] filia sua, quam in potestate habet, aut in ea, quae [eo]
auctore, cum in potestate esset, uiro in manum conuenerit,
adulterum domi suae generiue sui deprehenderit isue in eam
rem socerum adhibuerit, ut is pater eum adulterum sine fraude
4 occidat, ita ut filiam in continenti occidat. in sui iuris autem

c. 1, 1. *Leuit.* 20, 10: *ὃς ἂν μοιχεύσηται γυναῖκα τοῦ πλησίον, θανάτῳ θανατούσθωσαν ὁ μοιχεύων καὶ ἡ μοιχευομένη.*

c. 1, 2—3. *Exod.* 22: (16) *ἐὰν δὲ ἀπατήσῃ τις παρθένον ἀμνήστευτον καὶ κοιμηθῇ μετ' αὐτῆς, φερνῇ φερνιεῖ αὐτὴν αὐτῷ γυναῖκα·* (17) *ἐὰν δὲ ἀνανεύων ἀνανεύσῃ καὶ μὴ βούληται ὁ πατὴρ αὐτῆς δοῦναι αὐτὴν αὐτῷ γυναῖκα, ἀργύριον ἀποτίσει τῷ πατρὶ καθ' ὅσον ἐστὶν ἡ φερνὴ τῶν παρθένων.*

3 dicit *W*. ‖ 4 maeschatus $V^a$. ‖ fuerit] fieri *B* (*ind.*) ‖ mulierem] *V*, muliere *B* (*ind.*), cum mulierem *B* (*text.*) *W*. ‖ morte *V*. ‖ 5 que *W*. ‖ fuerit *om. W*. ‖ quae] qui *VW*. ‖ moechata] moechatus $W^a$. ‖ 6 aliquis aeduxerit *B*, aliquis et duxerit *V*, aliquis duxerit *W*. ‖ sponsatam *V*. ‖ strupraucrit $V^a$. ‖ 7 dotabit] *W*, docuit *B*, dauit *V*. ‖ eam *om. V*. ‖ 8 illi dare *W*. ‖ inferret *V*. ‖ 9 in *om. edd.* ‖ 10 paulus (libro liber *W*) singularis (*B*, singularem *W*) de adulteris (ulteris *B ind.*) sub titulo *BW*, sub titulo de adulteriis (*om. reliquis*) *V*. ‖ 11 interpetrationem *B*. ‖ legis iuliae *addidit Huschke*. ‖ adulteriis *V*, adulterio *W*. ‖ 12 per] in *W*. ‖ ipsam *BV*. ‖ capitam *B*. ‖ ire] in re *V*, rem *W*. ‖ maluit *B*, mali *W*. ‖ 13 iuliae (iulii *V*) de adulteris *deleui*. ‖ 14 obrogat] *Scaliger*, abrogat *libri*. ‖ pater *B*. ‖ 15 si in *om. libri*. ‖ filias suas quas *BV*, familias (*om.* sua quam) *W*. ‖ potestatem *libri*. ‖ aut] *Pithoeus*, ut *B*, *om. VW*. ‖ eam queque *W*. ‖ eo *om. libri*. ‖ 16 auctorem *V*. ‖ uiro] uero *B*. ‖ in mano conuenerit *BV*, cum in manum uenerit *W*. ‖ 17 adultero *V*. ‖ domui *B*, domus *W*, domo *V*. ‖ deprehenderet *B*, depraehendens *W*, deprehendant *V*. ‖ isue in] *scripsi*, in quem *libri*, isque in *Schulting*. ‖ ea *VW*. ‖ 18 socer *W*. ‖ ut his *B*, ad his *V*, ad hos *W*. ‖ eum] *Pithoeus*, cum *libri*. ‖ 19 filiam in continenti occ. in sui iuris autem] *scripsi*, f. in continenti (-tem *W*) occ. inuidia autem *BW*, *om. V*.

filia qui adulterum deprehensum occiderit et in continenti filiam,
licito iure hoc factum Marcellus libro XXXI. digestorum scribit.
4, 2, 5 auctoritate quoque [legis] patrem posse interficere uel consu-
larem uirum uel patronum suum, [si eum] in filia adulterum
6 deprehenderit, eodem libro Marcellus probat. sed si filiam
7 non interfecerit, sed solum adulterum, homicidii reus est. et
si interuallo filiam interfecerit, tantundem est, nisi persecu-
tus illam interfecerit: continuatione enim animi uidetur
legis auctoritate fecisse.

4, 3, 1 Idem PAVLVS eodem singulari libro et titulo:

Certae autem enumerantur personae, quas uiro liceat
occidere in adulterio deprehensa uxore, quamuis uxorem non
2 liceat. ergo secundum leges uiro etiam filiofamilias per-
mittitur domi suae deprehensum adulterum interficere seruum,
et eum qui auctoramento rogatus est ad gladium, uel etiam
3 illum qui operas suas, ut cum bestiis pugnaret, locauit. sed
et iudicio publico damnatum licet interficere in adulterio
deprehensum, uel libertinum uel suum uel paternum, et tam
4 ciuem Romanum quam Latinum. sed et patris et matris et
filii et filiae libertum permittitur occidere, quo loco et dedi-
5 ticius habetur. debet autem profiteri apud eum, cuius iuris-
dictio est eo loco, ubi occidit, et uxorem dimittere. quod si
6 non fecerit, inpune non interficit. sciendum est autem diuum

1 qui] si *VW*. || 2 marcellum *B* (*ind.*). || liber *W*. || xxx inde gestorum *V*. || scribit] scribe *B* (*ind.*), scribet autem de *V*. || 3 auctoritatem *W*. || legis *addidit Cuiacius* (*cf. u.* 9). || patrem] pater *libri*. || possit *W*. || interficeret *B*. || coñs. uerum *B*, consł (consultum *W*[b]) utrum *W*, consst. uirum *V*. || 4 uel patronum] et patronem *W*. || si eum] *Huschke, om. libri*. || filiam *BW*. || adulterium *libri*. || 6 sed solum ad. h. r. est et si (sed *pro* et si *B*) interuallo (-lum *B*) f. interfecerit (-ficerit *BV*) *om. W*. || 7 tantundem (tantunde *B*, tandem *W*) est n. persecutus illam (*Huschke*, persequatur illam *B*, persequatur illam et *W*). interfecerit *om. V*. || continuationem *libri*. || 9 auctoritatis *B*, auctis *VW*. || fecisset *B*. || 10 idem . . . titulo *om. V*. || 11 uero *BW*. || 12 |deprehensam uxorem *libri*. || 13 ego *VW*. || legem *malim*. || uero *B*, uirum *W*. || 14 domi] *Huschke*, etiam domi (domui *W*) *libri*. || 15 eo *V*. || auctoramentum *W*, actoramento *V*. || rogatum *W*. || 16 ut] sunt *W*. || besteis *V*, bestias *W*. || pugnare *W*. || 17 licere *libri*. || interficere *om. V*. || 18 deprehenso *V*. || et tam] etiam *W*. || 19 ciue *V*. || romano *W*[a]. || litinum *V*. || sed et patris et matris (et matris *bis V*[a]) et filii (filiis *VW*) et f. l. p. occidere *collocanda post* paternum (*nam iungendum omnino, ut uidit Huschkius*, et tam . . . Latinum: quo loco . . habetur) *ex adnotatione ad Paulum adscripta uidentur proficisci*. || 20 deditius *B*, dempticius *W*. || 21 haberetur *B*. || iuris ditionis *W*. || 22 occidi *W*. || et] ex *B*[a]. || dimitteret *B*. || quod] qua *W*. || 23 interfecit *Scaliger*. || diuum] dum *V*, quod *W*: *malim* diuos.

Marcum et Commodum rescripsisse eum qui adulterum inlicite interfecerit, leuiori poena puniri. sed et Magnus Antoninus pepercit, si qui adulteros inconsulto calore ducti interfecerunt. et reliqua.

4, 4, 1 Idem PAVLVS eodem libro singulari et titulo:

Iure mariti uel patris qui accusat, potest et sine calumniae poena uinci: si iure extranei accusat, potest calumniae
2 poena puniri. sed tum post duos menses intra quattuor menses utiles expertus, licet talis sit, qui alias accusare non possit, ut libertinus aut minor uiginti quinque annorum aut infamis, tamen ad accusationem admittitur, ut et Papinianus libro XV. scripsit.

4, 5, 1 PAPINIANVS libro XV responsorum sub titulo ad legem Iuliam de adulteris:

Ciuis Romanus, qui [ciuem Romanam] sine conubio siue peregrinam in matrimonio habuit, iure quidem mariti eam adulteram non postulat, sed ei non opponetur infamia uel quod libertinus rem sestertiorum triginta milium aut filium non habuit, propriam iniuriam persequenti.

4, 6, 1 PAVLVS libro singulari et titulo qui supra:

In uxorem adulterium uindicatur iure mariti, non etiam sponsam. Seuerus quoque et Antoninus ita rescripserunt.

4, 7, 1 PAPINIANVS libro singulari de adulteris:

Quaerebatur, an pater emancipatam filiam iure patris

---

1 quomodum *VW*. ‖ rescripsisset *BV*. ‖ eum] eu *V*, cum *W*. ‖ qui] in *W*. ‖ adulterium *W*. ‖ 2 p(o)enam *BV*. ‖ punire *V*, puniret *W*. ‖ 3 perpecit *V*. ‖ si] $W^1$, eas *B*, ei *V*, ei si $W^2$. ‖ quid *W*. ‖ inconculiscalo (*sic* $W^a$, in conculis calculo $W^b$) occulto loco reducti interficerent *W*. ‖ 5 idem p. e. libro (*om. B ind.*) sing. (*om. W*) et t. *om. V*. ‖ 6 iure] qui iure *libri*. ‖ marti *B*, matri *V*, matris *W*. ‖ potest *om. W*. ‖ calumniae] causa $V^a$. ‖ 7 poenam *W*. ‖ acuset *W*. ‖ 8 poenam *W*. ‖ tum] *scripsi*, tantum *libri*. ‖ duo *B*. ‖ 9 utilis *W*. ‖ experitus *B*, experitur *VW*. ‖ alia *B*, alios *W*. ‖ 10 ut] aut *VW*. ‖ aut inf.] inf. *VW*. ‖ 11 ad *om. B*. ‖ ut et papianus libro xu scripsit Kp. DCXXUIII papianus libro xu responsorum sub titulo *B*, ut et papinianus l. xu responsorium sub titulis *W*, *om. V*. ‖ 14 iuliani *B*. ‖ 15 ciues *V*. ‖ ciuem Romanam *addidi*. ‖ sine] me *V*. ‖ siue] sibi *B*, ciuem *VW*, ciuem uel *Huschke*. ‖ 16 matrimoni *V*. ‖ iutre *B*. ‖ 17 ei] ea *B*. ‖ opponatur $V^2$. ‖ 18 liberatinus *B*. ‖ sextertiorum *BV*, restersiorum *W*. ‖ milia *W*. ‖ 19 habeat *edd*. ‖ proprium $W^a$. ‖ consequenti *W*. ‖ 20 qui] quod *VW* (*deficit B*): *cf.* 137, 20. ‖ super *W*. ‖ 21 adulterum *B*, adalterium *V*. ‖ iuri *V*. ‖ 22 in sponsam *edd*. ‖ seuerus] reuersus *W*. ‖ rescripserit *W*. ‖ 23 papianus *BV*. ‖ singulas *V*. ‖ de *om. B* (*ind.*). ‖ 24 emancipata *B*, emancipatum *W*, mancipatum *V*.

accusare possit. respondi: occidendi quidem facultatem lex tribuit eam filiam, quam habet in potestatem, aut [quae] eo auctore in manum conuenit: sed accusare iure patris ne quidem emancipatam filiam pater prohibetur.

4, 8, 1 PAPINIANVS eodem libro singulari ⟨et titulo⟩:

Cum patri lex regia dederit in filium uitae necisque potestatem, quod bonum fuit lege conprehendi, ut potestas fieret etiam filiam occidendi, uelis mihi rescribere: nam scire cupio. respondit: numquid ex contrario praestat nobis argumentum haec adiectio, ut non uideatur lex non habenti dedisse, [sed occidi eam cum adultero iussisse], ut uideatur maiore aequitate ductus adulterum occidisse, cum nec filiae pepercerit?

4, 9, 1 IDEM:

Si pater quis adulterum occidit et filiae suae pepercit, quaero quid aduersus eum sit statuendum? respondit: sine dubio iste pater homicida est: igitur tenebitur lege Cornelia de sicariis. plane si filia non uoluntate patris, sed casu seruata est, non minimam habebit defensionem pater, quod forte fugit filia. nam lex ita punit homicidam, si dolo malo homicidium factum fuerit, hic autem pater non ideo seruauit filiam, quia uoluit, sed quia occidere eam non potuit.

4, 10, 1 IDEM:

Si maritus uxorem suam in adulterio deprehensam occidit, an in legem de sicariis incidat, quaero. respondit: nulla parte legis marito uxorem occidere conceditur: quare aperte contra legem fecisse eum non ambigitur. sed si de poena

---

1 posse *V*. ‖ respondit *B*, respondeo *W*. ‖ 2 eam] ei *V*. ‖ quae *om. libri*. ‖ eum *B*. ‖ 3 auctorem *libri*. ‖ in manu *V*, in in manu *W*. ‖ 4 emancipatum *B*, mancipatam *V*. ‖ patris prohibet *W*. ‖ 5 papinianus (papianus *BV*) eodem (*om. W*) libro (*om. B ind.*) singulari (*om. W*) et titulo (-lus *W*) *BVW*: et titulo *delendum, cum nusquam praeterea in hoc quidem libro citando addatur titulus*. ‖ 6 lex] ex lex *V*, hec lex *W*. ‖ necis] nec his *W*. ‖ 7 legem comprehendit *B*. ‖ 8 uelis] *Huschke*, uelle *libri*. ‖ nam sc. c. ℞ *om.* $W^a$. ‖ 11 *suppleui ad sententiam, similiter Huschke*. ‖ maiorem aequitatem *BW*. ‖ 12 occidisset *B*. ‖ 14 si] sic *V*. ‖ quis *Schulting*, qui *libri: alii delent aut* qui *aut* et. ‖ adulterium *B* (*ind.*). ‖ 15 ℞ *W*. ‖ 16 tenetur *W*. ‖ legem corneliam *BW*. ‖ 17 filiam *BW*. ‖ uoluntatem *W*. ‖ causu *V*. ‖ 18 quod forte fugit (*om. B*) filia (filiam *B*) *deleto uoc.* filia *collocat post* seruata est *Huschke probabiliter*. ‖ 19 ponit *B*. ‖ 20 patrem *V*. ‖ 21 uoluit sed quia] uoluisset qui *B*. ‖ 22 papianus idem *B*, *om. V*. ‖ 23 adulterium *V*. ‖ deprehensum *B*. ‖ occiderit *V*. ‖ 24 lege *libri*. ‖ incidit *B*. ‖ ℞ *W*. ‖ nullam partem *W*. ‖ 25 aperte] a parte *B*. ‖ 26 lege *W*. ‖ fecisset *B*. ‖ non ambigitur] non dubitantur non ambigitur (ambicitur *B*) *BVW*: *post* permittitur 153, 1 *repetit* ambigitur sic dicit non dubitantur *B*. ‖ poena] ponat *B*, poena sin *W*.

tractas, non inique aliquid eius honestissimo calori permittitur, ut non quasi homicida puniatur capite uel deportatione, sed usque ad exilium poena eius statuatur.

4, 11, 1 IDEM sic:

De mancipiis alterutrius marito uel patre accusante quaestionem habendam palam est: an idem extraneo accusatori permitti debeat, quaero. respondit: potest uideri ea ratio fuisse permittendi istis personis de seruis quaestionem habere, ut diligentius dolorem animi sui, item iniuriam laesae domus non translaticie persequerentur. sed quoniam non facile tale delictum sine ministerio seruorum admitti creditum est, ratio eo perduxit, ut etiam extraneo accusante mancipia quaestioni tormentorum subicerentur a iudicibus.

4, 12, 1 PAVLVS libro sententiarum [secundo] sub titulo de adulteris:

Permittitur [patri] tam adoptiuo quam naturali, adulterum
cum filia cuiusque dignitatis domi suae uel generi sui depre-
2 hensum sua manu occidere. filius familias pater si filiam
in adulterio deprehenderit, uerbis quidem legis prope est, ut
non possit occidere: permittitur tamen etiam ei, ut occidat.
3 maritus in adulterio deprehensos non alios quam infames et
eos qui corpore quaestum faciunt, seruos etiam et libertos

c. 12, 1. 2. 3 = *Paulus* 2, 26, 1. 2. 4 (*ex codd. Vesontino et Vaticano*).

1 inique] *Od. Mueller*, hisquae *B*, idque *VW*. || honestimo *B*. || permittetur *B* (*uide supra ad* 152, 26). || 2 non *om. W*. || deportationem *W*. || 3 exitium *B*, exitum *VW*. || poena eius] poenas *W*. || statuitur *libri*. || 4 idem si *B* (*ind.*) *VW*, item sic *B* (*text.*). || 5 alterutrius] alterius *B*. || maritu *B* (*ind.*). || accusantem *W*. || 6 est] *Schulting*, esse *libri*. || 7 respondit] *BV*, R *W*. || potes *W*. || uidere *VW*. || eam *W*. || 9 diligentius] diligens suum *VW*. || laesae] leseo *V*, lex et *B*. || 10 translatici et persequentur *W*. || 11 talem *W*. || misterio *W*. || 12 est *om. W*. || eo perduxit] eum adduxit *W*. || ut etiam] ut etiam ut *V*. || accusantem mancipio *W*. || 13 a] ad *V*. || 14 paulus libro (liber *B*) sent. secundo (*om. libri*) sub *om. V*. || capite secundo legis Iuliae de adulteriis *add. ante* permittitur *Paulus*. || 15 patri] *Paulus*, *om. libri*. || quam] tam *W*. || naturali *om. B*. || adultero *B*[a]. || 16 filiam *W*. || cuiuscumque *Paulus*. || domui *W*, domus *V*. || sui *om. Paulus*. || 17 sua (suam *W*) manu (manum *VW*) *om. Paulus*. || familiae *B*, familiam *V*. || si pater *V*. || 18 adulterium *V*. || propest *V*[a]. || 19 permittitur tamen etiam ei] permitti tamen ei debet *Paulus*. || 20 maritus] marito sí (sii *V*[a]) *V*. || deprehensus *VW*. || 21 corpori *W*. || questium *V*. || faciunt] habent *W*. || et libertos] *Pithoeus*, et liberos *libri*, *om. Pauli cod. Vesontinus male: uxor in uniuersum excipi non potuit, cum lege generali conprehendatur, recte autem cum libertinos occidere lex permitteret excipiebatur uxor libertina: ancilla autem uxor esse nequit.*

4, 12, 4 excepta uxore, quam prohibetur, occidere potest. maritum,
qui uxorem deprehensam cum adultero occidit, quia hoc in-
5 patientia iusti doloris admisit, lenius puniri placuit. occiso
adultero dimittere statim maritus debet uxorem atque ita
triduo proximo profiteri, cum quo adultero et in quo loco
6 uxorem deprehenderit. inuenta in adulterio uxore maritus ita
demum adulterum occidere potest, si eum domi suae de-
7 prehendat. eum, qui in adulterio deprehensam uxorem non
8 statim dimiserit, reum lenocinii postulari placuit. serui uero
tam mariti quam uxoris in causa adulteri torqueri possunt,
nec his libertas sub specie impunitatis data ualebit.

## ⟨TITVLVS V⟩
## DE STVPRATORIBVS.

5, 1, 1 MOYSES dicit:

Qui manserit cum masculo mansione muliebri, aspernamentum est: ambo moriantur, rei sunt.

5, 2, 1 PAVLVS libro sententiarum II sub titulo de adulteris:
Qui masculum liberum inuitum stuprauerit, capite punietur.
2 qui uoluntate sua stuprum flagitiumque inpurum patitur,
dimidia parte bonorum suorum multatur nec testamentum ei
ex maiore parte facere licet.

5, 3, 1 Hoc quidem iuris est: mentem tamen legis Moysi imperatoris Theodosii constitutio ad plenum secuta cognoscitur. ⟨item Theodosianus⟩:

c. 12, 4. 5 = *Paulus* 2, 26, 5. 6 (*ex codd. Vesontino et Vaticano*).
c. 12, 6. 7 = *Paulus* 2, 26, 7. 8.
c. 12, 8 *hinc rest. Paulus* 2, 26, 9.
c. 1. *Leuitic.* 20, 13: *ὃς ἂν κοιμηθῇ μετὰ ἄρσενος κοίτην γυναικός, βδέλυγμα ἐποίησαν ἀμφότεροι· θανάτῳ θανατούσθωσαν, ἔνοχοί εἰσιν.*
c. 2, 1 = *Paulus* 2, 26, 12 *ex codd. Vesontino et Vaticano.*
c. 2, 2 *hinc rest. Paulus* 2, 26, 13.

1 uxorem *W*. ‖ maritus *libri, etiam Pauli.* ‖ 2 deprehensum *B*. ‖ inpatientiam *W*. ‖ 6 inuenta in] inuentam *B*. ‖ uxorem *B*, uxor *W*. ‖ maritum *W*. ‖ 7 adulterum] adulterum maritus (-tum *W*) *BVW*, *om. Paulus.* ‖ eum] adulterum *Paulus.* ‖ domui *libri.* ‖ 8 qui] que *V*. ‖ 9 dimisit *Paulus.* ‖ 10 tam] ta *V*. ‖ adulterii *BW*. ‖ 11 specie] spe *Pithoeus.* ‖ datam *BV*. ‖ malebit *W*. ‖ 15 manserint *W*. ‖ mansionem *W*. ‖ mulieri *B* (*ind.*) ‖ apernamentum *V*, lepernamentum *W*. ‖ 16 moriatur *V*. ‖ rei] quia rei *W*. ‖ 17 paulus libro sent. ii (*sic B ind.*, *om. B text.*) s. t. de ad. *B*, item de adulteriis *V*, idem (*om. rel.*) *W*. ‖ 18 strupauerit *V*. ‖ punietur] *B*, puniatur *VW*, punitur *Paulus.* ‖ 19 uoluntatem suam struprum *V*. ‖ 20 dimidiam partem *VW*. ‖ multarum *W*. ‖ 21 parte] martem *W*. ‖ 23 costitutio *V*. ‖ cogooscitur *V*a. ‖ 24 item theodosianus (idem theodosianus *B ind.*) *insiticium* (*u. p.* 127).

IMPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS Auggg. ad Orientium uicarium urbis Romae. Non patimur urbem Romam uirtutum omnium matrem diutius effeminati in uiro pudoris contaminatione foedari et agreste illud a priscis conditoribus robur fracta molliter plebe tenuatum conuicium saeculis uel conditorum inrogare uel principum, Orienti k(a-
5, 3, 2 rissime) ac iuc(undissime) nobis. laudanda igitur experientia tua omnes, quibus flagiti usus est uirile corpus muliebriter constitutum alieni sexus damnare patientia nihilque discretum habere cum feminis, occupatos, ut flagitii poscit inmanitas, atque omnibus eductos, pudet dicere, uirorum lupanaribus spectante populo flammae uindicibus expiabit, ut uniuersi intellegant sacrosanctum cunctis esse debere hospitium uirilis animae nec sine summo supplicio alienum expetisse sexum qui suum tur-
a. 390 piter perdidisset. Prop. pr. id. Maias Romae in atrio Mineruae.

c. 3, 2 *u.* 8 omnes — *u.* 12 expiabit = *cod. Theod.*, 9, 7, 6.

1 imperatoribus *W*. ‖ ualentianus *B*, ualentiniano *W*. ‖ theodosio *W*. ‖ archadio *W*. ‖ aggg *W*, augg *B*, aag *V*. ‖ 2 orentium *V*. ‖ patiamur *B*. ‖ urbis Romae uirtutem *libri*. ‖ 3 diutium et feminati *V*. ‖ uiro] *scripsi*, uiros *libri*, uiris *Huschke*. ‖ 4 contaminationem *W*. ‖ acreste *V*, ageste *B*, aggrestis *W*. ‖ illum *VW*. ‖ a] hac *W*, ad *B*. ‖ pristis *W*. ‖ 5 robor facta *VW*. ‖ pleue *V*, plero *W*, pube *Iac. Gothofredus*. ‖ 6 conditurum $V^a$. ‖ seculi *B*, regulis *W*. ‖ conditurum $V^a$. ‖ principium *VW*, printipium *B*. ‖ orienti k. ac iuc. nobis] *scripsi*, orienti kp. dc xxx uiiii ac iuc nobis (*ind.*, nouis *text.*) *B*, orienti (*rel. om.*) *VW*. ‖ 7 laudanda i. e. tua] idem *W*, *om. V Theod.* ‖ omnibus *W*. ‖ 8 quibus] qui ius *V*. ‖ flagiti usus] *Theod.*, flagitiosuslus *W*, flagitiosus luxus *BV*: *fortasse scr.* flagitiosus usus. ‖ uirile] *Theod.*, uirili *VW*, uiri *B*. ‖ muliebriliter *W*. ‖ 9 sexu *W*. ‖ patientiam *VW*. ‖ nihilque discretum (-tu *W*)] nihil enim d. uidentur *Theod.* ‖ 10 occupator (-tus *W*) ut fl. poscit (possit $B^a$) i. a. omnibus eductor (seductos $BVW^b$, seductus $W^a$) p. d. u. lupanaribus] huiusmodi scelus *Theod.* ‖ 12 flammae] *BV Theod.*, flammas *W*. ‖ expiauit *VW*, expiabunt *Theod.* ‖ intellegat *V*. ‖ sacrosanctis *BV*, sacrasanctis *W*. ‖ 14 sexum] se sexum $B^a$ [?]. ‖ perdidisse $W^b$, perdixisse $W^a$. ‖ 15 prop. prid (*sic B*, propridiae *V*, propriae *W*) maias (maiias *V*, maas $W^a$) romae (*om. V*) in atrio (atrium *W*) mineruae (minere *B*) *libri*, pp. in foro Traiani VIII id. Aug. Valentiniano Aug. IIII et Neoterio cons. *Theod.*

## ⟨TITVLVS VI⟩
## DE INCESTIS NVPTIIS.

6, 1, 1 MOYSES dicit:
Quicumque concubuerit cum muliere uxore patris sui,
pudenda patris sui detexit, mortem moriantur ambo: rei sunt.
2 et quicumque concubuerit cum nuru sua, mortem moriantur
ambo: rei sunt.

6, 2, 1 VLPIANVS libro regularum singulari sub titulo de nuptiis:
Inter parentes et liberos, cuiuscumque gradus sint,
2 conubium non est. inter cognatos autem ex transuerso gradu
olim quidem usque ad quartum gradum matrimonia contrahi
non poterant: nunc autem ex tertio gradu licet uxorem ducere,
sed tantum fratris filiam, non etiam sororis, nec amitam nec
3 materteram, quamuis eodem gradu sint. eam quae nouerca
uel priuigna, uel quae nurus uel socrus fuit, uxorem ducere
4 non possumus. si quis eam quam non licet uxorem duxerit,
incestum matrimonium contrahit: ideoque liberi in potestate
eius non fiunt, sed quasi uulgo concepti spurii sunt.

6, 3, 1 PAVLVS libro sententiarum [secundo] sub titulo de nuptiis:
Inter parentes et liberos iure ciuili matrimonia contrahi
non possunt nec filiam sororis aut neptem uxorem ducere
2 possumus: proneptem aetatis ratio prohibet. adoptiua cognatio

c. 1. *Leuitic.* 20: (11) ἐάν τις κοιμηθῇ μετὰ γυναικὸς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἀσχημοσύνην τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἀπεκάλυψε, θανάτῳ θανατούσθωσαν ἀμφότεροι, ἔνοχοί εἰσι. (12) καὶ ἐάν τις κοιμηθῇ μετὰ νύμφης αὐτοῦ, θανάτῳ θανατούσθωσαν ἀμφότεροι . . . ἔνοχοί εἰσιν.
c. 2 = *Vlpianus reg.* 5, 6. 7.

4 mulierem *BW*. ‖ uxorem *libri*. ‖ 5 pudendam *W*. ‖ patris sui *om. V*. ‖ 6 nutru *V*, nurum *W*. ‖ suam *W*. ‖ moriatur *V*. ‖ 8 ulpianus libro regulari (singulari *VW*) de (*om. W*) nuptiis sub (*om. V*) titulo *BVW*. ‖ 9 liberos] l. infinite *Vlpianus*. ‖ sint] sit *libri, item Vlpiani; fortasse delendum*. ‖ 10 cognatos] cogatur *VW*. ‖ transuersu *V*. ‖ 12 non poterant] competerant *W*. ‖ autem] a. etiam *Vlpianus*. ‖ 13 tantum] tamen *Vlpiani liber*. ‖ filia *libri*. ‖ sororis] s. filiam *Vlpianus*. ‖ nec] aut *Vlp*. ‖ amita *W*. ‖ nec] uel *Vlp*. ‖ 14 mater terram *B*, matertera *VW*. ‖ sit *Vlpianus*. ‖ eam] ea *VW*, eadem *Vlp*. ‖ quae *om. Vlp*. ‖ 15 quae] quem *W*. ‖ uel socrus *om. W*. ‖ fuit] nostra f. *Vlp*. ‖ uxorem *ante* nouerca *Vlpianus*. ‖ 16 ea *W*. ‖ quam *om* $W^a$. ‖ 17 incertum *VW*. ‖ matrimonio *V*. ‖ contrahi *VW*. ‖ liberis *B*. ‖ potestatem *V*. ‖ 18 eius] *Vlpianus*, eis *libri*. ‖ 19 paulus liber (*sic*) sent. de nupt. sub tit. *B*, idem d. n. s. t. *W*, de nuptiis *V*. ‖ 21 *post* possunt *ins*. iure ciuili (*quod supra delet*) nec sororem *Huschke probabiliter*. ‖ filia *V*. ‖ uxorem *om. V*. ‖ 22 possumus] non p. *libri*. ‖ pronept(a)e *BV*. ‖ cognati *W*.

impedit nuptias inter parentes ac liberos omnimodo, inter
6 3, 3 fratres eatenus, quatenus capitis minutio non interuenit. nec socrum nec nurum [nec] priuignam nec nouercam aliquando citra poenam incesti uxorem ducere licet, sicut nec amitam aut materteram. sed qui uel cognatam contra interdictum duxerit, remisso mulieri iuris errore ipse poenam adulterii lege Iulia patitur, non etiam ducta.

6, 4, 1 GREGORIANVS libro quinto sub titulo de nuptiis. Exemplum litterarum Diocletiani et Maximiani impp. talem coniunctionem grauiter punire commemorat:

Exemplum edicti Diocletiani et Maximiani [Augg. et Constantii et Maximiani] nobilissimorum Caesarum. Quoniam piis religiosisque mentibus nostris ea, quae Romanis legibus caste sancteque sunt constituta, uenerabilia maxime uidentur atque aeterna religione seruanda, dissimulare ea, quae a quibusdam in praeteritum nefarie incesteque commissa sunt, non oportere credimus: cum uel cohibenda sunt uel etiam uindicanda, insurgere nos disciplina nostrorum temporum cohortatur. ita enim et ipsos inmortales deos Romano nomini, ut semper fuerunt, fauentes atque placatos futuros esse non dubium est, si cunctos sub imperio nostro agentes piam religiosamque et quietam et castam in omnibus mere colere perspexerimus
2 uitam. in quo id etiam prouidendum quam maxime esse censuimus, ut matrimoniis religiose atque legitime iuxta disciplinam iuris ueteris copulatis tam eorum honestati, qui nupti-

1 hac *BV*, hos *W*. ‖ 2 non *om. V*. ‖ nec socr.] non socr. *W*. ‖ 3 nec *ante* priu. *om. libri*. ‖ 4 incerti *W*, incerte *V*. ‖ 5 matertera *V*. ‖ sed qui uel] sed uel qui *V*, sed uel *B*; qui affinem uel *Huschke*. ‖ 6 remissio *B*. ‖ mulieris iuris errore *B*, mulieris errore *V*, mulieri sorore *W*. ‖ 7 legis iulia *B*, legem iuliam *W*. ‖ ductam *libri*. ‖ 8 quinto *om. B* (*ind.*). ‖ de nupt. sub titulo (-lis *W*) *libri* ‖ 9 dioclitiani *BV*. ‖ imperatoribus *W*. ‖ tali *W*. ‖ 10 puniri *libri*. ‖ commemorant *W*[b], commerant *W*[a]. ‖ 11 ex. edicti diocletiani (dioclitiani *B* [*text.*] *V*, dioclisiani *B ind.*, diodetiani *W*) et maximiani (maximini *V*[a]) nob. caes. *libri*, impp. Diocletianus et Maximianus AA. et Caess. *Iust.* ‖ 12 piis] quis *VW*. ‖ 13 religiosis] relegis his *W*. ‖ 14 sancieque *W*. ‖ contitute (*sic*) *B*. ‖ 15 quibusdum *W*. ‖ 16 incerteque *VW*. ‖ oportere] opponere *W*. ‖ 17 cum] aeum *B*: *exciderunt fortasse post* credimus *talia*: in omnia enim. ‖ 18 nos] non *B*. ‖ disciplinam *W*. ‖ cohortatur] queortatur *W*. ‖ 19 deus *V*. ‖ romanis *W*. ‖ 20 fuerint *libri*. ‖ placatus *B*[a]*W*. ‖ futurus *libri*. ‖ 21 cuncto *V*. ‖ nostro gentes *B*, nostram habentes *W*. ‖ religiosasquae *B*. ‖ et *om. W*. ‖ 22 quietem *BV*. ‖ et *om. V*. ‖ in omnibus] nominibus *W*. ‖ mere] *scripsi*, more *libri*, more maiorum *Cuiacius*. ‖ 23 uitam] uitia *V*. ‖ quo id] quod *B*. ‖ 24 religionem *W*, religione *V*. ‖ atque] que *V*. ‖ 25 ueteris] uestris *V*, uestri *W*. ‖ honestatum *B* (*sic ut uidetur loco euanido*, honestatem *apographum Scaligeri*), honerati *W*, honorati *V*.

arum coniunctionem sectantur, quam etiam his, qui inde deinceps nascentur, seruata religione incipiat esse consultum et honestate nascendi etiam posteritas ipsa purgata sit. id enim pietati nostrae maxime placuit, ut sancta necessitudinum nomina optineant apud affectus suos piam ac religiosam consanguinitati debitam caritatem. nefas enim credere est ea, quae in praeteritum a conpluribus constat esse commissa, cum pecudum ac ferarum promiscuo ritu ad inlicita conubia instinctu execrandae libidinis sine ullo respectu pudoris ac
6, 4, 3 pietatis inruerint. sed quaecumque antehac uel inperitia delinquentium uel pro ignorantia iuris barbaricae inmanitatis ritu ex inlicitis matrimoniis uidentur admissa, quamquam essent seuerissime uindicanda, tamen contemplatione clementiae nostrae ad indulgentiam uolumus pertinere, ita tamen, ut quicumque in ante actum tempus inlicitis incestisque se matrimoniis polluerunt, hactenus adeptos se esse nostram indulgentiam sciant, ut post tam nefaria facinora uitam quidem sibi gratulentur esse concessam, sciant tamen non legitimos se suscepisse liberos, quos tam nefaria coniunctione genuerunt. ita enim fiet, ut de futuro quoque nemo audeat infrenatis cupiditatibus oboedire, cum et sciant ita praecedentes admissores istius modi criminum uenia liberatos, ut liberorum quos inlicite genuerunt successione arceantur, quae iuxta uetustatem Romanis legibus negabatur. et optassemus quidem nec ante quicquam eius modi esse commissum, quod esset

1 coniunctione *BV*. ‖ qui inde deinceps] *scripsi*, qui cum (cum *om. W*) deinceps *libri*. ‖ 2 nascentur seruata religione] *scripsi*, seruata religione (-nem *W*) nascentur (nascetur *B*, nascitur *V*) *libri*. ‖ 3 honerate *W*. ‖ id] ideo *V*ᵃ, ideo *V*ᵇ, ita *W*. ‖ 4 sancta] *Cuiacius*, sanctae *B*, sanctus *W*, suprascripte *V*. ‖ 5 nomine *VW*. ‖ optineamus *V*. ‖ afectos *B*, defectos *V*, effectos *W*. ‖ consanguinitatis *libri*. ‖ 6 ea] duratura ea *similiaue expectamus*. ‖ 7 constant *W*. ‖ 8 promiscuo ritum *V*, promiscui oritur *W*. ‖ 9 instinctu execrandae] *Schulting*, instinctum exercendae (exercere *W*ᵃ) *libri*. ‖ sine] ne *VW*. ‖ respectum *V*. ‖ 10 quicumque *V*. ‖ inperitiam *B*, peritiam *VW*. ‖ 11 ignorantiam *W*. ‖ 12 ritum *B*. ‖ matrimonii si *B*. ‖ admissam *V*, adimissa *W*. ‖ 13 uerissime *V*. ‖ iudicanda *B*. ‖ contemplationem *libri*. ‖ 15 ante *om. V*ᵃ. ‖ incertisque *W*. ‖ se] re *V*, *om. W*. ‖ 16 ademptos *VW*. ‖ essent *W*. ‖ 17 indulgentia sciat *B*. ‖ post tam] post iam *W*, posita *V*. ‖ uita *V*, uti eam *W*. ‖ 18 sibi quidem *V*. ‖ esse c. sc. tamen non legitimos (-mo *V*) *bis W*. ‖ 19 quos] cons *V*. ‖ tam] tamen *W*. ‖ coniunctionem *BV*. ‖ genuerint *W*. ‖ 20 inefrenatis *B*, ineffrenatis *VW*, effrenatis *Huschke*. ‖ 21 obediss(a)e *VW*. ‖ 22 ueniam *BW*, uel *V*. ‖ libertos *V*, liberaris *W*. ‖ 23 quod *B*. ‖ genuerint *VW*. ‖ successionem *W*ᵃ, successionemne *W*ᵇ. ‖ arceantur] *Puteanus*, careatur *B*, caretur *VW*. ‖ 24 et *om. V*. ‖ optaremus *VW*. ‖ 25 negante *B*. ‖ huiusmodi *W*. ‖ esset] esse *libri*.

6, 4, 4 aut clementia remittendum aut legibus corrigendum. sed posthac religionem sanctitatemque in conubiis copulandis uolumus ab unoquoque seruari, ut se ad disciplinam legesque Romanas meminerint pertinere et eas tantum sciant nuptias
5 licitas, quae sunt Romano iure permissae. cum quibus autem personis tam cognatorum quam ex adfinium numero contrahi non liceat matrimonium, hoc edicto nostro conplexi sumus: cum filia nepte pronepte itemque matre auia proauia et ex latere amita ac matertera [sorore] sororis filia et ex ea nepte. itemque ex adfinibus priuigna nouerca socru nuru ceterisque quae antiquo iure prohibentur, a quibus cunctos uolumus abstinere.
6 nihil enim nisi sanctum ac uenerabile nostra iura custodiunt et ita ad tantam magnitudinem Romana maiestas cunctorum numinum fauore peruenit, quoniam omnes leges suas religione
7 sapienti pudorisque obseruatione deuinxit. quare hoc edicto nostro uolumus omnibus palam fieri, quod praeteritorum uenia, quae per clementiam nostram contra disciplinam uidetur indulta, ad ea tantum delicta pertineat, quae in diem III kal. Ian.
8 Tusco et Anullino cons. uidentur esse commissa. si qua autem contra Romani nominis decus sanctitatemque legum post supra dictum diem deprehendentur admissa, digna seueritate plectentur. nec enim ullam in tam nefario scelere quisquam aestimet ueniam se consequi posse, qui tam euidenti

c. 4, 5 = *Cod. Iust.* 5, 4, 17 *mutato principio sic:* Nemini liceat contrahere matrimonium cum filia — abstinere.

1 clementiam *VW*. ‖ corrigendum] succurrendum *W*. ‖ sed] *scripsi*, sed et *libri*. ‖ 2 post hanc *libri*. ‖ religione scitatemque *V*. ‖ conubiis] quo nobis *VW*. ‖ copulandi *V*. ‖ 3 se] rem *V*. ‖ 6 numerum *W*. ‖ 7 matrimonio *V*[b], matromonio *V*[a]. ‖ edicti *W*. ‖ 8 proneptemque *B*, proneptite itemque *W*. ‖ mater *V*. ‖ prohabiae *B*. ‖ 9 sorore] *Iust.*, *om. libri*. ‖ *post* nepte *ins.* praeterea fratris filia et ex ea nepte *Iust.* ‖ 10 ex] et *V*. ‖ socrus nurus (norus *B*) *BV*, socrus nurus nurum *W*, nuru socru *Iust.* ‖ ceterisque quae] ceteras *W*. ‖ 11 iure antiquo *Iust.* ‖ uolumus] se uolumus *Iust.* ‖ 12 sanctum] *Puteanus*, nanctum *VW*, hanc tantum *B*. ‖ uenerabile] *B*[a], uenerabiles *B*[b]*VW*. ‖ 13 romana maiestas] romanam gesta *B*. ‖ 14 numinum] *Puteanus*, nominum *VW*, non mirum *B*. ‖ sua *B*. ‖ religiones *V*, *om. W*. ‖ 15 pudorisqui obseruationem *W*. ‖ 16 praedicto *W*. ‖ uenia quae] uenia *B*, ueniam *W*. ‖ 17 iudulta *W*. ‖ 18 que in diem tertio kł. ianuariarum tusco et anulino (anulio *B*[a]) conss. uid. esse commissa (-sam *B*) *BW*, *om. V*. ‖ 19 qua] quis *W*. ‖ 20 numinis *B*, nomine *V*. ‖ sanctitateque *B*. ‖ 21 deprehenduntur *libri*. ‖ amissa *W*. ‖ seueritatem *B*, re ueritatem *VW*. ‖ 22 flectentur neque *W*. ‖ nullam *VW*, nullum *B*. ‖ nephariae *W*. ‖ quicquam *W*. ‖ 23 se] re *W*. ‖ tam euidenti crimen *B*, in tam euidenti (euidentur *W*) crimen *VW*

crimini et post edictum nostrum non dubitabit inruere. Dat.
a. 295 kal. Mai. Damasco Tusco et Anullino cons.

6, 5, 1 HERMOGENIANVS sub titulo de nuptis:

Impp. Diocletianus et Maximianus Augg. Fl. Flauiano. His, qui incestas nuptias per errorem contrahunt, ne poenis subiciantur, ita demum clementia principum subuenit, si postea quam errorem suum rescierint, ilico nefarias nuptias
a. 291 diremerint. Prop. id. Mart. [Tiberiano] et Dione cons.

6, 6, 1 Hanc quoque constitutionem Gregorianus titulo de nuptiis inseruit, quae est tricesima et secunda, aliis tamen et die [et cons.], id est: constitutio prop. V id. Iun.
a. 287 Diocletiano ter et Maximiano Augustis.

PAPINIANVS libro singulari de adulteris:

Qui sororis filiam uxorem duxerat per errorem, antequam praeueniretur a delatore, diremit coitum: quaero an adhuc possit accusari? respondit: ei qui coitu sororis filiae bona fide abstinuit, poenam remitti palam est, quia qui errore cognito diremit coitum, creditur eius uoluntatis fuisse, ut, si scisset se in eo necessitudinis gradu positum, non fuisset tale matrimonium copulaturus.

6, 7, 1 Idem dicitur in eos, qui incestas nuptias contraxerunt. maledicti tamen sunt omnes incesti per legem, cum adhuc rudibus populis ex diuino nutu condita isdem adstipulantibus sanciretur. et utique omnes maledicti puniti sunt, quos diuina et humana sententia consona uoce damnauit. lex diuina sic dicit:

Maledictus, inquit, dixit MOYSES, qui concubuerit cum

c. 7. *Deuteronom.* 27: (20) *ἐπικατάρατος ὁ κοιμώμενος μετὰ γυναικὸς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ . . . καὶ ἐροῦσι πᾶς ὁ λαός· γένοιτο.*

---

1 dubitauit *VW*. ‖ infuere *B*. ‖ 2 maias *B*, magias *V*, madias *W*. damasco tusco et anolino consł. *B*, damasco et tusco *V*, *om.* *W*, *deest in libris cod. Iust.* ‖ 3 herm. sub titulo de nuptis] *B*, de nuptiis *V*, *om.* *W*. ‖ 4 imperatoribus *W*. ‖ dioclitianus *B*, diodetiani *W*. ‖ maximiani *W*. ‖ agg *B*, augustos *W*. ‖ fl. *om.* *VW*. ‖ 5 his *om.* *W*. ‖ incertas *VW*. ‖ 6 clementiam *VW*. ‖ 7 quam] cum *W*. ‖ rescirent *W*[a]. ‖ ilico] illi quoque *W*. ‖ 8 prop. *ad u.* 13 singulari *om.* *VW*. ‖ tiberiano *om.* *B*. ‖ diogene *B*. ‖ 11 et cons. *om.* *B*. ‖ 12 dioclitiano *B*. ‖ 13 de adulteris (adulterii *B ind.*) *BV*, idem *W*. ‖ 14 qui] que *B*. ‖ filia *V*. ‖ uxorem duxerat per errorem (ererorem *B*)] per err. ux. duxerit *W*. ‖ 15 perueniretur *B*. ‖ a delatorem *V*, ahelatiorem *W*. ‖ dirimit cohitum *B*, dirimet choitum *W*, dirimitum *V*. ‖ 16 ℞ *W*. ‖ ei] et *libri.* ‖ coitu] *scripsi*, coniunctae *libri.* ‖ 18 errorem *libri.* ‖ dirimit *W*. ‖ coitu *V*. ‖ creditor *V*. ‖ uoluptatis *V*. ‖ 19 grado *B*, gradum *W*. ‖ 20 talem *libri.* ‖ 21 dicitur in eos qui] *BW*, de his *V*. ‖ incertas *VW*. ‖ 22 incestis *B*, incerti *VW*. ‖ lege *B*. ‖ 23 noto *B*[b], notu *B*[a]. ‖ hisdem *VW*. ‖ 24 abstipulantibus *libri.*

6, 7, 2 uxore patris sui: et dicit omnis populus: fiat, fiat. maledictus,
qui concubuerit cum sorore sua de patre aut de matre: et
3 dicit omnis populus: fiat, fiat. maledictus, qui concubuerit
4 cum nuru sua: et dicit omnis populus: fiat, fiat. maledictus,
qui concubuerit cum socru sua: et dicit omnis populus: fiat,
5 fiat. maledictus, qui concubuerit cum sorore patris sui: et
6 dicit omnis populus: fiat, fiat. maledictus, qui concubuerit
cum sorore matris suae: et dicit omnis populus: fiat, fiat.
7 maledictus, qui concubuerit cum sorore uxoris suae: et dicit
8 omnis populus: fiat, fiat. maledictus, qui dormierit cum uxore
9 fratris sui: et dicit omnis populus: fiat, fiat. maledictus, qui
dormierit cum omni pecore: et dicit omnis populus: fiat, fiat.

## ⟨TITVLVS VII⟩

## DE FVRIBVS ET DE POENA EORVM.

7, 1, 1 Quod si duodecim tabularum nocturnum furem [quoquo modo, diurnum] autem si se audeat telo defendere, interfici iubent, scitote, iuris consulti, quia Moyses prius hoc statuit, sicut lectio manifestat. MOYSES dicit:

c. 7, 2—3. *Deuteronom.* 27: (22) *ἐπικατάρατος ὁ κοιμώμενος μετὰ ἀδελφῆς ἐκ πατρὸς ἢ μητρὸς αὐτοῦ· καὶ ἐροῦσι πᾶς ὁ λαός· γένοιτο.* (23) *ἐπικατάρατος ὁ κοιμώμενος μετὰ νύμφης αὐτοῦ· καὶ ἐροῦσι πᾶς ὁ λαὸς· γένοιτο.*]

c. 7, 4. *cf. Leuiticus* 18, 17: *ἀσχημοσύνην γυναικὸς καὶ θυγατρὸς αὐτῆς οὐκ ἀποκαλύψεις. 'In commate Deut.* 27, 23 *quod praecedit cum uocabulum Hebraicuum significationis ambiguae uersionis Graecae codices alii reddant νύμφης, alii πενθερᾶς, interpres potest utrumque posuisse; cf. ad tit.* 13.' *Wellhausen.*

c. 7, 5—6. *cf. Leuiticus* 18, 12. 13: *ἀσχημοσύνην ἀδελφῆς πατρός σου οὐκ ἀποκαλύψεις . . . ἀσχημοσύνην ἀδελφῆς μητρός σου οὐκ ἀποκαλύψεις.*

c. 7, 7. *Deuteronom.* 27, 23: *ἐπικατάρατος ὁ κοιμώμενος μετὰ τῆς ἀδελφῆς τῆς γυναικὸς αὐτυῦ· καὶ ἐροῦσι πᾶς ὁ λαός· γένοιτο.*

c. 7, 8. *cf. Leuiticus* 18, 16: *ἀσχημοσύνην γυναικὸς ἀδελφοῦ σου οὐκ ἀποκαλύψεις.*

c. 7, 9. *Deuteronom.* 27, 21: *ἐπικατάρατος ὁ κοιμώμενος μετὰ παντὸς κτήνους· καὶ ἐροῦσι πᾶς ὁ λαός· γένοιτο (omittit hoc comma Hieronymus).*

*tit.* 7. c. 1 = *Exod.* 22, 2. 3: *ἐὰν δὲ ἐν τῷ διορύγματι εὑρεθῇ ὁ*

1 uxorem *BW*. ‖ patri *B*. ‖ 2 sorore *ad* 3 concubuerit cum *om. W*. ‖ 3 dicet *V*. ‖ 4 nura *B*. ‖ dicet *V*. ‖ 5 socrus *B*. ‖ dicet *V*. ‖ 6 sororem *W*. ‖ 7 dicet *V*. ‖ 8 sororem *W*. ‖ 9 concubuerit] dormierit *VW*. ‖ dicet *V*. ‖ sorore uxoris] sororem (uxorem *W*[a]) sororis *W*. ‖ dicet *V*. ‖ 10 uxorem *W*. ‖ 12 omne *B*. ‖ pecude *W*. ‖ dicet *V*. ‖ 15 quoquo modo diurnum *om. libri.* ‖ 16 autem si se audeat] *Schulting aliique*, autem si se aut *B*, aut ensis (tensis *V*) se aut *VW*. ‖ tello *B*. ‖ defenderis *V*, defenderit *W*. ‖ 17 sitote *W*. ‖ consultum *W*. ‖ 18 sicut] si cui *BW*. ‖ manifestas *W*.

7, 1, 1 Si perfodiens nocte parietem inuentus fuerit fur et percusserit eum alius et mortuus fuerit hic, non est homicida is
2 qui percusserit eum. si autem sol ortus fuerit super eum, reus est mortis percussor: et ipse morietur.

7, 2, 1 PAVLVS libro sententiarum V ad legem Corneliam de sicaris et ueneficis:

Si quis furem nocturnum uel diurnum cum se telo defenderet occiderit, hac quidem lege non tenetur, sed melius fecerit, qui eum conprehensum transmittendum ad praesidem magistratibus optulerit.

7, 3, 1 VLPIANVS libro VIII ad edictum sub titulo si quadrupes pauperiem dederit:

Iniuria occisum esse merito adicitur: non enim sufficit occisum, sed oportet iniuria id esse factum. proinde si quis seruum latronem occiderit, lege Aquilia non tenetur, quia
2 [iniuria] non occidit. sed et quemcumque alium ferro se petentem qui occiderit, non uidebitur iniuria occidisse. proinde si furem nocturnum, quem lex duodecim tabularum omnimodo permittit occidere, aut diurnum, quem aeque lex permittit, sed ita demum, si se telo defendat, uideamus, an lege Aquilia teneatur. et Pomponius dubitat, num haec lex non
3 sit in usu. et si quis noctu furem occiderit, non dubitamus, quin lege Aquilia [non] teneatur: sin autem, cum posset adprehendere, maluit occidere, magis est, ut iniuria fecisse

*κλέπτης καὶ πληγεὶς ἀποθάνῃ, οὐκ ἔστιν αὐτῷ φόνος· ἐὰν δὲ ἀνατείλῃ ὁ ἥλιος ἐπ' αὐτῷ, ἔνοχός ἐστιν, ἀνταποθανεῖται.*

c. 3, 1 *ad* factum = *Dig.* 9, 2, 3.
c. 3, 2 *ad* occidisse = *Dig.* 9, 2, 5 *pr.*
c. 3, 3 = *Dig.* 9, 2, 5 *pr.*

---

1 noctem *V.* ‖ fur et (furem *B*, fur *W*) p. e. a. et m. fuerit *om. V.* ‖ 2 hic] hi *BW.* ‖ 3 fuerit *om. B.* ‖ 4 morti *V.* ‖ moriatur *V.* ‖ 5 paulus] idem *V*a. ‖ libro (liber *B ind.*) s. u ad (a *W*) l. c. d. s. et ueneficis (beneficis *BW*) *om. V.* ‖ 7 cum] con *W.* ‖ defendere *libri.* ‖ 8 occiderit] o. eum *V.* ‖ legem *W.* ‖ 9 qui] si *VW.* ‖ 11 u. l. uiii (*sic uel* octauo *B text. et ind. et W*, octauo decimo *Dig. recte*) ad ed. s. titulo (tituli *W*)] *BW*, idem *V.* ‖ quadrupedem *W.* ‖ 13 iniuriam *libri.* ‖ adigitum *V*, adigito *W.* ‖ 14 iniuriam *libri.* ‖ id esse] adesse *W.* ‖ 16 iniuria *om. libri.* ‖ quicumque *BW*, quocumque *V*, si quemcumque *Dig.* ‖ alio *W.* ‖ 17 quis *Dig.* ‖ iniuriam *VW.* ‖ occisisse *libri.* ‖ 19 aeaque (*sic B*, eaquae *W*, ea quem *V*, aeque *Cuiacius*) lex permittit (permitti *V*) sed ita lex demum *libri: fortasse scr.* necare permittit, sed ita demum lex. ‖ 20 defendatur *B.* ‖ an] a $W^1$, si a $W^2$. ‖ legem *B.* ‖ 21 et pomponius dubitat (deuitat *V*) num (nunc *BV*) haec l. n. s. in usu] idem *W.* ‖ 22 et si] si *W*, idem si *V.* ‖ quis noctu] metu quis mortis *Dig.* ‖ fuerem $W^1$. ‖ dubitabitur *Dig.* ‖ 23 quin] qui in *libri.* ‖ legem Aquiliam *W.* ‖ non] *Dig.*, *om. libri.* ‖ teneatur] t. uideamus $W^2$. ‖ 24 iniuriam *W.*

7, 3, 4 uideatur: ergo etiam lege Cornelia tenebitur. iniuriam autem accipere hic nos oportet non, quemadmodum et circa iniuriarum actionem, contumeliam quandam, sed quod non iure factum est, hoc est contra ius, id est si culpa quis occiderit. et reliqua.

7, 4, 1 VLPIANVS libro octauo de officio proconsulis sub titulo de furibus:

Fures ad forum remittendi sunt diurni, nocturnique extra ordinem audiendi et causa cognita puniendi, dummodo in poena eorum sciamus operis publici temporari modum non
2 egrediendum. idem et in balneariis furibus. sed si se telo fures defendunt uel effractores uel ceteri his similes nec quemquam percusserunt, metalli poena humiliores, honestiores uero relegatione adficiendi erunt.

7, 5 PAVLVS libro sententiarum II sub titulo de furibus:

1. 2 Furti quocumque genere damnatus famosus efficitur. fur
3 est qui rem alienam contrectat. furtorum genera sunt quattuor, manifesti, nec manifesti, concepti et oblati. manifestus fur est, qui in faciendo deprehensus est, et qui intra terminos eius loci, unde furatus est, conprehensus est, uel antequam ad eum locum, quo destinauerat, peruenerit. nec manifestus

c. 3, 4 = *Dig.* 9, 2, 5, 1.
c. 4 = *Dig.* 47, 17, 1 *breuiatum.*
c. 5, 1 = *Paulus* 2, 31, 15.
c. 5, 2—6 = *Paulus* 2, 31, 1—5.

1 etiam] et *Dig.* ‖ lege (*om. Dig.*) cornelia] legem corneliam *W.* ‖ 2 hic accipere *Dig.* ‖ oporteat *W.* ‖ non *om. V.* ‖ et *om. Dig. recte.* ‖ iniuriam *libri.* ‖ 3 quod *om. V.* ‖ 4 factum est] factum *BW.* ‖ contrarius *B.* ‖ culpam *W.* ‖ 6 ulpianus ..... titulo de furibus] idem de furtibus *V*, idem *W.* ‖ 8 forum] *Pithoeus*, furtum *B*, furem *VW.* ‖ nocturnique] coctorniquae *B*, quodturniquem *W*, et nocturni qui *V*, nocturni (*omissis praecedentibus*) *Dig. recte.* ‖ 9 ordine *V.* ‖ dummodo in] *Dig.*, dum modum *VW*, dum *B.* ‖ 10 sciamus *post* dummodo *Dig.* ‖ publicis *VW.* ‖ temporarii *Dig.*, temporarium *BV*, temporalium *W.* ‖ non egrediendum] monendum *W.* ‖ 11 idem (ideo *B text. et ind.*) et in .... *u.* 14 adficiendi erunt *post* 164, 7 inuenta est *V.* ‖ balneariis *B* (*text.*), balneriis *B* (*ind.*), ualneariis *V*, balnearibus *W.* ‖ sed] et *V.* ‖ se telo] telo *VW*, telo se *Dig.* ‖ 12 uel effractores uel factores res uel *V.* ‖ ceteri his similes] *Dig.*, ceteris miles *BV*, ceteri similes *W.* ‖ 13 p(o)enas *libri.* ‖ humiliores hon. uero relegatione (-nem *W*)] uel hon. relegationis *Dig.* ‖ 14 efficiendi *W.* ‖ 15 paulus liber sententiarum ii (*sic ind., om. text.*) s. t. d. furibus *B*, idem de furibus *V*, idem *W.* ‖ 16 condemnatus *Paulus.* ‖ 17 qui] qui dolo malo *Paulus.* ‖ contractat *Va*, contraectat *W.* ‖ 19 qui *om. B.* ‖ infra *V.* ‖ terminus *Ba*, terminis *W.* ‖ 20 furatus est] fur est *W*, quid (quis *boni libri*) sustulerat *Paul.* ‖ deprehensus *Paulus.* ‖ 21 locum quo (quem *V*, *om. B*) dest. peruenerit (perueniret *Paulus*) nec manifestus (-festatus *B*) est fur (fur est *Paulus*) *om. W.*

est fur, qui in rapiendo quidem conprehensus non est, sed
7, 5, 4 eum fecisse negari non potest. concepti actione tenetur, apud
quem furtum est inuentum. oblati actione is tenetur, qui
5 rem furtiuam ali optulit, ne apud se inueniretur. furti actione
6 is agere potest, cuius interest rem non perisse. conceptiua
autem agere potest, qui rem concepit et inuenit. oblati agere
potest, penes quem res concepta inuenta est.

## ⟨TITVLVS VIII⟩
## DE FALSO TESTIMONIO.

8, 1, 1 MOYSES dicit:
Si steterit testis iniustus aduersus hominem accusandum
2 accusans eum impietatis, stabunt duo homines, quibus est
inuicem contentio, ante deum et ante sacerdotes et ante
3 iudices, quicumque fuerint in illis diebus. cum inquisierint
iudices diligenter et inuentus fuerit testis iniustus testificans
4 iniusta, insurgentes aduersus eum facietis ei, sicut uoluit
5 malefacere et delebitis malum de medio uestrum: et ceteri
audientes timebunt nec audebunt haec mala facere inter uos.
8, 2, 1 PAVLVS libro singulari de poenis omnium legum sub titulo ad legem Iuliam de adulteris:
Qui falsum testimonium dixerit, proinde tenebitur, ac si lege Cornelia testamentaria damnatus esset.

c. 1. *Deuteron.* 19: (16) *ἐὰν δὲ καταστῇ μάρτυς ἄδικος κατὰ ἀνθρώπου καταλέγων αὐτοῦ ἀσεβείαν,* (17) *καὶ στήσονται οἱ δύο ἄνθρωποι οἷς ἐστὶν αὐτοῖς ἡ ἀντιλογία ἔναντι κυρίου καὶ ἔναντι τῶν ἱερέων καὶ ἔναντι τῶν κριτῶν οἳ ἂν ὦσιν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις,* (18) *καὶ ἐξετάσωσιν οἱ κριταὶ ἀκριβῶς, καὶ ἰδοὺ μάρτυς ἄδικος, ἐμαρτύρησεν ἄδικα, ἀντέστη κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ,* (19) *καὶ ποιήσετε αὐτῷ ὃν τρόπον ἐπονηρεύσατο ποιῆσαι κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐξαρεῖς τὸ πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν·* (20) *καὶ οἱ ἐπίλοιποι ἀκούσαντες φοβηθήσονται καὶ οὐ προσθήσουσιν ἔτι ποιῆσαι κατὰ τὸ ῥῆμα τὸ πονηρὸν τοῦτο ἐν ὑμῖν.*

---

1 in] intra *B.* ‖ rapiendo] faciendo *Paulus.* ‖ deprehensus *Paulus.* ‖ 2 fecisse] furtum f. *Paulus.* ‖ tenetur] is t. *Paulus.* ‖ *post* tenetur *ins.* quidem furtiuam *W*[a]. ‖ 3 est inuentum] quaesitum et inu. est *Paulus.* ‖ is] his *BV*[b], *om.* *V*[a]*W.* ‖ qui rem] quidem *W.* ‖ 4 mali *VW.* ‖ obtuli *W.* ‖ se inueniretur] rem inuenitur *W.* ‖ accionem his *BV*, actionem ira *W.* ‖ 5 perisse] perdidisse *Paulus recte.* ‖ conceptiua autem] concepti is *Paulus.* ‖ 6 qui r. c. et i. oblati (oblatae *B*) a. potest *om.* *VW.* ‖ agere] is agere *Paulus.* ‖ 7 concepta *VW*, concepta et *Paulus*, concepti *B*, concepta id est *Pithoeus.* ‖ 11 testes *B.* ‖ 13 contemptio *B.* ‖ 16 ei *om.* *W.* ‖ 17 deletis *BV*, delebit *W.* ‖ medium *B.* ‖ ceteris *V.* ‖ 19 paulus libro (liber *B*) sing.] idem *W*, *om.* *V.* ‖ tituli *W.* ‖ 20 lege *B.* ‖ 21 dixerint *B.* ‖ ac] haec *W.* ‖ 22 esse *VW.*

8, 3, 1 PAVLVS libro sententiarum quinto sub titulo de testibus et de quaestionibus:

Hi, qui falso uel uarie testimonia dixerunt uel utrique parti prodiderunt, aut in exilium aguntur aut in insulam relegantur aut curia submouentur.

8, 4, 1 IDEM libro [sententiarum quinto sub titulo] ad legem Corneliam de sicaris et ueneficis:

Lex Cornelia poenam deportationis infligit ei qui hominem occiderit eiusque rei causa furtiue faciendi cum telo fuerit, et qui uenenum hominis necandi causa habuerit uendiderit parauerit, falsumue testimonium dixerit quo quis periret,
2 mortisue causam praestiterit. quae omnia facinora in honestiores poena capitis uindicari placuit: humiliores uero aut in crucem tolluntur aut bestiis subiciuntur.

8, 5, 1 PAVLVS libro sententiarum quinto sub titulo ad legem Corneliam testamentariam:

Qui ob falsum testimonium perhibendum pecuniam acceperit dederit, iudicemue ut sententiam ferat uel non ferat corruperit corrumpendumue curauerit, humiliores capite puniuntur, honestiores publicatis bonis cum ipso iudice in insulam deportantur.

8, 6, 1 IDEM eodem libro et titulo:

Falsum est quidquid in ueritate non est, sed pro uero adseueratur.

c. 3 = *Paulus* 5, 15, 5 *et Dig.* 22, 5, 16.
c. 4 = *Paulus* 5, 23, 1 *et supra* 1, 2.
c. 5 = *Paulus* 5, 25, 2.
c. 6 *hinc rest. Paulus* 5, 25, 3.

1 paulus libro (liber *B*) sent. q. sub titulo] idem *W*, *om. V.* || et de quaest. *om. Paulus.* || 3 hi *om. Paulus et Dig.* || falso uel uarie] *Paulus*, falsum uel aliqua *libri.* || dixerint *W*, dixerit *V.* || utriusue *B.* || 4 prodiderint *W.* || aut in exilium . . . submouentur] a iudicibus competenter puniuntur *Dig.* || exilio *VW.* || arguntur *W.* || insula *W.* || 5 submouetur *libri.* || 6 idem libro (liber *B ind.*, librum *V*) ad legem (lege *B ind.*) corneliam (cornelia *B ind. V*) de s. et beneficis (-ciis *V*) *libri.* || 8 cornelia] corporalia *B.* || poena *W.* || infigit *BV.* || 9 eiusue *Paulus recte.* || furtique *B.* || 10 uendiderit] et u. *W.* || 11 falsumue] falsum *VW.* || quo] quod *W.* || 12 mortisue] mortis suae *BV.* || 13 poenam *VW.* || uindicare *libri.* || 14 cruce *V.* || obiciuntur *Paulus.* || 15 paulus libro (liber *B*) sent. u (quinque *W*) s. t. ad (a *B ind.*) legem (lege *B ind.*) c. testamentariam (-ria *B*)] *BW*, paulus $V^b$, idem $V^a$. || 17 qui] *Paulus*, his qui *W*, hi qui *V*, hii qui *B.* || *post* perhibendum *ins.* uel uerum non perhibendum *Paulus.* || pecunia *V.* || 18 ue ut] uelut *V.* || 19 corruperat *V.* || capte *B.* || 20 ipso iudicem *B*, ipsum iudicem *W.* || 21 deportantur] *Paulus*, deponantur *libri.* || 23 falsus *B* (*ind.*) || ueritatem *V.* || 24 uerum *B.*

8,7,1 VLPIANVS libro octauo [de officio proconsulis] sub titulo de poena legis Corneliae testamentariae:
Praeterea factum est senatusconsultum Statilio et Tauro consulibus, quo poena legis Corneliae inrogatur ei, qui quid aliud quam testamentum sciens [dolo malo falsum] signauerit signariue curauerit, item qui ad falsas testationes faciendas testamentaue falsa inuicem dicenda aut consignanda dolo malo coierint, Licinio V et Tauro conss. item qui ob instruendam
2 aduocationem testimoniaue pecuniam acceperit pactusue fuerit societatem[ue] coierit aut aliquam de ea [re pac]tionem interposuerit, item si quis coierit ad occisionem innocentium senatus consulto quod Cotta et Messalla factum est coercetur. sed et si quis ob denuntiandum uel non denuntiandum
3 remittendumue testimonium pecuniam acceperit, senatus consulto quod duobus Geminis conss. factum est poena legis Corneliae adficitur. et reliqua.

c. 7, 1. poena — coierint = *Dig*. 48, 10, 9, 3.

1 ulpianus sub titulo (u. s. t. *om*. *W*) de p. l. c. testamentariae (-ria *B*) libro (libri *W*) uiii *BW*, idem *V*. ‖ 3 senatum consultum *W*. ‖ statilio (statiro *W*) et tauro *libri*: Statilio Tauro et Scribonio Libone cos. *Pithoeus*. ‖ 4 quod poenam *W*. ‖ quidquid *BV*, quicquid *W*. ‖ 5 quas *W*. ‖ testamentum] in testamento *Dig*. ‖ dolo malo falsum] *Dig*., *om*. *libri*. ‖ 6 signariue] signaueriuae *B*, uel *V*, ue *W*. ‖ item (idem *B ind*.) qui ad (*scripsi*, quod *BV*, qui *Dig*.) f. t. f. testamentaue (testamenta uel *BV*, testimoniaue *Dig*.) f. i. d. aut cons. (aut cons. *om*. *Dig*.) dolo malo coierint (*sic Dig*., curauerit *BV*) *BV*, *om*. *W*. ‖ 8 licinio u et tauro conss.] *B*, *om*. *VW*: *intellegi uidetur a*. 44 *consulibus Vinicio II et Tauro*. ‖ instruendam] *Pithoeus collatis locis Dig*. 48, 10, 1, 1 *et* 48, 10, 20, struendam *libri*. ‖ idem *W*. ‖ 9 testimonia uel *V*. ‖ pecunia *libri*. ‖ pactusue] pactus sui *W*. ‖ 10 societatemue] *scripsi*, societatem *libri*. ‖ aliqua *V*. ‖ de ea re pactionem] *scripsi*, delationem *libri*: *cf*. *Dig*. 48, 10, 20: falsi poena coercentur et qui ad litem instruendam aduocatione testibusue pecuniam acceperunt, obligationem pactionemue fecerunt, societatem inierunt. ‖ 11 item] idem *VW*. ‖ ad occisionem] ab occisione *B* (*ind*.), ad accusationem *Pithoeus recte collato loco Dig*. 47, 13, 2. ‖ 12 consulto quod] consultus *W*. ‖ cocta *BW*, *om*. *V*. ‖ messella *B*, mesalla *V*, metalla *W*. ‖ coss. *post* messalla *ins*. *edd*. ‖ coercetur] cohercentur *B*, cohercendum *V*, cohereentur *W*. ‖ 13 denuntiandum uel non denuntiandum] *Cuiacius* (*cf*. *Dig*. 47, 13, 2. 48, 10, 1, 2), uenundandum uel denudandum non (uel den. non *om*. $V^a$) *libri*. ‖ 14 remittendumue] remittendum uel $V^b$, uel $V^a$. ‖ consultus *W*. ‖ 15 est] sit *libri*. ‖ paenam *V*.

## ⟨TITVLVS VIIII⟩
## DE FAMILIARIS TESTIMONIO NON ADMITTENDO.

9, 1, 1 Item MOYSES:

Falsum testimonium non dabis aduersus proximum tuum.

9, 2, 1 VLPIANVS libro VIIII de officio proconsulis [sub titulo] ad legem Iuliam de ui publica et priuata:

Eadem lege quibusdam testimonium omnino, quibusdam interdicitur inuitis capite octogesimo septimo et capite octo-
2 gesimo octauo. [capite octogesimo octauo] in haec uerba his hominibus: 'Hac lege in reum testimonium dicere ne liceto, 'qui se ab eo parenteue eius libertoue cuius eorum libertiue 'libertaue liberauerit, quiue inpubes erit, quiue [iudicio publico 'damnatus est, qui] eorum in integrum restitutus non est, quiue 'in uinculis custodiaque publica erit, quiue depugnandi causa 'auctoratus erit, quiue ad bestias depugnare se locauit locauerit, 'praeterquam qui iaculandi causa ad urbem missus est erit, pa- 'lamue corpore quaestum faciet feceritue, quiue ob testimonium 'dicendum pecuniam accepisse iudicatus erit'. nec uo[lens]

c. 1. *Exod.* 20, 16: οὐ ψευδομαρτυρήσεις κατὰ τοῦ πλησίον σοῦ μαρτυρίαν ψευδῆ.

c. 2, 2. *idem caput legis Iuliae affert Callistratus Dig.* 22, 5, 3, 5 *omissis his:* 11 libertoue — 12 libertaue *et* 14 quiue d. c. a. erit *et* 16 praeterquam ... missus est erit.

3 idem *VW.* ‖ moyses] m. dicit *V.* ‖ aduersum *W.* ‖ 5 ulp. l. uiiii *om. VW: requiri* l. uiii *uidit Cuiacius* (*cf. Lenel paling. Vlp. fr.* 2203). ‖ ‖ sub titulo *om. libri.* ‖ ad *om. W.* ‖ 7 legem *libri.* ‖ testimonium] in t. *W.* ‖ 8 capitulo *V.* ‖ octogesimi *W.* ‖ septimo] et uii *B*, et uiimi *W.* ‖ capitulo *V.* ‖ octogesimi octaui *W.* ‖ 9 c. o. octauo *addidit Lachmann.* ‖ his] his uerbis *libri*: his uero *Lachmann.* ‖ 10 hac] in hac *libri.* ‖ ne licito *B*, nec licito *VW.* ‖ 11 parentemu(a)e *libri.* ‖ liberto uel *V*, liberta uel *W.* ‖ libertiue libertaue liberauerit] *scripsi* (libertaue *inserit Huschke*), libertus libertauerit *libri*: *fortasse praeterea post* liberti *ins.* cuius eorum. ‖ 12 quiue] qui uel *V*, quibus *W.* ‖ inpuber erit *BW*, inpuuere erit *V*, impuberes erunt *Dig.* ‖ iudicio publ. d. erit qui] *Dig.*, *om. libri.* ‖ 13 in int. eorum *V.* ‖ est] erit *Dig.* ‖ qui uel *V.* ‖ 14 custodiaqu(a)e *BV*, custodiamque *W*, custodiaue *Dig. recte.* ‖ publicauerit *W.* ‖ qui uel *V.* ‖ depugnandia *W.* ‖ 15 dictoratus *Wa.* ‖ qui uel *V.* ‖ ad] a *V*, *om. B.* ‖ pepugnare] ut depugnaret *Dig.* ‖ se *om. BW.* ‖ locauit *om. W Dig.* ‖ lacauerit praeterquem *Wa.* ‖ 16 quiaculandi *B.* ‖ causam *W.* ‖ urbe *V.* ‖ est erit] steterit *VW.* ‖ palamue] palam uel *V*, quaeue palam *Dig.* ‖ 17 corporem *B*, corpus *W*, *om. Dig.* ‖ feceritue] fecerit *B.* ‖ qui uel *V.* ‖ ob *om. W.* ‖ 18 *post* dicendum *ins.* uel non dicendum *Dig.* ‖ iudicatus] i. uel conuictus *Dig.* ‖ nec uolens quis e. h. l. i. r. t. dicit] *scripsi*, neue (*B*, neque *VW*) q. e. h. lege (legem *B*) in reum (in hoc *W*) test. dicat *libri.*

9, 2, 3 quis eorum hac lege in reum testimonium dicit. capite octogesimo septimo his: 'inuiti in reum testimonium ne dicunto 'qui sobrinus est ei reo propioreue cognatione coniunctus, 'quiue socer gener uitricus priuignusue eius erit'. et reliqua.

9, 3, 1 PAVLVS libro sententiarum [V] sub titulo de testibus et quaestionibus:

Suspectos testes et eos uel maxime, quos accusator de domo eduxit uel uitae humilitas infamauerit, interrogari non placuit: in testibus enim et uitae qualitas spectari debet
2 et dignitas. in adfinem uel cognatum inuiti testes interrogari
3 non possunt. aduersus se inuicem parentes et liberi itemque [patroni et] liberti nec uolentes ad testimonium admittendi sunt, quia rei uerae testimonium necessitudo personarum plerumque corrumpit.

## ⟨TITVLVS X⟩
## DE DEPOSITO.

10, 1, 1 MOYSES dicit:

Si aliquis dabit proximo suo argentum aut uas seruare et furatum fuerit de domo hominis, si inuenitur qui furatus est, reddet duplum. quod si non fuerit inuentus fur, accedet

c. 2, 3. *idem caput legis Iuliae affert Paulus Dig.* 22, 5, 4.
c. 3 = *Paulus* 5, 15, 1—3.
c. 1. *Exod.* 22: (7) *ἐὰν δέ τις δῷ τῷ πλησίον ἀργύριον ἢ σκεύη φυλάξαι καὶ κλαπῇ ἐκ τῆς οἰκίας τοῦ ἀνθρώπου, ἐὰν εὑρεθῇ ὁ κλέψας, ἀποτίσει τὸ διπλοῦν·* (8) *ἐὰν δὲ μὴ εὑρεθῇ ὁ κλέψας, προσελεύσεται ὁ κύριος τῆς οἰκίας ἐνώπιον τοῦ θεοῦ καὶ ὀμεῖται ἦ μὴν μὴ αὐτὸν πεπονηρεῦσθαι ἐφ' ὅλης τῆς παρακαταθήκης τοῦ πλησίον.*

1 octogesimo septimo (-simi uii *W*) his (hi *W*) homines inuiti in r. testimonium] *BW*, octoginta septimonium *V*: homines *deleui.* || 2 ne dicunto] *Lachmann*, nec dicunt *libri.* || 3 qui sobrinus] consobrinus *W.* || propiore uere *B*, proprioreue *W*, qui priore uel *V.* || cognationem *W.* || 4 priuignusue] priuignusque *BW*, priuignus qui *V.* || reliquia *B*[b]. || 5 paulus libro (*om. B ind.*) sent. sub titulo *B*, *om. VW.* || et quaest. *om. Paulus.* || 7 susceptos *B*, suscoeptos *W*[b], susc(o)eptus *VW*[a], suspectos gratiae *Paulus.* || et *om. W.* || quod *B.* || de domo eduxit] *B*, deduxit *VW*, de domo produxerit *Paulus.* || 8 infamarit *Paulus.* || 9 in *om. B.* || teste *Paulus.* || ex(s)pectari *libri.* || 10 in adfinem] *V*, in hac finem *W*, si sint adfinem *B.* || 12 patroni et] *addidit Huschke* (*cf. Dig.* 22, 5, 4), *om. libri nostri et Pauli.* || 13 uerae] *Paulus*, hi uere *B*, iuuere *V*, iubere *W.* || 14 corrupit *V.* || 17 moyses . . 169, 3 liberabitur *habet codex Bellouacensis* (*praef.* p. 114). || moyses dixit *VW*, respondit moyses *Bellou.* || 18 aliquid *B* || proximum suum *B* (*ind.*) || aut] et *V.* || uas] aut aurum aut uasa *Bellou.* || 19 de domo] de eo homo *W.* || si inuenitur (inuentus fuerit *Bellou.*) qui furatus est *bis W.* || 20 reddat *W Bellou.*, eam rem reddat *V.* || fur accedat *B Bellou.*, furanti de *W.*

is qui commendatum susceperat ante dominum et iurabit nihil se nequiter egisse de omni re commendata proximi sui et liberabitur.

10, 2, 1 MODESTINVS libro differentiarum secundo [sub titulo] de deposito uel commendato:

Commodati iudicio conuentus et culpam praestare cogitur:
qui uero depositi conuenitur, de dolo, non etiam de culpa
condemnandus est. commodati enim contractu, quia utri-
usque contrahentis utilitas interuenit, utrumque praestatur:
in depositi uero causa sola deponentis utilitas uertitur et ibi
2 dolus tantum praestatur. sed in ceteris quoque partibus
iuris ista regula custoditur: sic enim et in fiduciae iudicium
et in actionem rei uxoriae dolus et culpa deducitur, quia
3 utriusque contrahentis utilitas interuenit. in mandati uero
iudicium dolus, non etiam culpa deducitur. quamuis singula-
riter denotare liceat in tutelae iudicium utrumque deduci,
cum solius pupilli, non etiam tutoris utilitas in administratione
4 uersetur. depositi damnatus infamis est: qui uero commodati
damnatur, non fit infamis: alter enim propter dolum, alter
5 propter culpam condemnatur. actione depositi conuentus
cibariorum nomine apud eundem iudicem utiliter experitur:
at is cui res commodata est inprobe cibariorum exactionem
intendit. inpensas tamen necessarias iure persequitur, quas
6 forte in aegrum uel alias laborantem inpenderit. res deposita

c. 2, 5 *ad* experitur = *Dig.* 16, 3, 23.

1 que *W.* || is qui c. susceperat] dominus domus *Bellou. ex uersione Hieronymiana.* || ante] stabit ante *W.* || iurauit *B*, iuret *V.* || || 2 nihil se n. egisse (egisset *W*) de omni re] malest (*id est* male se) cogitasse neque intercepisse detinnire *Bellou.* || commendatam *W.* || 4 mod. l. d. sec. *om. VW.* || sub titulo *addidi.* || 5 uel] et *VW.* || commendato] commendate *W.* || 6 com(m)endati *libri.* || quomodati *W.* || et] est *libri.* || 7 de depositi *B.* || culpam *B* || 8 condempnatus *W.* || commendati *V.* || enim *om. V.* || contractus *B.* || utrisque *VW.* || 10 causam solam *W.* || uestitur *VW.* || et ibi] tibi *B.* || 12 indicio *libri.* || 13 causula *B.* || uxoriae] uxori et *B*, uxori *V*, luxuriae *W.* || et *om. V.* || culpam *B.* || 15 iudicio *libri.* || dolus] d. hi *W.* || culpa . . . liceat (liceant *V*) in t. iudicium (iudicio *VW*) utrumque (utrorumque *V*) d. c. s. pupilli (polli *W*) non etiam *om. B.* || 17 tutoris] rectoris $W^b$, *inc.* $W^a$. || administrationem *W.* || 18 uersatur *libri.* || damnatus] d. non fit *V.* || infamis est q. u. c. d. *om. W.* || 19 fit] sit *VW.* || infamus *W.* || alter] a. enim *W.* || 20 culpa *V.* || actionem *W.* || depositi] *Dig.*, deposito *BV*, depositus *W.* || conuentus] c. seruo constituto *Dig.* || 21 cibariorum] *Dig.*, ciuariarum *BV*, cybariarium *W.* || 22 ad his *libri.* || com(m)endata est $BVW^b$, commendantem $W^a$. || cibariorum] *edd.*, ciuariarum *BV*, cybariarum *W.* || 23 iure persequitur] siue persequentium *W.* || 24 aegrum] eorum *V.* || res deposita] respondit deposita *B*, de dominos subripientes *W*, *om. V.*

si subripiatur, dominus dumtaxat habet furti actionem, quamuis eius apud quem res deposita est intersit ob inpensas in rem factas rem retinere. is uero cui res commodata sit
10, 2, 7 furti experiri debebit, si modo soluendo fuerit. actio commodati semper in simplum competit, depositi uero nonnumquam in duplum, scilicet si ruinae uel naufragii uel incendii aut tumultus causa res deponatur.

10, 3, 1 HERMOGENIANVS sub titulo depositi huiusmodi inserit constitutiones:

Idem Augg. [et] Caess. Fl. Munatio. Eum qui suscepit depositum dolum, non etiam casum praestare certi iuris est. cum itaque proponas ignis ui quaedam cremata de his quae tibi fuere commendata nec ullum dolum in subtrahendis rebus adhibitum, rector prouinciae nihil contra iuris rationem fieri patietur. et quoniam necti quereris moras adhibita uarietate, negotium inter uos ortum secundum iuris ordinem sua ratione
a. 293. decidetur. Subscripta VIII k. Iul. Serdica Augustis cons.

10, 4, 1 Idem Augg. et Caess. Fl. Aurelio Altenico Andronico. Eos penes quos uestem et argenti materiam deposuisse proponis apud rectorem prouinciae conuenit interrogari, qui eos, siue teneant siue dolo fecerint quominus possint restituere, secundum bonam fidem tibi satisfacere conpellet. Subscripta
a. 294. VI. k. April. Sirmi Caess. cons.

10, 5, 1 Idem Augg. et Caess. Aurelio et Eustathio et Diosimo. Is, qui depositum suscepit, ultra dolum, si non aliud spe-

1 subriatur *B* (*ind.*), subripiantur *W*. ‖ dominus dumtaxat] *Schulting*, dominus (domus *V*) domui *libri.* ‖ furtu *W*. ‖ actione *V*. ‖ 2 eius *om.* *B*. ‖ in rem factas] idem facta *W*. ‖ 3 rem] *edd.*, se *libri.* ‖ retineri *V*. ‖ sit] *scribe* est. ‖ 4 soluendo fuerit actio] *Pithoeus*, soluenda actio fuerit *libri.* ‖ commodatis *V*. ‖ 5 semper] rem per *VW*. ‖ simplo *V*. ‖ 6 uel naufr.] naufr. *W*. ‖ incendiu *W*. ‖ 7 res deponatur] re deponatur *V*, reponatur *W*. ‖ 8 erm. s. t. de (*om. B ind.*) depositi h. inseri constitutione idem augustus cesar flauius munatio *B*, idem *W*, *om.* *V*. ‖ 11 casu *libri.* ‖ praestari *W*. ‖ certi] et rei *V*. ‖ 12 itaque] utique *W*. ‖ propaenas *V*. ‖ ui] sui *BW*, suis *V*. ‖ 13 fuerit *V*. ‖ 14 rectorem *W*. ‖ 15 necti] *Huschke*, nectu *B*, nec *VW*. ‖ adhibitam *W*. ‖ uarietatem *BW*. ‖ 16 ortum] certo *W*a, certum *W*b. ‖ suam *VW*. ‖ rationem *B*, nationem *W*, natione *V*. ‖ 17 decidatur *VW*. ‖ subscripta uiii kal. iul. *om.* *V*. ‖ serdica augustus cesaribus *B*, *om.* *VW*. ‖ 18 idem augustus (aūg. *ind.*) et cesare (cēs *ind.*) fl. aurelio altenico andronico *B*, *om.* *VW*. ‖ 19 eos penes] eus perne *B*, eas paenas *V*, eas poenas *W*. ‖ quas *W*. ‖ materia *libri.* ‖ propaenis *V*. ‖ 20 rectorum *W*. ‖ qui eos] *Huschke*, quod *libri.* ‖ 21 fecerunt *B*. ‖ cominus *libri.* ‖ possint] positi *V*. ‖ 22 compellit *VW*. ‖ subscripta ui (uii *W*) kl. april. (aprelis *W*) *BW*, *om.* *V*. ‖ 23 syrmi cess. cons. *B*, *om.* *VW*. ‖ 24 idem augustus et cesares a. et eustatio et diosimo *B*, idem *W*, *om.* *V*. ‖ 25 accoepit *W*. ‖ alium *W*.

cialiter conuenit, praestare nihil necesse habet. cuius memor
iuris rector prouinciae partium allegationibus auditis pro erep-
torum qualitate suam ordinabit sententiam. Subscripta XIIII
a. 294? k. Nou. Appiaria.
10, 6, 1 Idem Augg. et Caess. Septimiae Quadratillae. Qui dolo
malo depositum non restituit, suo nomine conuentus ad eius
restitutionem cum infamiae periculo urguetur. Subscripta
a. 294. prid. idus Decembres Nicomedia. CC. conss.
10, 7, 1 PAVLVS libro secundo sententiarum sub titulo de deposito:
Deponere possumus apud alium id quod nostri iuris est
2 uel alieni. depositum est quasi diu positum. seruandum est,
3 quod [ad] breue tempus custodiendum datur. deponere uidetur,
qui in metu ruinae incendii naufragii apud alium custodiae
4 causa deponit. deponere uidetur et is, qui suspectam habens
uel minus idoneam custodiam domus uel uim latronum timens
5 apud aliquem rem custodiendam commendat. si sacculum
uel argentum [signatum] deposuero et is penes quem depo-
situm fuit me inuito contrectauit, et depositi et furti actio
6 mihi in eum conpetit. ob res depositas dolus tantum
7 praestari solet. in iudicio depositi ex mora et fructus ueniunt
8 et usurae rei depositae praestantur. si quis rem penes se

c. 6 = *Cod. Iust.* 4, 34, 10.
c. 7, 1—4 *hinc rest. Paulus* 2, 12, 1—4.
c. 7, 5 = *Paulus* 2, 12, 5; *Dig.* 16, 3, 29 *pr.*
c. 7, 6—11 *hinc rest. Paulus* 2, 12, 6—11.

1 memoria *V.* ‖ 3 qualitate] qualitatemque *W.* ‖ suae *BV.* ‖ ordinauit *libri.* ‖ sententia *B.* ‖ subscr. xiiii k. nou. appiaria *B, om. VW, scr.* XVI k. Nou. Appiaria Caess. cons. (*u. comm. meum über die Zeitfolge der Verordnungen Diocletians in actis acad. Berol. a.* 1860 *p.* 438. 442). ‖ 5 idem augustus et cesares (cesare *ind.*) *B*, idem *W, om. V* ‖ septimiae] uii et *B.* ‖ quadratillae] quatratille *B* (*ind.*), *om. Iust.* ‖ dolo malo] dolum malum *W, om. Iust.* ‖ 6 depositum] posito *B.* ‖ conuentus] c. et condemnatus *Iust.* ‖ ad eius *om. V.* ‖ 7 rest. cum inf. per.] *Iust.*, cum infam(a)e (*sic*) per. restitutionem *libri.* ‖ urguntur *W.* ‖ subscripta pridie id. dec. *W*, scripta id decem *B, om. V et Iust.* ‖ 8 nicomedia cc. conss.] ii comedia ccs. cons. *B, om. VW et Iust.* ‖ 9 paulus lib. (liber *B ind.*) sent. sub titulo secundo *B*, idem *W, om. V.* ‖ 10 alium id] aliud *W.* ‖ 11 seruandum] sed pariter seruandum *uel tale quiddam requiritur* ‖ 12 quod ad breue] quod breue (breuem *W*) *libri.* ‖ 13 metu ruinae] meturbine *V*, me et in urbi nec *W.* ‖ incendunt *VW.* ‖ naufragium *W.* ‖ 14 cause *W.* ‖ deponit *om. VW.* ‖ suspecta *V*, suspecto *W.* ‖ habent *B.* ‖ 16 rem] re *W*, res *B.* ‖ commodat *libri.* ‖ sacculum] *Paulus et Dig.*, saccellum *VW*, sacellum *B.* ‖ 17 signatum] *Paulus et Dig.*, *om. libri: intellege non signatum forma publica, sed depositum in inuolucro obsignato.* ‖ paenis *V*, poenes *W*, poenae *B.* ‖ que *W.* ‖ 18 contrectaui *VW*, contrectauerit *Paulus et Dig.* ‖ actioni *W.* ‖ 20 ex] hec *B.* ‖ 21 prestentur *V.* ‖ poenes *W*, poene *V*, poenae *B.* ‖ se depositam] sedem positam *W*, se posita *B.*

depositam apud alium deposuerit, tam ipse directam quam
is qui apud eum deposuit utilem actionem depositi habere
10, 7, 9 possunt. si pecuniam deposuero eamque tibi permisero, mutua
magis uidetur quam deposita ac per hoc periculo tuo erit.
10 si rem apud te depositam uendideris eamque redemeris, post
perdideris, semel admisso dolo perpetua depositi actione te-
11 neberis. ex causa depositi lege duodecim tabularum in du-
plum actio datur, edicto praetoris in simplum.

10, 8, 1 GREGORIANVS libro IIII sub titulo de deposito:

Imp. Alexander A. Mestrio militi. Incursu latronum ornamenta deposita apud interfectum ab eis perierunt: detrimentum ad heredes eius qui depositum accepit, qui dolum tantum praestare debuit, non pertinet. quod si praetextu latrocinii commissi res, quae in potestate heredis sunt, non restituuntur, tam depositi quam [ad] exhibendum actio, sed
a. 234. et in rem uindicatio conpetit. Prop. VII kal. Iul. Maximo bis et Vrbano conss.

10, 9, 1 PAVLVS libro responsorum V sub titulo ex locato et conducto:

'Imp. Antoninus Iulio Agrippino. Dominus horreorum 'periculum uis maioris uel effracturae latronum praestare non 'cogitur. his cessantibus si quid ex depositis rebus inlaesis

c. 8 = *Cod. Iust.* 4, 34, 1.
c. 9 = *Cod. Iust.* 4, 65, 1.

---

1 direptam *libri.* ‖ 2 utilem] ut ille *V* ‖ 3 eamquae t. promisero *VW*, eam hancque (quem *Ba*) tibi commissero *B*: eaque uti tibi permisero *Blume collatis locis Dig.* 12, 1, 9, 9. *l.* 10. ‖ mutuam *BW*. ‖ 4 depositam *B.* ‖ 5 deposita *B.* ‖ redemeris post] *scripsi*, redimeris postquam *B*, redimeris eamque (eam *W*) postquam *VW*, postquam redemeris *Krueger*. ‖ 6 semel amisso *BV*, se mala misso *W*. ‖ perpetuam *B*, perpetuo *W*. ‖ actione (-nem *BV*) teneberis (tenebis *V*) ex (et *B*) c. d. lege (legem *B*) d. t. in d. actio *om. W*. ‖ 8 edictum *B.* ‖ 9 gregorianus libro iiii sub titulo de (*om. ind.*) deposito *B*, idem *VW*. ‖ 10 imp. al. a. mestrio (missorio *W*) militi (*om. Iust.*) *BW Iust.*, *om. V*. ‖ incursu] incurso *V*, incisso *W*, si incursu *Iust.* ‖ latronum] l. uel alio fortuito casu *Iust.* ‖ 11 exposita *VW*. ‖ inter prefectum *B.* ‖ ab eis *om. Iust.* ‖ perierint *V*. ‖ 12 heredem *Iust.* ‖ dolum tantum] dolum solum et latam culpam si non aliud specialiter conuenit *Iust.* ‖ 13 debunt (*sic*) *B.* ‖ pertinet] potuit *W*. ‖ praetextu] *Iust.*, ex pretexto *libri.* ‖ 14 commissi] c. uel alterius fortuiti casus *Iust.* ‖ quem *VW*. ‖ potestatem *VW*. ‖ heredi *BV*. ‖ sunt] s. uel quas dolo desiit possidere *Iust.* ‖ 15 restituntur *B.* ‖ ad] *Iust.*, *om. libri.* ‖ exibendo *Ba*. ‖ 16 et] etiam *Iust.*, *om. B.* ‖ prop̄. uii (đ *ins. B*) kl. iul. maximiano bis et urbano c̄c̄ *B*, *om. VW*, pp. iiii id. iul. maximo et urbano cons. *Iust.* ‖ 18 paulus lib. (liber *B*) responsorum u sub titulo *BW*, *om. V*. ‖ 19 antoninus] antoninus a. *Iust.* ‖ agripino *BV*. ‖ 20 uis] sui *libri.* ‖ efferacture *Va*, effracturam *Iust.* ‖ praestare] conductori pr. *Iust.* ‖ 21 si quis *VW*. ‖ ex depositis] *Iust.*, expositis *libri.*

'extrinsecus horreis perit, damnum depositorum sarciri debet.
a. 213. 'Prop. IIII non. Nou. Antonino IIII cons.' Paulus respondit: satis praepositam constitutionem declarare his, qui horrea locant, maiorem uim inputari non posse.

## ⟨TITVLVS XI⟩
## DE ABACTORIBVS.

11 1, 1 MOYSES dicit:

Si quis inuolauerit uitulum aut ouem et occiderit aut uendiderit, quinque uitulos restituet pro uitulo uno, quattuor
2 oues pro oue una. quod si non habet unde reddat, uenundetur pro furto.

11, 2, 1 PAVLVS libro sententiarum V sub titulo de abactoribus:

Atroces pecorum abactores plerumque ad gladium uel in metallum, nonnumquam autem in opus publicum dantur. atroces autem sunt, qui equos et greges ouium de stabulo uel de pascuis abigunt uel si id saepius aut ferro aut conducta manu faciunt.

11, 3, 1 Idem PAVLVS eodem libro et titulo:

Abactores sunt, qui unum equum uel duas equas totidemque boues, [oues] uel capras decem, porcos quinque abegerint. quidquid uero intra hunc numerum fuerit ablatum, in poena furti pro qualitate eius aut in duplum aut in tri-

c. 1. *Exod.* 22: (1) *ἐὰν δέ τις κλέψῃ μόσχον ἢ πρόβατον καὶ σφάξῃ ἢ ἀποδῶται, πέντε μόσχους ἀποτίσει ἀντὶ τοῦ μόσχου, καὶ τέσσαρα πρόβατα ἀντὶ τοῦ προβάτου* . . . (3) *ἐὰν δὲ μὴ ὑπάρχῃ αὐτῷ, πραθήτω ἀντὶ τοῦ κλέμματος.*
c. 2 *hinc rest. Paulus* 5, 18, 2.
c. 3 = *Paulus* 5, 18, 1.

---

1 extrinsecus *post* quid *Iust.* ‖ horrei *B.* ‖ perit] *VW*, perierit *Iust.*, *om. B.* ‖ depositarum rerum *Iust.* ‖ sarcire *V.* ‖ 2 prōp. iiii nōn nōu antonino iii (*sic*) consl paulus ℞ *B*, *om. VW*, pp. prid. non. ian. antonino a. iiii et balbino conss. *Iust.* ‖ 3 propositam *W*, proposita *V.* ‖ 4 imputare *W.* ‖ 8 embolauerit *W.* ‖ aut] et *W.* ‖ 9 uenundauerit *V.* ‖ uitulus *B.* ‖ restituet] restituere *B*, restituat *VW.* ‖ uitulum unum *B.* ‖ 10 ouem unam *W.* ‖ uenundatur *V.* ‖ 12 paulus libro (liber *B*), sent. u (*om. B*) sub titulo *BV*, *om. W.* ‖ abactoribus *W*, abgeatoribus (*sic*) *B*, actoribus *V.* ‖ 13 plerumque] pecorumque *W.* ‖ 14 in *om. W.* ‖ datur *V.* ‖ 16 abigunt] reabigunt *W.* ‖ ferro aut] *Huschke*, a ferro *libri.* ‖ conductam manum *W.* ‖ 19 abactores] *VW* (abactores sunt *in litura*) *et Paulus*, abegeatores *B.* ‖ qui *om. VW.* ‖ uel duas] duas *Paulus.* ‖ 20 oues] *addidit Huschke*, *om. libri nostri et Pauli.* ‖ porcus *B*, aut porcos *Paulus.* ‖ abigerit *VW.* ‖ 21 numero *BV.* ‖ fieri *V.* ‖ oblatum *VW.* ‖ 22 in poena] *Paulus*, in (*uel* m) ponat *libri.* ‖ qualitatem *W.* ‖ eius aut] eius apud *V.* ‖ triplum] *sic libri nostri et Pauli*, quadruplum *Schulting.*

plum conuenitur aut fustibus caesus in opus publicum unius anni datur aut sub poena uinculorum domino restituetur.

11, 4, 1 Idem PAVLVS eodem libro et titulo:

Si ea pecora, de quibus quis litigauerat, abegerit, ad forum remittendus est atque ita conuictus in duplum uel in triplum furis more damnatur.

11, 5, 1 Idem PAVLVS eodem libro et titulo:

Qui bouem uel equum errantem quodue aliud pecus abduxerit, furem magis eum quam abactorem constitui placuit.

11, 6, 1 PAVLVS libro singulari de poenis paganorum sub titulo de abigeis dixit:

Cum durius abigei damnantur, et ad gladium tradantur:
c. 2 = *Gaius* 3, 1—17 (*in codice praeter minora desideratur principium ad p.* 191, 1 post) *indeque ex parte Iustinianus Inst.* 3, 1. 2.

1 libro iii institutionum kp. dccxuiiii (kp. cxxi idem *W*) gaius inst. libro iii leg. sic ordinat (ordinata *W*) successiones intestatorum (successione statutorum *B*) *BW*, libro tertio institutionum kp̄. cxxui de successione inter fratres gaius (*rel. om.*) *V*. ‖ 3 lege] ex lege *Iust.* ‖ 4 peruenient *W*[b]. ‖ sui] si *libri*. ‖ extimantur *V*, estimantur *W*. ‖ 5 morienti *W*. ‖ fuerint *BV et Iust. libri deteriores*. ‖ filia uel *BW*, filiaue uel *V*. ‖ 6 nepus *BV*. ‖ neptisue ex filio pronepos] *Iust.*, neptisue pronepus (proneptus *V*) *BV*, *om. W*. ‖ filio] uel filio *W*, ex filio *Iust.* ‖ 7 natu *V*. ‖ prognatos *BV*. ‖ interesse *libri*, interest utrum *Iust.* ‖ sint] *Iust.*, *om. libri*. ‖ 8 nepus *BV*. ‖ neptimue *V*. ‖ 9 pronepus pronepteue *V*, pronepus pronepotesue (pronepote suo *B*[a]) *B*, pronepotes proneptesuae *W*. ‖ 10 in pot. . . . acciderit] *Iust.*, *om. libri*. ‖ 11 rationem u. emancipationem *W*. ‖ id] *Iust.*, idem *libri*. ‖ 12 quis *Iust.* ‖ moriatur *V*, moreretur *Iust.* ‖ sint *VW*. ‖ 13 nepus *BV*. ‖ non *om. W*. ‖ et] ex *B*. ‖ ceteri *W*, ceterorum *B* (*ind.*). ‖ 14 librorum *B ind.* ‖ intellegemus *Iust.* ‖ 15 manum *V*. ‖ est ei cuius in manu est sua heres est] *scripsi*, eius est is (in *V*) sua heres est *BV*, eius est ualere et *W*. ‖ 16 loco] locus *V*, in loco *W*. ‖ item n. q. in f. manu (manus *BV*) est nam (nec *B*) . . . neptis loco est *om. W*. ‖ 17 si *om. libri*. ‖ 18 sit cum] eius cum (*V*), eius dum *BW*. ‖ morituri *VW*[b] ‖ 19 idem *om. W*. ‖ sit] sunt *V*. ‖ dicemus *requiritur*. ‖ in] de *V*, *om. BW*. ‖ nepotes *B* (*ind.*). ‖ manum *W*. ‖ 20 causa sit quia] causa sit quae a *BV*, cause ita *W*. ‖ pronepotis *BV*. ‖ 21 qui] *Iust.*, *om. libri*. ‖ futuris *libri*. ‖ 22 sui] sibi *VW*.

nomine ex lege Aelia Sentia uel ex senatus consulto post mortem
patris causa [probatur: nam et hi uiuo patre causa] probata
16, 2, 6 in potestate eius futuri essent. [quod] et de eo filio, qui ex
prima secundaue mancipatione post mortem patris manumitti-
7 tur, intellegemus. [igitur] cum filius filiaue et ex altero filio
nepotes neptesue extant, pariter ad hereditatem uocantur nec
qui gradu propior est, ulteriorem excludit. aequum enim ui-
detur nepotes neptesue in patris sui locum portionemque succe-
dere. pari ratione et si nepos neptisue sit ex filio et ex ne-
8 pote pronepos proneptisue, simul uocantur. et quia placebat
nepotes neptesue, item pronepotes proneptesue in patris sui
locum succedere, conueniens esse uisum est non in capita,
sed in stirpes hereditates diuidi, ita ut filius dimidiam partem
hereditatis ferat [et] ex altero filio duo pluresue nepotes alteram
dimidiam: item si ex duobus filiis nepotes extent, ex altero
filio unus forte uel [duo], ex altero tres aut quattuor, [ad
unum aut ad duos dimidia pars pertineat et ad tres aut quat-
tuor] altera dimidia.
9 De agnatis. si nullus sit suorum heredum, tunc hereditas
10 pertinet ex eadem lege duodecim tabularum ad agnatos. uocan-

1 nomine] *Pithoeus*, nomina *libri*. ‖ helia *W*. ‖ ex *om. W*. ‖ senatus consulto] (*V*), senatum consultum *B*, senatus consultus *W*. ‖ 2 probatur . . . causa] *Gaius*, *om. libri*. ‖ 3 quod] *Gaius*, *om. libri*. ‖ et] etiam *Gaius*. ‖ eo filio] officio *W*. ‖ 4 secundaque *Gai liber et nostri*. ‖ mancipatione] (*V*) *Gaius*, aemancipationem *B*, emancipatione *W*. ‖ manum mittitur *libri*. ‖ 5 intellegimus *BV*, ille legitimus *W*. ‖ igitur] *Gaius*, *om. libri*. ‖ filius] filiis *BV*. ‖ 6 nepotes neptesue] *Gaius*, nepote nepteue *W*, nepotesue nepte *V*, nepotesuae *B*. ‖ extant] *Gaius*, existent *BV*, existente *W*. ‖ 7 gradum *libri*. ‖ propior] *Pithoeus*, propium *B*, proprium *W*, proprio *V*, proximior *Gai. Iust.* ‖ ulteriore *BV*. ‖ aequum] ecum *V*, cum *W*, et quam *B*, aecum *Gai.* (*Veron.*). ‖ uidetur] *BV Iust.*, uidentur *W*, uidebatur *Gaius* (*Veron.*). ‖ 8 neptesue] uenepte *V*. ‖ patri sui loco *B*. ‖ 9 pari] patri *B*. ‖ rationem *BW*. ‖ uepus *BV*. ‖ neptesuae *V*. ‖ ex] et *V*. ‖ et ex] sed ex *B*ᵃ. ‖ nepote *om. B*. ‖ 10 pronepus *B*. ‖ uocantur] *libri et Iust.*, omnes uocantur ad hereditatem *Gaius* (*Veron.*). ‖ quia] qua *VW*. ‖ 11 nepotes nepotesuae *B*, nepotis nepote sua *W*. ‖ idem *B* (*ind.*). ‖ proneptesue] pronepotesue *V*. ‖ patri *BV*, parentis *Gai. Iust.* ‖ 12 esse uisum (*Gai.*, uisus *VW*) est *om. B*. ‖ 13 sed] et *V*. ‖ stirpes] (*V*) *Gai.*, stirpem *B*, stirpe *W*. ‖ hereditates] *Gaius*, hereditatis *BV*, hereditatem *W Iust.* ‖ diuidi ita] *Gaius*, diuidit *BV*, diuidi *W Iust.* ‖ dimidiam partem] dimidiam (*om.* partem) *V*ᵃ, part. dim. *Gai. Iust.* ‖ 14 ferat et] *Gaius*, fruat *B*, fuerat *VW*. ‖ alteram] aliam *W*. ‖ 15 item si ex . . . . 192, 4 matrem eandem habuerint *om. V* (*u. praef. p.* 111). ‖ idem *B* (*ind.*). ‖ extent] *B*, existant et *W*, extent et *Gai.* (*Ver.*), extant et (*Iust.*). ‖ 16 duo] *Gai.*, *om. libri*. ‖ tres] ires *B*. ‖ ad unum . . . tres aut quattuor] *Gaius*, *om. libri*. ‖ 18 alteram *W*. ‖ dimidiam *libri*. ‖ 19 de agnatis *om. Gai.* ‖ ex] et *B*, et ex *W*. ‖ legem *W*.

tur autem agnati, qui legitima cognatione iuncti sunt. legitima
autem cognatio est quae per uirilis sexus personas coniungitur:
itaque [qui] eodem patre nati sunt fratres agnati sibi sunt, qui
etiam consanguinei uocantur, nec requiritur, an matrem eandem
habuerint. item patruus fratris filio et inuicem is illi agnatus est.
eodem numero sunt fratres patrueles inter se, id est qui ex duo-
bus fratribus progenerati sunt, quos plerique etiam consobrinos
uocant: qua ratione scilicet etiam ad plures gradus agnationis
16,2,11 peruenire poterimus. non tamen omnibus simul agnatis dat
lex duodecim tabularum hereditatem, sed his, qui tum cum
certum est aliquem intestatum decessisse, proximo gradu sunt.
12 nec in eo iure successio est: ideoque si hereditatem proximus
omiserit uel antequam hereditatem adierit decesserit, sequen-
13 tibus nihil iuris ex lege competit. ideo autem non mortis
tempore, quis proximus erit, requirimus, sed eo tempore, quo
certum fuerit aliquem intestatum decessisse, quia si quis te-
stamento facto decesserit, melius esse uisum est tunc requiri
proximum, cum certum esse coeperit neminem ex [eo] testamento
14 heredem fore. quod ad feminas tamen adtinet hoc iure aliud
in ipsarum hereditatibus capiendis placet, aliud in ceterorum
ab his capiendis. nam feminarum hereditates proinde agna-
tionis iure redeunt atque masculorum: nostrae uero heredi-
tates ad feminas ultra consanguineorum gradum non perti-
nent. itaque soror fratri sororiue legitima heres est, amita

1 legitimam cognationem *W*. || 2 est] hoc est *libri*, est ea *Gaius*. || per] ex *W*. || uirili sexu *libri*. || persona *B Gai*. (*Ver*.), personae *W*. || coniunguntur *W*. || 3 qui *om. libri nec habet, omittentes item sunt, Iust.; deficit Gaius*. || pater *B*. || sunt *om W*. || sibi] *Iust*., nisi *libri*. || 4 matre eadem *libri*. || 5 habuerunt *W*. || item] idem *B* (*ind*.). || fratris] patris *W*. || inuice *B*. || 6 eodem] eorum *W*. || fratris *V*. || patruelis *VW*. || 7 quos pl. et. consobrinos (consoprinos *B*) *om. V*. || 8 rationem *W*. || ad] et *W*. || grados *W*. || agnationis] *Gaius*, agnitionis *libri*. || 9 potuerimus *B*, praeterimus *V*. || simul *om. V*. || 10 tum cum] *Gaius*, tunc *libri*. || 11 intestatum] *Gai. Iust*., intestato *libri*. || decessisset *BV*, discessisset *W*. || 12 iuro *W*. || hereditatem proximus omiserit] heredem proximos omiserit *V*, heredes proximos omiserint *B*, heredem proximo suo miserit *W*, agnatus proximus hereditatem omiserit *Gai*. || 13 hereditatem *om. Gai. Iust*. || decesserit] et dec. *W*. || 15 quis proximus erit (*sic libri nostri et Gai, requiritur* fuerit) r. sed eo tempore quo *om. B*. || 16 alique *V*. || intestamentum (-tu *V*) *libri*. || quia] *Gaius*, quam *libri*. || 17 factum *V*. || esse *om. W*[1]. || uisus *B*. || requirit *W*. || 18 proximum] pr. est *V*. || eo *Gaius, om. libri W*. || 19 heredes (heredum *V*) forte *BV*, fore heredem *Gai*. || quod] *Gaius*, qui *B*, quid *V*, quedam *W*. || tamen *om. B*. || adtinent *W*. || hoc] in hoc *Gaius*. || iuro *W*. || 20 placuit *Gaius recte*. || ceterorum] c. bonis *Gaius* (*Veron*.). || 21 ab] ad *W*. || nam] *Gaius*, nam et *libri*. || proinde] deinde *W*, pr. ad nos *Gaius*. || 22 atque] ad quem *V*. || nostrae u. h. ad f. u. consanguineorum (consanguinei eorum *B*) *om. V*. || 24 fratris sorori uel *VW*.

uero et fratris filia heres esse non potest. sororis autem nobis loco est etiam mater aut nouerca, quae per in manum
16, 2, 15 conuentionem apud patrem nostrum ius filiae nancta est. si [ei] qui defunctus erit sit frater et alterius fratris filius, sicut ex superioribus intellegitur, frater potior est, quia gradu praecedit: sed alia facta est iuris interpretatio inter suos heredes.
16 quod si defuncti nullus frater extet, sed sint liberi fratrum, ad omnes quidem hereditas pertinet, sed quaesitum est, si dispari numero sint, forte nati ex uno unus uel duo et ex altero tres aut quattuor, utrum in stirpes diuidenda sit hereditas, sicut inter suos heredes iuris est an potius in capita. iam dudum autem placuit in capita diuidendam hereditatem: itaque quotquot erunt ab utraque parte personae, in tot portiones hereditas diuidetur et singuli singulas portiones ferunt.
17 si nullus agnatus sit, eadem lex duodecim tabularum gentiles ad hereditatem uocat. qui sint autem gentiles, primo commentario retulimus et cum illic admonuerimus gentilicium ius in desuetudinem abisse, superuacuum est hoc quoque loco de ea re curiosius tractare.

16, 3, 1 PAVLVS libro sententiarum IIII sub titulo de intestatorum successionibus:

Intestati dicuntur, qui testamentum facere non possunt [uel iure non fecerunt cum possent] uel ipsi linum ut intestati decederent abruperunt uel quorum hereditas repudiata est quibusue condicio defecerit, nisi iure praetorio [non iure] factum

c. 3, 1—13 *hinc rest. Paulus sent.* 4, 8, 1—13.

1 heres] legitima heres *Gaius.* ‖ sorores *B.* ‖ 2 locum *W.* ‖ manu *W.* ‖ 3 ius] iure *Gaius.* ‖ nancta] *Gaius* (*Veron.?*), cuncta *BV*, iuncta *W.* ‖ 4 ei qui] *Gaius*, quis *libri.* ‖ sit] si sit *libri*, si *uel* st *Gaius* (*Ver.*). ‖ 5 frater *om. W.* ‖ potior] *BW*, portior *V*, prior *Gaius* (*Ver.*). ‖ quia] qui ad *V.* ‖ gradum *VW.* ‖ 6 facta est] *Gaius*, faciat *B*, facta *VW.* ‖ suos] uos *B.* ‖ 9 forte num. sint nati ut ex *Gaius.* ‖ nati] aati *W.* ‖ et] aut *W*, *om. Gaius.* ‖ 10 aut] uel *Gaius.* ‖ stirpe *W.* ‖ 11 suos] uos *B.* ‖ heredum *W.* ‖ an *om. B.* ‖ 12 autem] tamen *Gaius.* ‖ diuidendam] d. esse *Gaius.* ‖ 13 quotquot (quod *V*) erunt] quodquod dederunt *B.* ‖ 14 hereditas diuidetur (diuiditur *W*) et (ita ut *Gaius*) s. s. portiones *om. B.* ‖ ferunt] *V*, fuerunt *B*, fecerunt *W*, feraut *Gaius.* ‖ 16 uocant *W et Gaius* (*Ver.*). ‖ sunt *B*[a]. ‖ gentilis *W.* ‖ commentario rettulimus et] *Gaius*, comentariorum (commentario *V*, commentario respondit *W*) et ultimum est *BVW.* ‖ 17 admouerimus *B*, admoueremus *V.* ‖ gentilicium] totum g. *Gaius.* ‖ 18 desuetudinem] de suae consuetudine *V.* ‖ abisse] habuisse *V.* ‖ 19 ea] eadem *Gaius.* ‖ intractare *W.* ‖ 20 paulus liber sent. uii (uii sent. *ind.*) sub titulo *B*, *om. VW.* ‖ de intestatorum (intestorum *V*, testamentorum *B*) succ. *BVW.* ‖ 22 testamento *W.* ‖ 23 uel i. n. f. c. possent *addidi.* ‖ 24 decederent] dicerent *V*, dicere *W.* quorum] hii quorum *B*, hic quorum *V*, hic eorum *W.* ‖ quibusue] *scripsi*, cuiusue *W*, cuiusuel *V*, cuius nec *B.* ‖ 25 nisi] *Huschke*, sine *libri*, sane *Cuiacius.* ‖ non iure *addidi.*

16, 3, 2 testamentum obiecta doli exceptione optinebit. horum quorum
testamenta rumpuntur aut inrita fiunt, ipso quidem iure testati
3 decedunt, sed per consequentias sublato testamento intestati
decedunt. intestatorum hereditas lege duodecim tabularum primum suis heredibus, deinde agnatis et aliquando quoque gentilibus deferebatur. sane consanguinei, quos lex non adprehen-
4 derat, interpretatione prudentium primum inter agnatos locum
acceperunt. sui heredes sunt primo loco filius filia in potestate
patris constituti: nec interest, si adoptiui sint an naturales et
5 secundum legem Iuliam Papiamue quaesiti, modo maneant in
potestate. qui sui heredes sunt, ipso iure heredes etiam ignorantes constituuntur, ut furiosi aut infantes et peregrinantes: quibus bonorum possessio nisi propter praetoriam actionem non
6 erat necessaria. suis heredibus adeo a morte testatoris rerum
hereditariarum dominium continuatur, ut nec tutoris auctoritas pupillis nec furiosis curator sit necessarius, nisi forte [ut abstineant, si minus forte] soluendo sit hereditas: quamuis etiam furiosus, si resipuerit, et pupillus, si adoleuerit, abstinere
7 possint. post mortem patris natus uel ab hostibus reuersus
aut ex primo secundoue mancipio manumissus cuiusue erroris causa probata [est], licet non fuerint in potestate, sui tamen
8 patri heredes efficiuntur. post filios filias ad intestatorum
successionem inter suos ueniunt nepotes neptes, pronepotes proneptes ac deinde masculino sexu per filium descendentes,

1 abiecta *libri.* ‖ expectatione (-nem *W*) *libri.* ‖ horum quorum] *scripsi,* eorum quorum *libri.* ‖ 2 rumpuntur] rumponuntur *VW.* ‖ inuita *libri.* ‖ quidem] quoque *W.* ‖ 3 testamenti *B.* ‖ sed per consequentias (-tia *V*) s. t. i. decedunt *om. B.* ‖ 4 decedunt] redduntur *Huschke.* ‖ 5 heredibus] hereditatibus *B.* ‖ et] est *W*, est et *V*: *puto delendum.* ‖ quoque] enim *W.* ‖ gentibus *libri.* ‖ 6 consanguinei quos] *Cuiacius,* consanguineis *libri.* ‖ adprehenderet *W.* ‖ 7 interpretationem *BW.* ‖ loco *B.* ‖ accoeperint *W.* ‖ 8 sui] suis *V*, sibi *W.* ‖ primo] hoc primo *BV*, hoc primum *W.* ‖ potestatem *VW.* ‖ 9 si *delent edd. recte.* ‖ an] tam *V.* ‖ et] eos *VW.* ‖ 10 iulia *B.* ‖ papiam uel quesiti *V*, pipiamuae quesiti *B*, papianum exquisiti *W.* ‖ 11 potestatem *W.* ‖ heredem *V.* ‖ heredem *V.* ‖ 12 et] ex *VW.* ‖ 13 possessio nisi] *Vangerow,* possessionis *BV*, possessiones *W.* ‖ 14 necessariam *B.* ‖ sui *BV.* ‖ a mortem *W*, ad mortem *B.* ‖ hereditariorum *BVW* [?]. ‖ 15 *post* continuatur *ins.* idem (*caput incipiens*) *V.* ‖ nec] ne *W.* ‖ 16 pupillis] *W*, pupillo *B*, pupillum *V.* ‖ curatur *B.* ‖ necessariis *V*[a]. ‖ ut abstineant si m. forte *sic fere hiatum expleuit Krueger.* ‖ 17 soluendo] soluenda *BV*, uoluenda *W.* ‖ 18 furiosius *W*[a]. ‖ resipierit *BV.* ‖ pupillus] in pupillum *V.* ‖ adheleuerit *W.* ‖ 19 possit *V.* ‖ patri *BV.* ‖ 20 secundum uel *V.* ‖ manum missus *VW.* ‖ cuius uel *V.* ‖ 21 est] *addidit Krueger.* ‖ fuerit *VW.* ‖ 22 ad] ab *W.* ‖ 23 ueniant *libri.* ‖ proneptes] pronepotes neptes *B*, *om. W.* ‖ 24 ac] aut *W.* ‖ masculinu *V.* ‖ sexum *BV.* ‖ per] *Rittershusius,* post *libri.*

si nullo parentum inpedimento ipsi in aui potestate uel pro-
aui familia remanserint: parentes enim liberis suis, cum qui-
bus in potestate fuerint ipsi, ordine successionis obsistunt.
16, 3, 9 filii, si cum nepotibus ex alio filio susceptis in familia reti-
nentur, ad intestati patris successionem cum fratris filiis uo-
cantur: quibus in patris sui partem uenientibus hereditas in
stirpes, non in capita diuiditur, ita ut unus filius et plures
nepotes singulos semisses habeant. idemque euenit, si auo
10 ex duobus filiis inpari numero nepotes successerint. ex filia
nepotes sui heredes non sunt: in aui enim materni potestate
alienam familiam sequentes ipsa ratione esse non possunt.
11 eo tempore suus heres constituendus est, quo certum est ali-
quem intestatum decessisse: quod ex euentu deficientis con-
dicionis et ortu nepotis, qui uiuo auo post mortem patris
12 [conceptus sit et post mortem aui] natus, finiri potest. quem
filius emancipatus suscepit uel adoptauit, sui heredis locum
in aui successione sic ut ipse pater obtinere non potest: [pot-
est] adoptiuus, tamen nec quasi cognatus bonorum posses-
13 sionem eius petere potest. si sui heredes non sunt, ad agna-
tos legitima hereditas pertinebit, inter quos primum locum
consanguinei optinent. agnati autem sunt cognati uirilis sexus
per uirilem [sexum] descendentes, sicut filius fratris et pa-
14 truus et deinceps tota successio. inter agnatos et cognatos
hoc interest, [quod] in agnatis etiam cognati continentur, inter

c. 3, 14 = *Paulus sent.* 4, 8, 14.

1 nullo] *VW*, nullum *B*. || parentium inpedimentum *V*. || potestatem *W*. || 2 familia] *VW*, famili *B*: *fortasse del.* || remanserint] remanserit *BV*, permanere *W*. || 3 fuerint] *V*, fuerit *W*, fuerunt *B*. || ordinem *BW*. || successiones *V*, successionem *W*. || obstituunt *V*, constituunt *W*. || 4 filii si] filius *libri*. || in familia] infamia *B*. || 5 ab intestato *B*. || patri *V*. || filius *V*. || uocatur *VW*. || 6 quibus] in q. *B*. || partem] parentem *B*, parentes *VW*. || in stirpes non *om. V*. || 7 diuiduntur *BV*. || ita] item (*cap. incip.*) *V*. || unus *om. B*. || et] ex *libri*. || 8 semisse *V*. || idemque] *Pithoeus*, idque *libri*. || auo] *edd.*, ab eo *libri*. || 9 inpari] in patrum *libri*. || successerunt *W*. || 10 heredem *V*. || aui] auiae *B*. || materna *W*. || potestatem *VW*. || 11 rationem *B*, rationes *W*. || 12 heredes *V*. || constituendos *B*. || quod *W*. || 13 decessisset *B*. || euentum *V*. || 14 ortum *V*, hortum *B*, certum *W*. || 15 conceptus . . . aui *addidi* (*cf. Inst.* 3, 1, 8). || finiri] siniri *VW*, iniri *B*. || quem] cum *B*, idem cum (*caput incip.*) *V*, cuius *W*. || 16 et mancipatus *B*, et emancipatum *W*. || adoptiui *W*. || suis *V*. || heredes *VW*. || 17 successionem *W*. || potest *addidi*. || 18 adoptiuum *V*. || ne quasi *BW*, neque si *V*. || possessionum *libri*. || 19 potire *B*. || potest si] potens *W*. || agnatum *W*. || 20 pertineri *V hic desinens*. || 21 cognatis *B*. || uirili *W*. || 22 sexum *om. libri*. || 24 quod] *Paulus*, *om. libri*. || etiam] *W Paulus*, enim etiam *B*.

cognatos uero agnati non conprehenduntur. et ideo patruus
agnatus est et cognatus, auunculus autem cognatus tantum-
16,3,15 modo est. consanguinei sunt eodem patre nati, licet diuersis
matribus, qui in potestate fuerunt mortis tempore: adoptiuus
quoque frater, si non sit emancipatus, et hi qui post mortem
16 patris nati sunt uel causam probauerunt. soror iure consan-
guinitatis tam ad fratris quam ad sororis hereditatem admitti-
17 tur. consanguineis non existentibus agnatis defertur heredi-
tas, prout quis alterum gradu praecesserit. quod si plures
18 eodem gradu consistunt, simul admittuntur. si sint defuncti
fratris et filius et nepos fratre non existente, filius fratris
19 nepoti praefertur. sed si duorum fratrum sint liberi, non in
stirpes, sed in capita hereditas distribuitur, scilicet ut pro
20 numero singulorum uiritim distribuatur hereditas. feminae
ad hereditates legitimas ultra consanguineorum successiones
non admittuntur: id quod iure ciuili Voconiana ratione uidetur
effectum: ceterum lex duodecim tabularum sine ulla discretione
sexus admittit.

16,4,1 VLPIANVS libro singulari [regularum] sub titulo de legitimis hereditatibus:

Intestatorum gentiliciorum hereditates pertinent primum ad suos heredes, id est liberos qui in potestate sunt ceterosque qui liberorum loco sunt: si sui heredes non sunt, ad consanguineos, id est fratres et sorores ex eodem patre: si

c. 3, 15—17 *hinc rest. Paulus sent.* 4, 8, 15—17.
c. 3, 18 = *Paulus sent.* 4, 8, 18.
c. 3, 19 *hinc rest. Paulus sent.* 4, 18, 19.
c. 3, 20 = *Paulus sent.* 4, 8, 20.
c. 4, 1 = *Vlpianus reg.* 26, 1.

1 cognatos] agnatos *BV*. || 2 agnatus] et agn. *Paulus*. || tantum modo] tantum modum *B*, modo *W*. || 3 est *om. Paulus*. || patrem *B*. || 4 quibus in p. fuerint *W*. || 6 patri *B*. || causa *libri*. || probueraint *W*. || sanguinitatis *W*. || 8 agentis differtur *W*. || 9 gradum *libri*. || 10 eodem gradum *B*, eosdem grados *W*. || si sit frater defuncti et fratris filius et nepos (nepus *B*) *libri*, si sint fratres defuncti et fratres filii uel nepotes *Pauli libri*, *emendauit Krueger*. || 11 fratre] fratres et *B*. || existentes *B*, existentem *W*. || 12 perfertur *B*. || 14 numerum *W*. || uirium *B*, iuri *W*. || distribuitur *W*. || 15 consanguineorum] *Huschke*, consanguineos *W*, consanguineas *B*. || 16 admittantur *B*, amittantur *W*. || id quod] *B*, hi quod *W*, idque *Paulus*. || uoconia rationem *B*, uoconia narratione *Paulus*, coniurationem *W*. || 17 sine ulla] nulla *Paulus*. || discretione sexus] *Paulus*, discreptationes ex his *B*, disceptationem sexus *W*. || *ante* admittit *ins.* cognatos (cognatis *W*) *libri nostri et Pauli, quod malui delere quam mutare*. || 19 ulp. libro singulari (*cf. p.* 143, 10. 156, 8) s. t. *B*, *om. W*. || 20 heredibus *Vlpianus*. || 21 gentiliciorum] ingenuorum *Vlpianus*. || 22 liberorum] *B*, in l. *W et Vlpiani liber*. || sunt] *Vlpianus*, sint *libri*. || 24 et] aut *W*. || patrem *B*.

nec hi sunt, ad reliquos agnatos [proximos, id est cognatos] uirilis sexus per mares descendentes eiusdem familiae. id enim cautum est lege duodecim tabularum hac: 'si intestatus 'moritur, cui suus heres nec escit, agnatus proximus familiam
16, 4, 2 'habeto'. si agnatus defuncti non sit, eadem lex duodecim tabularum gentiles ad hereditatem uocat his uerbis: 'si agna-'tus nec escit, gentiles familiam [habento'. nunc nec ullus est] heres hinc nec gentilicia iura in usu sunt.

16, 5, 1 IDEM [libro] institutionum . . . [sub titulo de successionibus] ab intestato:

Ab intestato quoque hereditas defertur aut per ius ciuile aut per praetoris beneficium: per ius ciuile suis heredibus uel liberis, qui in potestate fuerunt, [qui sunt] filii filiae et deinceps qui in locum defuncti parentis, quia ex eodem nati sunt, succedunt.

16, 6, 1 IDEM eodem libro:

Post suos ab intestato legitimi admittuntur, primum consanguinei. [consanguinei] sunt frater et soror, qui in eiusdem potestate patris fuerunt, etsi ex diuersis matribus nati sunt. consanguineos et adoptio facit et adrogatio [et] causae probatio et in manum conuentio.

16, 7, 1 IDEM eodem libro:

De[ficientibus] consanguineis legitimi uocantur. hi sunt agnati qui nos per patris cognationem contingunt uirilis sexus: nam sciendum feminis ultra consanguineas hereditates legitimas

c. 4, 2 *hinc rest. Vlpianus* 26, 1 a.

1 proximos i. e. cognatos *om. libri.* || 2 uirili *W.* || matres *libri.* || eisdem *B.* || id] his *B.* || 3 legem *B.* || intestato *Vlpianus.* || 4 cui suus] *Vlpianus*, cuius *libri.* || escit] est *libri.* || familia *B*, familiae *Vlpianus.* || 5 habeto] *Vlpianus*, habeatur *libri.* || eamdem *libri.* || 6 uocant *B*, uocantur *W.* || si agnatus] *Pithoeus*, signatus *B*, sic natus *W.* || 7 nec escit] nescit *libri*, nec (*seq. sp. uac.*) *Vlpiani codex.* || familias *W.* || habento nunc nec ullus est *addidi.* || 8 hinc] hanc *libri.* || usu sunt] usui est *W.* || 9 idem (*sic B ind. W*, item *B text.*) ab intestato institutionum *libri.* || 11 ad *W.* || differtur *W.* || 13 fuerint *W.* || qui sunt *addidi.* || 14 quia] *scripsi*, qui *libri.* || 15 succesdunt *W.* || 16 item *B.* || liber *B* (*ind.*). || 17 post suos] *B* (*text.*), post tuos *W*[1], post duos *W*[2], postumos *B* (*ind.*). || intestato] intestos *B* (*ind.*). || legitim(a)e *libri.* || primi *W.* || 18 consanguinei *addidit Lenel paling. Vlp. fr.* 1926. || fratres *B.* || eisdem *B.* || 19 potestatem *libri.* || patres *B.* || fuerint *W.* || 20 et *addidi.* || 21 manu *B.* || 22 item *B.* || liber *W.* || 23 deficientibus consanguineis] *scripsi*, de (*sic ind.*, et *text.*) consanguineis *B*, et consanguinei *W.* *cf. Vlpianus Dig.* 37, 2, 2 *pr.*: post consanguineos admittuntur agnati, si consanguinei non sunt, merito: nam si sunt consanguinei, licet non adierint hereditatem, legitimis non defertur. || 24 nos] non *W.* || uiris *B*, uirili *W.* || 25 consanguineis *B*[a].

16, 7, 2 non deferri. suis praetor solet emancipatos liberos itemque ciuitate donatos coniungere data bonorum possessione, ita tamen, ut bona si qua propria habent, his qui in potestate manserunt conferant. nam aequissimum putauit neque eos bonis paternis carere per hoc, quod non sunt in potestate neque praecipua bona propria habere, cum partem sint ablaturi suis heredibus.

16, 8, 1 IDEM libro qui supra [sub titulo] de suis heredibus:

Post agnatos praetor uocat cognatos: cognati autem sunt, qui nos per patrem aut matrem contingunt: post cognatos
2 uirum et uxorem. et haec, si qui decessit non fuit libertinus uel stirpis libertinae: ceterum si libertinus est uel libertina, patrono eius legitima hereditas patronaeue lege duodecim tabularum defertur.

16, 9, 1 IDEM eodem libro:

Post familiam patroni uocat praetor patronum et patronam, item liberos et parentes patroni et patronae, deinde
2 uirum et uxorem, mox cognatos patroni et patronae. quod si is qui decessit liber fuit [nec] ex remancipatione manumissus, lex quidem duodecim tabularum manumissori legitimam hereditatem detulit, sed praetor aequitate motus decem personas cognatorum ei praetulit has: patrem matrem, filium filiam, auum auiam, nepotem neptem, fratrem sororem, ne
3 quis occasione iuris sanguinis necessitudinem uinceret. sed imperator noster in hereditatibus quae ab intestato deferuntur eas solas personas uoluit admitti, quibus decimae inmunitatem ipse tribuit.

(*reliqua desunt*)

1 praeter *W.* || solet *om. W.* || et mancipatus *B.* || 2 ciuitatem donatus *libri.* || possessiones *libri, quorum W hic finit.* || ita tamen] hi tamen *B.* || 3 si] sit *B.* || 4 conferat *B.* || 5 quod] *Boecking*, qui *B.* || 6 precipuam bonam *B.* || ablaturis suis hoc redibus *B.* || 8 item *B.* || liber *B* (*ind.*). || sub titulo *om. B.* || 9 agnatos, *non* consanguineos, *ut alii rettulerunt*, *B.* || 13 patronum *B.* || patronauae legem *B.* || 14 refertur *B.* || 17 idem *B.* || liber *B* (*ind.*). || 18 cognatus *B.* || 19 libero *B.* || nec *addidi.* || remacipationem *B.* || 20 manumissoris legitima *B.* || 23 auum] auium *B.* || nepotem] nepote *B.* || 24 occansionem *B.* || 26 inmunitate *B.*

# CONSVLTATIO

VETERIS CVIVSDAM

# IVRISCONSVLTI

EDIDIT

P. KRVEGER.

ASHMOLEAN OXFORD MUSEUM

cf. F. Schulz, Hist. of Rom. Leg. Science 323

Hoc titulo inscripsit Cuiacius tractatum qui sequitur, quem in operum suorum collectione Parisiis 1577, in fronte Consultationum (uol. I p. 271 sqq.) edidit. hunc tractatum cum Cuiacius iam a. 1563 ab Antonio Loisello accepisset, inde eas Pauli sententias, quae ex eo demum innotuerunt, itemque nonnullas constitutiones a. 1564 in Obseruationum libro VII c. 5. 26. 27 ediderat (3, 6—9. 4, 3. 7 extr. 5, 5—7. 6, 5a. 6. 8. 9. 13), deinde easdem sententias et constitutiones fere omnes quae in hunc tractatum receptae sunt collectioni librorum iuris Anteiustiniani a. 1566 Lugduni editae inseruerat[1]). denique postquam a. 1577 ipsam Consultationem edidit, alteram Consultationis editionem ei fontium iuris Anteiustiniani collectioni, quae a. 1586 Parisiis prodiit, Cuiacius ita inseruit, ut ab editione anni 1577 in nonnullis locis recederet et tractatus exitum (9, 17—19) in illa nescio quo errore omissum[2]) tum demum restitueret. quod autem ne eis quidem textibus, qui annis 1562 et 1566 publicati sunt, omnino cum editione anni 1577 conuenit, id inde explicandum uidetur esse, quod Cuiacius cum in illis genuinam locorum faciem restituere temptasset, in Consultatione edenda traditam lectionem ita retinendam esse putarit, ut ab ea non recederet nec ad coniecturas refugeret, nisi de uitio constaret. itaque cum codicis Loiseliani post Cuiacium nullum uestigium apparuerit[3]), ex quattuor illis Cuiacii editionibus (reliquae enim omnes ab his pendent) Consultationis con-

[1]) Extant in hac editione 1, 6—10. 2, 6. 7. 3, 6—9. 4, 3. 7. 9—11. 5, 5—7. 6, 5a. 6. 8. 9. 10. 9, 1—11. 13—16. 18. 19.

[2]) 9, 18. 19 iam anno 1566 editae sunt.

[3]) In libro Parisiensi 9652 (olim Suppl. Lat. 779, cf. Haenel Nouellae p. XIV), ex quo Loisellus eodem fere tempore Maioriani Nouellas cum Cuiacio communicauit (Cuiacius eas a. 1566 primum edidit), Consultationem neque inesse neque in eo umquam fuisse libro perlustrato Mommseno nuntiauit H. Omont.

textus a nobis restitutus est: earumque lectionis discrepantiam plenam perpaucis et manifestis typothetarum Cuiacianorum erroribus suppressis huic editioni subiecimus.

*Cui.* 1564 = Cuiacii Obseruationum liber VII.
*Cui.* 1566 = Codicis Theodosiani libri XVI etc. Lugduni 1566.
*Cui.* 1577 = Cuiacii Opera. Parisiis 1573 uol. I p. 271—280.
*Cui.* 1586 = Codicis Theodosiani libri XVI etc. Parisiis 1586. Pars II p. 125—134.

1, 1 Consuluisti me, utrum inter fratrem et sororem habita
de rebus diuidendis pactio uirtutem aliquam possit retinere:
quam tamen pactionem dicis mulierem illam metu mariti et
imperio subscripsisse et ignorasse, quae uel quales condiciones
1, 2 ipsi pactioni fuissent inditae uel insertae. Ergo si ita est,
quemadmodum tua consultatione significas, pactum huiusmodi
iure dissoluitur nec stare poterit, quia legum beneficiis omni-
1, 3 modis impugnatur. Primoreque iuxta id quod proposuisti
capite inuiti pactio et metu coacti ipsis legibus de pactis
clamantibus apertissime infirmatur: nam manifeste constitutum
1, 4 est, ne quispiam pacisci cogatur inuitus. Dein textus memora-
tarum legum sic continet: 'quas libero arbitrio et uoluntate
'confecit': quis erit tam destitutus sapientia et uacuus intellectu,
ut dicat illam pactionem fortem et firmam esse debere, quam
mulier metu coacta mariti subscripsit imperio, ac sic liberam
uoluntatem et proprium arbitrium non intellegitur habuisse?
1, 5 Ac per hoc ipso legum capite, sicut iam supra dictum est,
tale pactum nullius iudicatur esse momenti, quantum leges
subter annexae testantur.

1, 6 Ex corpore Gregoriani lib. II:

Imp. Seuerus A. Iulio Conserturino. Ea, quae per uim et metum gesta sunt, etiam citra principale auxilium irrita esse debere iam pridem constitutum est. Accepta kal. Iul. Dextro II et Crispino conss. a. 196

1, 7 Item alia ex corpore et libro supra dicto:

Imp. Antoninus A. Iuliae Basiliae. Pacta, quae ab inuitis contra leges constitutionesque fiunt, nullam uim habere indubitati iuris est et cet. PP. V kal. Aug. Antonino A. VI et Albino conss. a. 213

c. 1, 4 legum] *cf.* 1, 12.
c. 1, 7 (*hanc paragraphum exscripsit Iuo Decr.* 16, 21) = *Cod. Iust.* 2, 3, 6.

8 primoreque] primo ordineque *Cui.* 1586 *in marg.* || 21 conserturino] *hoc cognomen corruptum est.* || 24 crispino] *requiritur* prisco. || 25 et libro *uidetur errore scriptum esse; quae enim sequuntur ad libri I titulos de pactis et de transactionibus pertinent.* || 26 ab inuitis *om. Cod. Iust.* || 27 contra] uel contra *Huschke.* || fiunt] uel contra bonos mores fiunt *Cod. Iust.* || 28 est iuris *Iuo.* || a. VI *Cui.* 1586, a. *Cui.* 1566, 1577: a. IIII et balbino conss. *Cod. recte.*

1, 8 Imp. Alexander A. Dionysio. Ad locum: Pactum, quod
mala fide factum est, irritum esse et cetera. PP. II id. Sept.
Alexandro Aug. cons. a. 222
1, 9 Item alia eodem libro et corpore:
Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Aurelio Heraclidi.
Si non ex mandato uxoris tuae aduersario eius cautionem remisisti, idque euidentibus documentis monstrari potest, quod citra conscientiam uxoris tuae et ea inuita factum est, carebit effectu. PP. VIII id. Sept. Diocletiano V et Maximiano III conss.
1, 10 Item alia eodem libro et corpore:
Impp. Carus et Numerianus AA. Aurelio. Cum fraudis studio transactionem interpositam esse dicas, quod inter uos gestum est, infirmat iuris auctoritas et reliqua. PP. VI idus
Decemb. Caro et Carino consulibus. a. 283
1, 11 Ergo si leges seruantur et custodiuntur principum statuta,
pactionem, de qua locuti sumus, manifestissimum est nullas
1, 12 uires habere. nam hoc loco Theodosiani legem de pactis pro
hoc credidi inserendam, quia initium ipsius constitutionis tale est, ut dicat: 'Si aduersum pacta uel transactiones, quas libero 'arbitrio et uoluntate confecit, putauerit esse ueniendum, et 'poenam reddat et emolumenta perdat et infamiam incurrat': sed ille, qui liberum arbitrium habuit, non ille, qui inuitus fecit et faciendi uoluntatem non habuit.
2, 1 Secundo loco me consulendum sub hac uoce duxisti, ut
diceres diuisionem in castello sic factam a marito mulieris
ipsius, ut illa nesciente domus cum membris suis uel hospi-
2, 2 tiis circumiectis diuisa sit. Sine conscientia uxoris si ea prae-
dictus maritus fecerit nulla aequalitate seruata, nulla compensatione in omnibus custodita, ad haec uerba ex legum constitutione respondi maritum in negotiis uxoris sine mandato non recte aliquid definire: nec posse aliquid firmum et stabile esse, quod sine conscientia uxoris de rebus uxoriis uisus fuerit transegisse, praesertim si doceatur inutilis esse et sine aequa-
2, 3 litate uel compensatione ipsa diuisio. Notum est, quod etiam
si mandato uxoris niteretur et fraudulenta diuisio uel minus

c. 1, 8 (*hanc* § *exscripsit Iuo Decr.* 16, 21) = c. 9, 11 *Cod. Iust.* 2, 3, 8.

c. 1, 12 Theodosiani legem] *i. e. Cod. Theod.* 2, 9, 3.

1 dionysio] aurelio dion. c. 9, 11. || 2 est factum *Iuo.* || esse] esse debet *Iuo.* || 9 V (V *om. Cui.* 1566. 1577) et m. III] *aut* IIII et m. III (*a.* 290) *aut* V et m. IIII (*a.* 293) *scr.* || conss.] aa. coss. *Cui.* 1566. || 11 imppp. carus carinus et num. aaa. *requiritur.* || 14 decemebris *Cui.* 1577. || 19 dicat *Cui.* 1586, dicas *Cui.* 1577. || 27 sine consc. ux. *cum Huschkio ad seqq. traximus, ad praecedentia rettulit Cuiacius.* || 31 et *om. Cui.* 1577.

aequalis posset ostendi, uacua et inanis specialiter remaneret.
2, 4 Adde quod sine uxoris conscientia maritus dicitur definisse, qualem poterit habere uirtutem? aut quid ualebit, cum primum
2, 5 uxor hoc refragari uoluerit? Sed ne forte dicat 'amplexa es 'diuisionem et acquieuisti rebus diuisis', respondendum est legaliter et pro omni ueritate hoc specialiter habendum, quia etiam inter maiores personas et legales si fraudulenta diuisio facta probetur, legibus rescinditur, et a iudice diuisio ipsa aestimantibus magnis uiris ad meliora reducitur, et facta compensatione firmior diuisio constituitur, sicut lex infra scripta euidenti lectione declarat.

2, 6 Ex corpore Gregor. libro III:

Imperatores Diocletianus et Maximianus AA. Aureliae Seuerae. An diuisio, quam iam factam esse proponis, conuelli debeat, rector prouinciae praesente parte diuersa diligenter examinabit: et si fraudibus eam non caruisse perspexerit, quando etiam maioribus in perperam factis diuisionibus soleat subueniri, quod improbum atque inaequaliter factum esse constiterit, in melius reformabit. PP. XVII kalendas Iul. ipsis VI et Constantio III conss. a. 290

2, 7 Item alia eodem libro et corpore:

Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Aproniae Mammae. Si diuisio inter te et sororem tuam non bona fide facta est, etiam citra principalis restitutionis auxilium, quod etiam maioribus tribui solet, ad aequitatis temperamentum reformari potest et cet. PP. VI kalendas Iul. Maximiano II et Aquilia consulibus. a. 286

3, 1 Tertio loco uel capite interrogandum me specialius censuisti, utrum contra iudicium iri possit, quod aduersus maritum in causa mulieris prius datum est, eo quod mandato usus fuerit uxoris suae et in causa ipsa uictus abscesserit et contra eum iudicium prolatum fuerit. addidisti etiam, quod mandatum neque gestis legaliter fuerit allegatum, nec satisdatorem dedisset ille ipse procurator ab uxore factus, et
3, 2 sic causam dixisset, quam agebat. Quod si uerum est, illud iudicium dici non potest. sed nec iudices sine uerecundia et turpitudine erunt, qui personam in ipso litis initio non in-

c. 2, 6 = *Cod. Iust.* 3, 38, 3.

11 enidenti *Cui.* 1577 *errore.* || 13 seuerae] septimiae *Cui.* 1566. || 16 prospexerit *Cui.* 1586. || 17 quando etiam . . . soleat] quamuis . . . non soleat *Cui.* 1566. || in *om. Cui.* 1577. || 18 quod] tamen quod *Cui.* 1566. || 19 ipsis IIII et III aa. conss. *Cod. Iust. recte.* || iulii *Cui.* 1577. || 20 constantino *Cui.* 1566. || 24 principale *Cui.* 1566. || 26 aquila *Cui.* 1577: maximo II et aquilino *requiritur.* || 34 quam agebat *om. Cui.* 1586.

quisierunt, sicut est legum, nec fecerunt, ut satisdatorem daret
procurator, quod et consuetudinis est et re uera legaliter ob-
seruatur. ac praeterea si hoc factum non est, nullam per-
sonam habuit litigandi. sed nec illi potuerunt in causa pro-
ferre iudicium, ubi fuit procuratoris ludificatoria inanis et
3, 3 nulla persona. Quid potest esse miserius? quid abiectius?
quid legibus sic contrarium, ut ingrediatur audientiam se-
dentibus iudicibus ille, qui nullam in se habeat firmitatem et
3, 4 citra legum sollemnia uanas actiones intendat? Respice leges
subter adiectas: tunc intelleges, quod qui mandato utitur
satisdatorem dare debet. Sed in illo mandato hoc futurum
est, ubi aut uerbo mandatur aut gestis epistula mandati non
3, 5 legitur allegata. Ergo testimonium legum, sicut iam dictum
est, sequentium diligenter attendite: sic agnoscetis iudicium
stare non posse, ubi ad agendum sollemnis persona, id est
sollemniter ordinata, ingressa non fuerit.

3, 6 Ex Pauli sententiarum lib. I:

Voluntarius procurator, qui se negotiis alienis offert, rem ratam dominum habiturum cauere debet.

3, 7 Item alia eodem libro et corpore:

Actoris procurator non solum absentem defendere, sed et rem ratam dominum habiturum satisdare cogitur.

3, 8 Item alia eodem libro et corpore:

Petitoris procurator rem ratam dominum habiturum desiderante aduersario satisdare cogendus est, quia nemo in re aliena idoneus est sine satisdatione.

3, 9 Item alia eodem libro et corpore:

Si satis non det procurator absentis, actio ei absentis nomine non datur.

3, 10 Quid apertius, quam leges supra scriptae declarant, quod
nulla actio per procuratorem sine satisdatione intendi potest
3, 11 aut proponi? Ergo si actio non datur illi procuratori, qui
satis non dederit, quomodo poterit dici aut nominari iudicium,
ubi accusationis uestigium nullatenus inuenitur? Quid testi-
ficantur principes per constitutiones innumeras, nisi nulla esse
debere iudicia, ubi procurator satisdationem non dederit aut

c. 3, 6 = *Paul.* 1, 3, 3.
c. 3, 7 = *Paul.* 1, 3, 5.
c 3, 8. 9 = *Paul.* 1, 3, 7. 8.

1 legum *Cui.* 1586, legitimum *Cui.* 1577, aequum *Mommsen.* || 5 procuratoris *Cui.* 1586, *om. Cui.* 1577. || 12 non *om. Cui.* 1586. || 18 alienis negociis *Cui.* 1564. 1566. || 30 *expectes* quid ap. leges s. s. declarant quam quod. || 34 accusationis] satisdationis *Schulting.*

rem ratam dominum habiturum euidentissima sponsione firmarit? Attentus audi, quid loquitur lex subter adiecta: tunc intelleges cadere iudicia, quae sine procuratoris satisdatione fuerint omnino prolata.

3, 12 Ex corp. Theodosiani lib. II:

Impp. Valentinianus et Valens AA. Commune negotium et quibusdam absentibus agi potest, si praesentes rem ratam dominum habiturum cauere sint parati, uel si, quod ab his petitur, iudicatum solui satisdatione firmauerint. PP. VI id. Decem. diuo Iouiano et Varroniano conss. a. 364

3, 13 Item eodem libro et titulo:

Imppp. Gratianus Valentinianus et Theodosius AAA. Pancratio pf. p. In principio quaestionis persona inquiri debet, utrum ad agendum negotium mandato utatur accepto. quibus rite et sollemniter constitutis potest esse sententia: praeteritis autem his nec dici controuersiae solent nec potest esse iudicium etc. Dat. prid. non. Apr. CP. Antonio et Syagrio conss. a. 382

4, 1 In nomine dei quid tractari aut obseruari debeat, quoties pacta inter partes emissa fuerint, si condiciones tales interponantur, quae nec legibus nec rationi conueniunt.
4, 2 Quid agere aut obicere aduersario debeas, lectionibus subter adnexis poteris euidentius informari, quia tantum *de* dubiis rebus pacisci possumus. de rebus enim certis et incertis et futuris aut de crimine transigi nulla penitus ratione potest.

4, 3 Paulus sentent. lib. I tit. de pact. et conuentionibus uel transactionibus:

Functio dotis pacto mutari non potest, quia priuata conuentio iuri publico nihil derogat.

4, 4 In bonae fidei contractibus pactum conuentum alio pacto dissoluitur: et licet exceptionem pariat, replicatione tamen excluditur. eodem lib. et tit.

4, 5 Enimuero si de re iudicata aliqua pactio interponatur, stare legibus non potest. ad quam pactionem excludendam harum Pauli sententiarum proferes lectionem:

c. 3, 12 = *Cod. Theod.* 2, 12, 2.
c. 3, 13 = *Cod. Theod.* 2, 12, 3.
c. 4, 3 = *Paul.* 1, 1, 6: *uerba* 27 priuata . . . 28 derogat *exscripsit Iuo Decr.* 16, 201.
c. 4, 4 = *Paul.* 1, 1, 2.

8 parati sunt *Cod. Theod.* ‖ 10 uarronio *Cui.* 1577. ‖ 12 impp. *Cui.* 1577. ‖ 13 pf. p.] pp. *Cui.* 1577, pu. *Cod. Theod.* ‖ debet inquiri et utrum *Cod. Theod.* ‖ 18 dei nomine *Cui.* 1586. ‖ 22 quia *Cui.* 1586, quod *Cui.* 1577. ‖ de *om. Cui., addidit Schulting.* ‖ 23 incertis] gestis *Mommsen.* ‖ 32 § 5. 6 *uidentur collocandae esse post* § 10.

4, 6 Post rem iudicatam pactum, nisi donationis causa interponatur, seruari non potest: lib. I tit. de transact.

4, 7 Item eodem lib. et tit.:

Neque contra leges neque contra bonos mores pacisci possumus. De criminibus propter infamiam nemo cum aduersario pacisci potest.

4, 8 Idem lib. III tit. de institu. hered.:

Pacta uel condiciones contra leges uel decreta principum uel bonos mores nullius sunt momenti.

4, 9 Ex corpore Hermogeniani tit. de pact. et transact.:

Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Sebastiano. Neque ex nudo nascitur pacto actio, neque si contra bonos mores uerborum intercessit obligatio, ex his actionem dari conuenit et reliqua. PP. IIII kal. Iun. iisdem conss. a. 293

4, 10 Item eodem corpore et lib.:

Iidem AA. et CC. Flauio Rumitalo. Inter cetera et ad locum: Pactum neque contra bonos mores neque contra leges emissum ualet et reliq. PP. id. . . . AA. conss. a. 293

4, 11 Item eodem corpore et tit.:

Iidem AA. et CC. Zeuxiano Antonino. Pacto transactionis exactio iudicati non tollitur. unde si pater tuus condemnatus iudicio post transegit et soluit, solutione magis quam transactione tuum defende negotium, et reliq. PP. XVIII kal. Ian. ipsis AA. conss. a. 293

5, 1 In dei nomine quid tractari debeat, quotiens aduersarius aliqua sibi direpta sublata proposita intendit actione reposcere.

5, 2 Primore in loco debet personam suam, quae sit ad repetendum idonea, euidenter ostendere: et dum claruerit eum ad repetendum personam habere legitimam, in genere actionis quid aut quantum, aut quas species, in modum et mensuram uel summam et quantitatem debet specialiter designare et indubitanter ex-
5, 3 primere. Quae uniuersa secundum leges subter adnexas hi qui iudicaturi sunt petitorem implere compellunt: qui si aut

c. 4, 6 = *Paul.* 1, 1, 5 a.
c. 4, 7 = *Paul.* 1, 1, 4. 7.
c. 4, 8 = *Paul.* 3, 4 b, 2.
c. 4, 9 *iunge cum Cod. Iust.* 7, 16, 24 (s. IIII k. Ian. AA. conss.).

8 pacta uel *om. Paul.* || uel decr.] et decr. *Paul.* || 9 mores] mores adscriptae *Paul.* || 12 pacto nascitur *Cui.* 1566. || 15 lib.] tit. *scr.* (*Schulting*). || 16 et cc. *om. Cui.* 1566. || rumitalo] rhoemetalco *Mommsen.* || 18 id. *Cui.* 1577. 1586, iisdem *Cui.* 1566. || 20 zeuxiano *Cui.* 1577. 1586, zotiano *Cui.* 1566. || 23 reliq. *Cui.* 1586, caetera *Cui.* 1566. || XVIIII *Cui.* 1566. 1577, XVIIII *Cui.* 1586.

neglegere, aut satisfacere legibus fortasse nequiuerit, causam

5, 4 perdat secundum leges subter adnexas. Quibus modis causa petitor cadat, leges lib. I Paul. sentent. tit. de eo qui causa cadit ita:

Causa cadimus aut loco aut summa aut tempore aut qualitate. loco alibi: summa in repetendo: tempore ante petendo: qualitate eiusdem rei speciem meliorem postulantes.

5, 5 Item lib. I Pauli sentent. sub titulo si hereditas uel quid aliud petatur:

Hereditas pro ea parte peti debet, pro qua ad nos pertinet: alioquin plus petendi periculum incurrimus et causam perdimus.

5, 6 Ex corpore Hermogeniani tit. de calumniatorib. et plus petendo:

Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Aurelio Dextro. (inter cetera et ad locum:) Si tutor uel curator plus petierit, causa cadit. quod cum factum esse dicas, frustra a nobis remedium quaeris, quia te ratio iuris impugnat. PP. IIII id. Decemb. Nicomedia Constantio et Maximo conss. a. 294

5, 7 Item eodem corpore et *tit.*:

I*i*dem AA. et CC. Claudio Menandro. Quotiescumque ordinatis actionibus aliquid petitur, ideo petitor cogitur specialiter genus litis edere, ne plus debito aut eo quod competit postuletur. siue itaque fideicommissum siue fundus siue pars fundi siue domus siue pars domus siue debitum aut quodcumque petatur, specialiter designari debet petitionis summa uel quantitas, cum genus litis editur. si quis igitur plus eo quod ei competit uel debetur petierit, rem et causam de qua agitur perdit. plus enim petitur, sicut responsis prudentum continetur, summa loco tempore causa qualitate aestimatione. unde instructus istius lege rescripti excipe aduersarium apud iudicem competentem. quem si iudex plus petiisse perspexerit, extinctis aduersarii tui petitionibus pro partibus tuis sententiam

c. 5, 4 = *Paul.* 1, 10.
c. 5, 5 = *Paul.* 1, 13b, 5.

1 neglegere] neglegere ausus fuerit *Mommsen.* || 3 cadit *Cui.* 1586. || 6 in (in *om. Cui.* 1586) repetendo t. a. petendo] plus tempore petendo ante tempus *Paul.* || 7 postulantes *Cui.* 1586 *Paul.*, postulando *Cui.* 1577. || 19 nicomediae *Cui.* 1564. || maximiano *scr.* || 20 item e. c. et tit. iidem aa. *Huschke,* idem e. c. et iisdem *Cui.* || 21 minandro *Cui.* 1564. || 23 debito aut] ab *Cui.* 1564. || 24 siue itaque . . . 30 aestimatione *om. Cui.* 1564. || 27 igitur *Cui.* 1566. 1577, itaque *Cui.* 1586. || eo *Schulting,* ab eo *Cui.* || instructus *Cui.* 1586, *om. Cui.* 1566. 1577.

dicet. PP. Mediolano XII kalendas Apriles Tusco et Aquilino conss. a. 295

(Hic require, qualiter actionis editio pulsato fiat.)

6, 1 Iuuante deo quid tractari debeat aduersus eum, qui se heredem dicit alicuius aut ad se hereditatem personae cuiuslibet
6, 2 aestimat posse competere. Et dum agere forsitan temptauerit, primore in loco debet euidenter ostendere se personam habere legitimam: et hoc dum ostenderit, ut iuris legumque dictat auctoritas, genus actionis edere debet, in quo manu sua subscribat: quo dato genere actionis, acceptis triduanis indutiis quarto die respondeat aduersarius suus, ut leges praecipiunt, responsionibus saluis pulsato, quae de iure et legibus suffragantur, salua etiam actione calumniae: quia dum calumniator qui pulsat ostensus fuerit, qualis sit poena calumniae, legibus subter adnexis ostenditur: sic tamen, ut ipse probet, quemadmodum sua interest, et ostendat ad se uniuersa quae repetit perti-
6, 3 nere. Illud praecipue summa cum cautela obseruari oportet, ut, si aduersarius scripturam aliquam donationis ostender*it*, primore in loco fidem faciat scripturae: quam dum fecerit, in eadem munificentia singulae quaeque res si scriptae fuerint quae donantur, sicut leges iubent, ualet facta donatio, et si eas dum uixit in bonis suis habuit, aut eius iuri uel dominio competebant, aut si lite contestata de hac luce migrauerit. quae uniuersa qualiter et quibus modis adstruere, defensore uel aduersario diuinitatis auxilio resistere debeas, inferius con-
6, 4 tinentur adscripta. Et ne forte dicat aduersa pars aliqua sibi principali rescripto aut praeceptione fuisse concessa, ad huiusmodi uersutiam potest pulsatus modis omnibus replicare, principem ea semper uelle concedere, quae legibus rationique conueniunt: quia causa, quae nullam de legibus sortitur firmitatem, in praeiudicium alterius a principe non potest sumere firmitatem, sicut idem inferius declaratur.

6, 5 Petitio hereditatis, cuius defunctus litem non erat contestatus, ad heredem non transmittitur. Lib. I sententiarum tit. VI si hereditas uel quid aliud petatur.

6, 5a Qui petit hereditatem, ipse probare debet ad se magis quam ad eum qui possidet siue ex testamento siue ab intestato

c. 6, 5 = *Paul.* 1. 13b, 4.
c. 6, 5a = *Paul.* 1, 13b, 6.

1 aprilis *Cui.* || anullino *requiritur.* || 3 *uerba* hic . . . fiat *scholiastes adiecit.* || actionis edito *Cui.* 1586, *ad quod in marg. adnotat* cautio a pulsato. || 11 *ante* respondeat *desideratur contradictio pulsati.* || 18 ostenderit] ostenderit et *Cui.* || 24 defensore] et defensori *Schulting.* || 27 huiusmodi *Cui.* 1586, huius mali *Cui.* 1577. || idem] item *Mommsen.* || 36 ipse *om. Cui.* 1564. || 37 ad] eam ad *Cui.* 1564.

pertinere. Idem eodem libro sententiarum receptarum eodemque titulo si hereditas etc.

6, 6 Eas res, quas quis iuris sui esse putat, petere potest, ita tamen ut ipsi incumbat necessitas probandi eas ad se pertinere. Idem eod. leges lib. et tit. IIII.

6, 7 In petitione hereditatis ea ueniunt quae defunctus mortis tempore dereliquit, uel ea quae post mortem ante aditam hereditatem ex ea quaesita sunt. Eod. lib. et tit. si hereditas uel quid aliud petatur.

6, 8 Lib. II sent. Pauli tit. ex empto et uendito:

Heredibus debitoris aduersus creditorem, qui pignora uel fiducias distraxit, nulla actio datur, nisi a testatore inchoata ad eos transmissa sit.

6, 9 Lib. III Paul. sent. tit. de legatis:

Post diem legati cedentem actio, quae inchoata non est, ad heredem non transmittitur.

6, 10 Item qualiter donatio fieri debeat: ex corpore Hermogeniani tit. de donat. inter uir. et uxor.:

Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Septimio Sabiniano. Cum de bonis tuis partem quidem tertiam penes te retinuisse, partem uero tertiam in eum, quem tu in potestate habebas, ac tertiam in emancipatum donationis titulo contulisse commemores, non est iuris incerti, in eum quidem, qui in sacris familiae tuae remanet, destinationem magis paternae uoluntatis factam, quam perpetuam donationem peruenisse: nec in emancipatum translatam, si generaliter eidem partem tertiam bonorum donasti, quia generaliter bonorum portionem donari non posse, cum singulae res nominari debeant, quae donatione mancipatione uel in iure cessione transferuntur et reliqua. Dat. prid. kal. Mai. Heraclea ipsis AA. conss. a. 293

c. 6, 6 = *Paul.* 1, 13b, 7.
c. 6, 7 = *Paul.* 1, 13b, 1.
c. 6, 8 = *Paul.* 2, 17, 15.
c. 6, 9 = *Paul.* 3, 6, 3.
c. 6, 10 = *Cod. Iust.* 8, 53, 11.

1 sententiarum ... eodemque *Cui.* 1577, et *Cui.* 1586. || 5 idem] item *Huschke.* || 7 reliquit *Paul.* || 19 aa.] aa. et cc. *Cod.* || 20 tertiam *om. Cod. Iust.* || 21 tertiam *om. Cod. Iust.* || tu *om. Cui.* 1566 *Cod. Iust.* || 22 habes *Cod. Iust.* || ac t. in em. *Cod. Iust.* || 23 incerti iuris *Cod. Iust.* || quidem *om. Cod. Iust.* || 25 perpetuam] perfectam *Cod. Iust.* || 26 nec *seqq. om. Cod. Iust.* || eidem partem *Cui.* 1566. 1586, idem pater *Cui.* 1577. || 28 donari non posse *Cui.* 1586, donari non potest *Cui.* 1566, donare non posses *Cui.* 1577: *fortasse* constat *suppl.* || 29 mancipatione *Cui.* 1566, emancipatione *Cui.* 1577. 1586. || 30 dat.] s. *Cod. Iust.* || maii. *Cui.* 1577.

6, 11 Idem eod. lib. et tit.:

Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Cretiano Maximo. Nec uenditio donationis causa bonorum omnium ualet, sed rerum singularum nominatim donatio facta capit effectum et cet. Dat. VIII kal. Ian. Caesaribus conss. a. 294

6, 12 Item leges legatum, si per codicillos dimissum fuerit, sine testamento ualere non posse.

Ex corpore Hermogeniani tit. de donat. inter uir. et uxor.:

I*i*dem AA. et CC. Aurelio Altino. (inter cetera et ad locum:) Codicillis autem sine testamento legatum nec adimi nec dari potest. Datum sub die VIII kal. Ian. Nicomedia CC. conss. a. 294

6, 13 Item leges, qua poena calumniatores plectendi sint.

Ex corpore Hermogeniani tit. de calumniatorib.:

Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Quintiano. Tibi magis quam aduersario, qui per calumniam petit, contra quem supplicas, iudicio tutelae conuenit excipere actionem, ad quam respondere debes: quippe si per calumniam hoc eum facere confidis, remedio repromissionis initio postulatae calumniae decimae partis eius quod petit tibi condemnari eum desiderare potes. PP. XI kalend. Nouemb. AA. conss. a. 293

6, 14 Item leges, qualiter petitor probare debeat quod intendit, non ab aduersario instrui.

Ex corpore Hermogeniani tit. ad exhib.:

Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Aurelio Diogeni. Nimis graue est quod petitis, urgueri ad exhibitionem partem diuersam eorum, per quos sibi negotium fiat. unde intellegitis, quod intention*i* uestra*e* proprias adferre debeatis probationes, non aduersum se ab aduersariis adduci. PP. kal. Mai. AA. et CC. conss. a. 293

6, 15 I*t*em eodem corpore tit. ubi agi debeat:

Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Flauianae. (inter

c. 6, 14 = *Cod. Iust.* 4, 20, 7.

2 aa.] aa. et cc. *requiritur.* ‖ 9 iisdem *Cui.* ‖ altino] alpino *Mommsen.* ‖ 11 dat. *Cui.* 1566. ‖ 14 tibi . . . 15 petit contra quem suppl. *Cui.* 1577, tibi . . . petit suppl. contra quem *Cui.* 1586, sibi . . . petit supplicas* iudicio *Cui.* 1566, *om. Cui.* 1564. ‖ 16 excipere *Cui.* 1577, excipi *Cui.* 1564. 1566. 1586. ‖ 18 decimae partis *Cui.* 1577, in decimam partem *Cui.* 1564. 1566. 1586. ‖ 19 petit *Cui.* 1577, petiit *Cui.* 1564. 1566, competit *Cui.* 1586. ‖ tibi *om. Cui.* 1566. ‖ 20 pp. xı *Cui.* 1586, dat. xı *Cui.* 1564. 1566, pp. *Cui.* 1577. ‖ 24 aurelio diogeni] diogeni et ingenuo *Codicis Iust. libri.* ‖ 25 urgeri *Cui.* 1577. 1586. ‖ diuersam *Cui.* 1566. 1586 *Cod. Iust.*, aduersam *Cui.* 1577. ‖ 27 intentioni uestrae *Cui.* 1586 *Cod. Iust.*, intentiones uestras *Cui.* 1577, intentionis uestrae *Cui.* 1566. ‖ debetis *Cui.* 1566 *Cod. Iust.* ‖ 28 aduersus *Cod. Iust.* ‖ pp.] s. VI *uel* s. VI *Cod. Iust.* ‖ maii *Cui.* 1577. ‖ 29 et cc. *om. Cui.* 1566 *Cod. Iust.* ‖ 30 item] idem *Cui.* ‖ 31 aa.] aa. et cc. *requiritur.*

cetera et ad locum:) Quaecumque ad te pertinentia detineri dicis ab his quorum meministi, uel probaueris tibi deberi, praeses prouinciae restitui prouidebit. PP. VII id. Ian. AA. conss. a. 293

6, 16 *It*em eod. corpore tit. de instrum.:

Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Iulio Pancratio. (inter cetera et ad locum:) Omissis itaque istiusmodi moris, si intentionem suam incipiat aduersarius tuus implere, praescriptionibus temporis uel alterius et tu causam magis tuam defende, habens securitatem uictoriae, si quod intendit aduersarius tuus probationibus implere non possit. PP. dd. Diocletiano V A. et Maximiano A. conss. a. 293

6, 17 Item leges, quod scriptura, quae nullam de legibus habeat firmitatem, firmari a principe non debet.

Eodem corp. tit. de testament.:

Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Aurelio Secundino optioni. (inter cetera et ad locum:) Scriptura, quae nec iure nec legibus consistit, nec a nobis hanc confirmari conuenit, quippe cum beneficia citra cuiusquam iniuriam petentibus decernere minime soleamus. PP. VII kalend. Nouemb. Marcianopoli CC. conss. a. 294

6, 18 Item leges, qualiter, quod actor habuit, hoc eius heredi possit competere.

Ex corpore Hermogeniani tit. de successionibus:

Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Aurelio Asterio. (inter cetera et ad locum:) Si secundum edicti formam testamentum obsignatum extitit, bona, quae cum moreretur auctor tuus, eius fuerunt, sollemniter petes et rel. PP. III kalendas April. Sirmio CC. conss. a. 294

6, 19 *It*em eodem corpore tit. de pact. et transact.:

Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Eusebio. (inter cetera et ad locum:) Manifesti atque euidentis iuris est, ante-

c. 6, 16 *uidetur cohaesisse cum Cod. Iust.* 3, 19, 1.
c. 6, 18 *iungenda est cum Cod. Iust.* 3, 31, 8. 6, 59, 4. 7, 16, 27.
c. 6, 19 = *Cod. Iust.* 6, 30, 7.

1 detineri . . . uel probaueris *Cui.* 1577. 1586, quae detineri . . . probaueris *Cui.* 1566. || 4 item *Huschke*, idem *Cui.* || 7 perscriptionibus *Cui.* 1586. || 8 alterius] *fortasse* aliter *scr.* || 9 uictoriae *Cui.* 1577. 1586, uictoria est *Cui.* 1566. || 10 pp. dd. diocl. V a. et max. a. (diocl. V et maximiano aa. *Cui.* 1566) conss. *Cui.*, d. id. april. aa. conss. *Cod. Iust.* 3, 19, 1. || 15 et *om. Cui.* 1577. 1586. || aa.] aa. et cc. *requiritur.* || 16 scripturam *Cui.* 1566, scriptura si *Mommsen.* || 17 hanc *om. Cui.* 1566. || 18 citra] nisi citra *Mommsen.* || cuiusdam *Cui.* 1586. || 21 auctor *Huschke.* || 24 aa.] aa. et cc. *leges iungendae.* || 26 signatum *Cui.* 1566. 1586. || auctor *Cui.* 1566, actor *Cui.* 1577. 1586: *cf. Cod. Iust.* 7, 16, 27. || 27 petis *Cui.* 1566. || pp.] d. *leges iungendae.* || 29 item *Huschke*, idem *Cui.* || 30 aa.] aa. et cc. *Cod. Iust.*

quam cerneret uel pro herede gereret uel bonorum possessionem peteret defuncta, successionem eam non potuisse ad heredes suos transmittere. PP. X kal. Mart. iisdem AA. conss. a. 293

6, 20 Item leges, qua poena calumniatores plectendi sunt, lib. I sentent. tit. de calumniator.:

Calumniosus est, qui sciens prudensque per fraudem negotium alicui comparat.

6, 21 Idem lib. V tit. de priuatis et publicis iudiciis:

Omnes calumniosi extra ordinem pro qualitate admissi plectendi sunt.

7, 1 Quantum ad nos delatae pactionis textus insinuat, potius contra bonos mores chartula ipsa litigii seminarium propagauit, quam tum utili deliberatione adsurgentium iurgiorum scandala resecauit. dinoscitur itaque calliditas dictantis non
7, 2 habuisse prudentiam. Dum igitur contra legum iurisque ordinem ueniens iustam arbitrii ignorauit custodire mensuram, quae tanta duarum personarum dignitas potuit reperiri, aut quae intra regionem tanta fuit defectio iudicantium, ut nec triumuirale iudicium etiam de rebus iudicatis male paciscentium non tam electio, sed, quod uerius dici constat, facilitas eligeret? de rebus enim iudicatis soli principi et contra iudices licuit iudicare, aut si ita conuenerat, ut iudicii uinculum sol-
7, 3 ueretur. Ergo pactio ipsa iudicii ordinem et constitutionem infirmat, quae discingit, quod tamen non paciscendo, sed donando fieri potuisset, secundum sententiam Pauli iuridici, cuius sententias sacratissimorum principum scita semper ualituras ac diualis constitutio declarauit.

7, 4 Pauli sent. I lib. de pact.:

Nec contra leges nec contra bonos mores pacisci possumus.

7, 5 Item eod. lib. et tit.:

Pactum contra ius aut constitutiones aut s. c. interpositum nihil momenti habet.

7, 6 Item ex corpore Pauli de pact. et conuentis:

c. 6, 20 = *Paul.* 1, 5, 1.
c. 6, 21 = *Paul.* 1, 5, 2 *Dig.* 48, 16, 3.
c. 7, 3 *u.* 26 principum scita . . . diualis constitutio] *Cod. Theod.* 1, 4, 2. 3.
c. 7, 4. 5 = *Paul.* 1, 1, 4. 4a.
c. 7, 6 = *Paul.* 1, 1, 5a.

2 defuncta *Cui.* 1577. 1586, defuncto *Cui.* 1566, defunctam *Cod. Iust.* || 3 x . . . iisdem] k. mai. Thiralli *Cod. Iust.* || 8 lib. . . . 9 omnes] eod. lib. et tit.: Et in priu. et in p. iudiciis omnes *duce Paulo scr.* || 13 tum utili *corruptum est.* || 20 dici *om. Cui.* 1577. || 21 eligisset *Cui.* 1586. || 24 quae] atque *Pugge.* || tamen non] non tam *scr.* || 27 declarat *Cui.* 1577.

Post rem iudicatam pactum, nisi donationis causa interponatur, seruari non potest.

7, 7 Intellegis memoratae pactionis constitutionem iuridici
auctoris sententiis uacuam. quid, inquam, ulterius requiren-
dum? Dicit pars aduersa: pacti sumus libero arbitrio, nullo
cogentis imperio, tibi et bonis moribus constat. si certum
non contra iussa et senatus consulta, quae iudicata sunt prius,
effectui contradantur: et de his, quae altercationi superesse
noscuntur, sit dignus ac legalis numerus iudicum, qui cuncta
7, 8 lata sententia moderata ratione discingat. Certe si necesse
est rusticis improbisque moribus aliquid amplius satisfieri, ipsi
duo, quos quasi praefata cartula nominauit, sub praesentia
electarum personarum, defensore quoque adhibito appellen-
tur, ut, si praesumunt aut putant iustum uel legale,
audiant quae partes iurgantium crediderint intimanda: et si
ipsius cartulae, quae iam dignoscitur iuris formulis uacuata,
modum aestimant se supplere, promant de agnitis legis sen-
7, 9 tentiam. Tunc et ipsi sentient, *quae* sit temeritas iudicantis,
ubi minor numerus post maiorem, praeterea et religiosorum,
quos non summi pontificatus honor attollit, contra res iudicio
terminatas praesumpserit ferre sententiam: ac si destiterint,
contestatio allegetur, illos aut differre aut non praesumere,
aut electionem impleant paciscentium. demum si quae in
contentionem ueniunt, aut ampliori numero iudicum aut
summae potestatis sunt arbitrio decernenda.

7 a, 1 Deinde uero (quod minime fuerat necessarium consulta-
tionem nostram tuis utilitatibus sciscitari) si auus maternus
nepoti aliqua contulisse noscatur, utrum in iure eius manere
debeant, an matri in possessione sua consorti persuasionibus
lubricis imputari, pro eo fortasse, quod usufructuaria mater sit
de proprietate filii constituta, ac, si filiae proprium uel cuilibet
extraneo aliquid reliquisset, domino de facultate sua testari non
licuit, cumque etiam si pater filii superesset, nec ad ipsum,
ab auo materno quod nepoti collatum fuerat, pertineret: hoc

c. 7, 7 *uerba u.* 3 libero . . . 4 imperio *ex Cod. Theod.* 2, 9, 3 *sumpta sunt: cf.* c. 1, 12.

6 sibi bonis moribus constet *Cui.* 1586, tibi et b. m. consta *Mommsen: quae sequuntur corrupta sunt.* ‖ 7 iussa et] *expectes fere* ius aut constitutiones aut. ‖ 9 sit dignius *Cui.* 1577, si dignus *Cui.* 1586. ‖ 10 moderata ratione *Cui.* 1577, moderatione *Cui.* 1586. ‖ 12 quasi *om. Cui.* 1577, quasi iudices *Mommsen.* ‖ 17 quae *Huschke,* quid *Cui.* ‖ 25 quod] quo de *Mommsen.* ‖ 26 sciscitari *intellege passiue usurpatum.* ‖ 29 mater sit *om. Cui.* 1577. ‖ 30 filiae propriae (*id est sorori nepotis*) *fortasse scr.* ‖ 31 domino] nisi domino *Mommsen.* ‖ 32 liceat cum etiam si *fortasse scr.* ‖ 33 hoc *Cui.* 1586, ut *Cui.* 1577.

7a, 2 etiam Codicis Theodosiani declarat auctoritas. Quod tamen
superfluum penes electas magnificasque personas fieri iudicamus: sed necesse est, ut ignorantia rusticitatis, uel tergiuersationis iniquitas directis semper oblationibus comprimatur.

7a, 3 Ex Theodosiani lib. IX sub tit. de mat. bon. et mat. gen. cretione sublata:

Impp. Honorius et Arcadius AA. Florentio praef. urb. (ad locum:) Quicquid auus auia proauus proauia nepoti nepti pronepoti pronepti cuiuslibet tituli largitate contulerint, id est testamento fideicommisso legato codicillo donatione uel etiam intestati successione, pater filio filiaeue integra inlibataque custodiat. Dat. prid. id. Oct. Mediolano Olybrio et Probino conss. a. 395

7a, 4 Luce clarius constitit patefactum nec matri usum obesse, ut de reliqua facultate possessionem debitam consequatur, et circa nepotem munus auiaticum perpetua liberalitate mansurum.

7a, 5 Hoc et consultorum iura declarant, quae necessarium tractatui nostro non duximus adhiberi.

8, 1 Adde dum sollicitudinis tuae cura tractauit, ut de effractoribus et manifesto crimine comprehensis quam iudex debuit ferre sententiam, tractatus nostri pagina declaret: aut si maritus, quem iudiciariae potestatis cingit auctoritas, de seruis, qui res uxorias manifesto crimine abstulisse conuicti sunt, peremptoriam debuerit ferre sententiam, quasi id obici possit, in propria causa quis iudicet stulte: huic lex diuorum principum quae infra legitur opponenda, maritum illa tantum negotia uxoris uelut extraneum auctorem prosecuturum, quae procuratio emissa perscripserit.

8, 2 Ex corpore Theodosiani:

Imppp. Theodosius et Arcadius et Honorius AAA. Victori proconsuli Asiae. Procurator, licet maritus sit, id solum exequi debet, quod procuratio emissa praescripserit. Dat. V kal. Iul. Theodosio A. III et Abundantio conss. a. 393

8, 3 Agnoscis maritum uelut extraneum causam uxoriam pro-
8, 4 secutum. Agnoscis iudicem de manifestis reis non potuisse tardare sententiam.

8, 5 Item ex corpore Theodosiani lib. IX tit. de accusationibus et inscriptionibus:

c. 7a, 3 = *Cod. Theod.* 8, 18, 2.
c. 8, 2 = *Cod. Theod.* 2, 12, 4.
c. 8, 5 = *Cod. Theod.* 9, 1, 18.

5 IX] VIII *scr.* ‖ et mat.] et mat. et *Cui.* 1586. ‖ 11 filiaue *Cui.* 1586. ‖ 12 prid. *om. Cod. Theod.* ‖ 13 patrifactum *Cui.* 1577. ‖ 18 adde dum] quod demum *Huschke.* ‖ 23 id obici possit quasi *fortasse scr.* ‖ 27 praescripserit *scr., cf. u.* 31. ‖ 29 uictorio *Cod. Theod.* ‖ 33 agnosce et *Cui.* 1586.

Impp. Arcadius et Honorius AA. Ne diuersorum criminum rei uel desidia iudicum uel quadam leuitatis ambitione per prouincias detenti in carcerem crudelius differantur, moneantur omnes iudices productos e custodiis reos discussioni debitae subicere et quod leges suaserint definire. Dat. III non. Aug. CP. Arcadio III et Honorio conss. a. 396

8, 6 Hoc etiam specialiter post hanc legem iudex sibi metuat inferendum, quod, si dignam tardarit ex lege ferre sententiam, dum principum praecepta despexit, ipse legibus damnabitur.

8, 7 Vnde ex corpore Theodosiani:

Imp. Constantinus A. et Iulianus Caes. ad Taurum pp. (ad locum:) Multabuntur iudices, qui rescripta contempserint aut distulerint. Dat. III non. Iul. Constantino A. VII et Iuliano conss. a. 356

8, 8 Intellegat nunc improbus accusator cinctum iudicem et uxoria uelut externa debuisse negotia definire: et non licuisse, ut alienum reatum metueret, cui de manifestis reis non licuit tardare sententiam.

9, 1 Ex corpore Hermogeniani:

Impp. Valens et Valentinianus AA. ad Volusianum praefect. urb. Post sententiam pacisci non licere iuris ordine praecauetur. unde cum supplicans inique se oppressam et post sententiam sacri auditorii depactum esse commemoret, Volusiane parens karissime atque amantissime, amota poena, quam pacto contra ius facto serenitas tua inesse praeuiderit, legum auxilio consulat supplicanti. Dat. IIII id. Aug. Mediolani. a. 365

9, 2 Iidem AA. Pompeio Fauonio. Hereditatem, quam tibi competere iure confirmas, negotii merito discusso, approbatis allegationibus restituet legum fonte demanans sententia iudicantis, remota uidelicet pactione, quam dolo patuerit elicitam. Dat. VIII id. Febr. alleg. non. kal. April. in basilica Thermarum Commodianarum ipsis AA. conss. a. 365

9, 3 Iidem Aug. Mamertino pp. (inter cet. et ad locum:) Pacta quidem per uim et metum apud omnes satis constat cassata uiribus respuenda. Dat. XII kal. April. ipsis AA. conss. a. 365

c. 8, 7 = *Cod. Theod.* 1, 2, 7.

2 lenitatis *Cod. Theod.* ‖ 5 subicere] subdere *Cod. Theod.* ‖ 6 arc. IIII et hon. III aa. conss. *Cod. Theod.* ‖ 8 tardasset *Cui.* 1586. ‖ 9 dispexerat *Cui.* 1586. ‖ 10 theodosiani *Cui.* 1577, theodosiani de diuersis rescriptis id est auctoritatibus *Cui.* 1586, *cum multis libris ad Cod. Theod.* 1, 2, *cf. Vesme ad Theod.* ‖ 11 constantius *requiritur.* ‖ 19 ualentinianus et ualens *Cui.* 1566 *recte.* ‖ ad uolusianum] uolusiano *Cui.* 1566. ‖ 21 oppressam *Cui.* 1586. ‖ 22 depactam *Cui.* 1566. ‖ 24 sinceritas *Gothofredus.* ‖ peruiderit *Mommsen.* ‖ 25 mediolane *Cui.* 1566. ‖ 28 restituet *Cui.* 1586, restitue* *Cui.* 1566 (*asterisco post* iudicantis *repetito*), restitui efficiet *Cui.* 1577. ‖ 30 non. *om. Cui.* 1566: rom. *Gothofredus.* ‖ 31 comm. *Cui.* 1577. 1586, com. *Cui.* 1566. ‖ 34 respuenda *Cui.* 1566. 1586, esse resp. *Cui.* 1577.

9, 4 Iidem AA. ad Valentinianum consularem Piceni. Non dubium est eum a fide placiti recessisse, qui quae promiserat implere noluit, Valentiniane carissime. proinde si aduersario supersedente cominus explicare ea quae spo*po*nderat fides placiti uacillat, familiares litterae, quas ad se missas dicit, supplici Exoperio non oberunt. fines etiam, quos temeratos adseuerat, amota praescriptione temporis hi qui peruaserunt, ut ratio iuris est, redhibere cogantur. Alleg. IIII kal. Mai. Flauia F*a*nestri in secretario ipsis AA. conss. a. 365

9, 5 Iidem AA. Aeliae Bauoniae. Lites trahi et sub quodam potentiae terrore infimos fatigari iudiciorum expectat inuidia. unde si aduersarium tuum longe a filii tui successione positum haec in te, quae precibus texuisti, excogitasse constiterit, rector prouinciae hominis, qui nec paciscendi nec conloquendi de negotio substantiam habuit, impudentiam submoueat, reddique faciat quidquid claruerit usurpatum: nec impudentia uindicet, quod concedere leges et iura non possunt: maxime cum memores nec a prima pactione, quae substantiam non habebat, secunda conuentione discessum, sed etiam inaniter resedisse, quod non iam pactio, sed quaedam usurpaticiis non subsistentibus causis immoderatio doceatur. Dat. III kal. Aug. Mediolani ipsis AA. conss. a. 365

9, 6 Impp. Valens et Valentinianus AA. Ampeliae. Ea, quae heredes inter se transactione interposita composuerint, firma illibataque perseuerabunt. et ideo secundum fidem instrumenti conpetens tibi portio a possessoribus cum fructibus restituetur per uirum clarissimum proconsulem Africae amicum nostrum, fide gestorum diligenti examinatione comprobata. Dat. III non. Iul. Sirmio diuo Iouiano et Varroniano conss. a. 364

9, 7 Impp. Valentinianus et Valens AA. Felici consulari Macedoniae. (inter cetera et ad locum:) Si seruilibus contuberniis sese mulieres quondam ingenuae subdiderint, et nunc contemnentes dominum minoris aetatis seruitutis iugum conantur effugere,

3 nolit *Cui.* 1577. || ualentine *Cui.* 1577 *cum Cod. Theod.* 9, 2, 2. 9, 30, 4 *contra Cod. Theod.* 15, 1, 17. || 4 supracedente *Cui.* 1566. || quominus *Cui.* 1566. 1586. || explicaret *Cui.* 1566. || spoponderat *Cui.* 1566, sponderat *Cui.* 1577. 1586. || 6 exoperio] magnopere *Cui.* 1566; exsuperio *scr.* || 8 maii *Cui.* || 9 fanestri *Gothofredus*, fenestri *Cui.* || 10 heliae *Cui.* 1577. 1586. || lites trahi] inter cetera *Cui.* 1566. || 11 ad iudiciorum spectat inuidiam *Gothofredus.* || 15 submouebit r. faciet *Cui.* 1566. || 16 nec] ne *Cui.* 1566. || 19 sed etiam] et *Cui.* 1566. || 20 usurpatio iustis non *Cui.* 1566. || 21 in moderatione *Cui.* 1566. || 23 impp. . . . aa.] iidem *Cui.* 1566, *cf. ad* 217, 19. || 27 uirum clar.] u. c. *Cui.* 1566. || proconsulem *Cui.* 1566, proconsularem *Cui.* 1577. 1586. || 30 macedoniae . . . 31 locum] campaniae *Cui.* 1566.

grauitas tua his, qui seruilem condicionem non statim in ipsis coniunctionum primordiis refugerunt, necessitatem subeundae seruitutis imponat. Dat. XIIII kal. Aug. Mediolani ipsis AA. conss. a. 365

9, 8 Ex corpore Gregoriano:

Imp. Antoninus A. Prisciano militi. Summa sententia comprehensa, quam cessantibus curatoribus quondam tuis iudex secutus iureiurandi a te perlati religionem in condemnationem deduxit, minui pacto non potuit: ac propterea sublata cautione transactionis, quae nullo iure interposita est, Septimius Varianus rem iudicatam exequatur. PP. kal. Iul. Laeto II et Cereale conss. a. 215

9, 9 Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Vlpiae Marcellinae. Si praeses prouinciae ignorantiam tuam fraudulenta transactione ac dolosis artibus generi tui circumscriptam esse cognouerit, si quidem Aquiliana stipulatio et acceptilatio insecuta non est, pactum callide scriptum integris singulorum actionibus amouebit. PP. III non. Octob. ipsis AA. conss. a. 293?

9, 10 Imp. Gordianus A. Cliniae Antoniae. Pacta, quae contra bonos mores interponuntur, iuris ratio non tuetur. PP. non. Octob. ipso A. II et Pompeiano conss. a. 241

9, 11 Imp. Alexander Aurelio Dionysio. Cum posteaquam aduersarius matris tuae uictus esset, matrem tuam circumuenerit, ut pacisceretur nullam se controuersiam de seruis moturam, id pactum mala fide factum irritum est: et cum ex ea conuentione cum matre tua agi coeperit, iudex eam liberabit, quia de re iudicata pacisci nemo potest. PP. pridie id. Sept. Alexandro A. cons. a. 222

9, 12 Ex corpore Theodosiani:

Impp. Honorius et Theodosius AA. Iuliano proconsuli Africae. Et mulieribus et minoribus in iis, quae praetermi-

c. 9, 8 = *Cod. Iust.* 5, 53, 3.
c. 9, 11 = 1, 8. *Cod. Iust.* 2, 3, 8.
c. 9, 12 = *Cod. Theod.* 2, 16, 3.

2 coniunctionum *Cui.* 1577. 1586, coniunctionis *Cui.* 1566. ‖ 7 iurisiurandi *Cui.* 1566 *Cod. Iust.* ‖ prolati *Cod. Iust.* ‖ 8 praeterea *Cui.* 1577. ‖ oblata *Cui.* 1586. ‖ 10 exequetur *Cui.* 1566. ‖ 12 *hanc const. Cui.* 1566 *ad Hermog. Cod.* (*p.* 716) *rettulit.* ‖ maximin. *Cui.* 1577. 1586. ‖ 15 insecuta] pactionem ins. *Cui.* 1586. ‖ 17 *adscripsi annum* 293, *quia is eodem modo designatur in c.* 6, 10: *sane quod Caesares in inscriptione omittuntur, non obstat, cf. c.* 5, 6. 6, 10—18. 9, 18. 19: *ceterum uide Codicis Iustiniani Additamenta p.* *13 *not.* 2, *p.* *14 *not.* 2. ‖ 18 clyniae *Cui.* ‖ 19 iuris ratio *Cui.* 1566. 1586, iuratio *Cui.* 1577. ‖ 20 a.] aa. *Cui.* 1586. ‖ 21 imp. al.] al. a. *Cui.* 1566. ‖ cum] si *Cui.* 1566. ‖ postquam *Cui.* 1566. ‖ 23 pacisceretur] ei caueret *Cod. Iust.* ‖ 24 agitaturam *Cui.* 1566. ‖ 27 coss. *Cui.* 1586. ‖ 29 iuliano] iul. II *Cui.* 1586 *cum Cod. Theod.* ‖ 30 quae] quae uel *Cod. Theod.*

serint uel ignorauerint, innumeris auctoritatibus constat esse consultum. Dat. prid. non. Mart. Rauennae Constantino cons. a. 414

9, 13 Item eodem corpore:

Imp. Constantinus A. ad Maximum praefect. urb. (inter cetera et ad locum:) Pactiones eas ualere uolumus, si cum legibus consentiant et reliqua. Dat. VI non. Febr. Romae Sabino et Rufino conss. a. 316

9, 14 Ex corpore Gregoriani:

Impp. Valentinianus et Gallienus AA. et Valerius Caesar Aurelio. Praeses prouinciae aestimabit, utrum de dubia lite transactio inter te et ciuitatis tuae ordinem facta sit, an de re iudicata, quia de re iudicata pacisci nemo potest. PP. III kal. Iun. Aemiliano et Basso conss. a. 259

9, 15 Item ex corpore Gregoriani tit. de transact.:

Imp. Gordianus A. Flauio Herculano. Super iudicato non subsecuta appellatione frustra transigi non est opinionis incertae. PP. XIIII kal. Nou. Sabino et Veterano conss. a. 240

9, 16 Item eodem corpore:

Imp. Alexander Donato militi. Si certa quantitas in condemnationem iudicii deducta fuerit, pacisci exinde non posse, etc. PP. IX kalend. Iun. Fusco II et Dextro conss. a. 225

9, 17 Item ex corpore Gregoriani:

Qui contra arbitri sententiam petit, sola in eum poenae actio ex compromisso competit, non etiam conceptio pacti conuenti: lib. I tit. X.

9, 18 Ex eodem libro et tit.:

Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Sergiae et Anagio. (inter cetera et ad locum:) De dubia uero lite facta transactio rescindi non potest. PP. VIII id April. Caes. conss. a. 294

9, 19 Item eodem corpore et titulo:

Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Aurelio Hermogeni militi. Pactum, quod contra iuris formam prouinciae rector factum animaduertit, id infirmare minime dubitabit. PP. XIIII kal. Nou. Caesaribus conss. a. 294

c. 9, 13 *haustam esse ex Cod. Theod.* 8, 12, 1 (*uerbis* ut quas leges indulgent *sqq.*) *coniecit Wenck.*
c. 9, 14 *ex parte = Cod. Iust.* 2, 4, 12.

2 constantino] constantio uc. *Cod. Theod.* || 9 impp. ualerianus *Cui.* 1566 *recte.* || et ual. c. *om. Cui.* 1566. || ualerianus *requiritur.* || 11 an de r. i. q. de re iudicata *Cui.* 1566. 1577, quia de re incerta *Cui.* 1586. || 14 idem *Cui.* || 15 hercolano *Cui.* 1577. 1586. || 17 pp.] uc. pp. *Cui.* 1586. || ueterano] uenusto *Cui.* 1566 *recte.* || 20 condemnatione *Cui.* || iudicis *Cui.* 1566. || 21 tusco *Cui..* 1566. || 22 § 17—19 *omittit Cui.* 1577, § 17 *om. Cui.* 1566. || 24 exceptio *Schulting.* || § 18. 19 *ad Hermog. Cod. rettulit Cui.* 1566. || 31 aa.] aa. et cc. *requiritur.*

# CODICES
# GREGORIANVS
ET
# HERMOGENIANVS

RECOGNOVIT

P. KRVEGER.

Codicum Gregoriani et Hermogeniani ipsorum exemplaria cum perierint, si ea quae in Iustinianum Codicem recepta sunt excipias, hodie paucissima fragmenta supersunt, quae Lex Romana Wisigothorum eiusque Appendices, Vaticana fragmenta, Collatio, Consultatio seruarunt: praeterea in nonnullis Legis Romanae Wisigothorum et Codicis Iustiniani libris manu scriptis leguntur paucae constitutiones Codicum Gregoriani et Hermogeniani, quae non ad ipsum horum corporum contextum pertinent, sed additamenti loco postea adiectae sunt: unam denique constitutionem exscripsit Augustinus (p. 240) nonnullarumque argumenta laudantur in Lege Romana Burgundionum, in scholiis Sinaiticis (infra p. 269 sqq.) et in Thalelaei scholiis ad Iustinianum Codicem conscriptis.

Haec fragmenta a prioribus editoribus in unum corpus collecta et certo ordine disposita sunt: cum tamen neque hi uiri docti de ordine restituendo inter se consenserint neque mihi ea in re cum eis, praesertim cum Haenelio nouissimo editore conueniat, ab hac edendi ratione ita recedendum putaui, ut primo loco ederem solam epitomen horum Codicum a Wisigothis confectam, deinde omnium fragmentorum tabulas ad ipsorum Codicum quoad fieri potuit ordinem redactas componerem.

Quod ad Legis Romanae Wisigothorum contextum restituendum attinet, optimi illi libri, quorum ope Pauli sententias restituimus, in hac parte deficiunt, nisi quod in codice Monacensi D 2 saeculi fere septimi rubricarum Codicum Gregoriani et Hermogeniani index initio totius Legis superest. adhibui igitur secundi ordinis libros Gothanum 84 Parisiensem 4404 Vaticanum reg. 1128 saeculo nono uel decimo exaratos, et cum hi codices in nonnullis mendis inter se consentiant, codicem Aurelianensem 207 ab Haenelio collatum in subsidium uocaui.

*M* = Monacensis D 2
*G* = Gothanus 84 (desinit in p. 234, 15)
*P* = Parisiensis 4404
*V* = Vaticanus reg. 1128.

# [EPITOME CODICVM GREGORIANI ET HERMOGENIANI WISIGOTHICA]

## CORPORIS GREGORIANI

## LIBER PRIMVS

### I. De transactionibus.

1 Imp. Gordianus A. Licinio Timotheo euocato. Transactionis placitum ab eo interpositum, cui causae action*em*, non decision*em* litis mandasti, nihil petitioni tuae derogauit. PP. X kal. Ian. Pio et Pontiano conss. a. 238

Interpretatio: Si quando per mandatum procurator litis fuerit institutus et de compositione causae in ipso mandato nihil continetur adscriptum, litigare potest, componere penitus non praesumat. quod si composuerit, non ualebit.

## LIBER SECVNDVS

### II. Si aduersus donationes sponsis factas in integrum quis restitui uelit.

1, 1 Impp. Valerianus et Gallienus AA. et Valerianus C. Auinio Octauiano suo salutem. Precibus tuis et iuris auctoritas et aequitas adsistit. neque enim dubium est ea, quae sponsae adfinitatis contrahendae causa a minore donantur, repeti non

1, 1 = *Cod. Iust.* 2, 4, 7.

3 corporis gregoriani *GV*, corporis graeg. graeg. *M*, gregoriani *P*, codicis gregoriani *in optimis codicibus legi testatur Haenel, errore putem: reliquis libris in MGPV praemittitur* gregoriani *uel* gregorianus: *corpus Gregoriani citant Consultatio et Appendix* 2 (*p.* 260 *sqq.*), *Gregorianum Collatio et Appendix* 1 (*p.* 253 *sqq.*). || 6 a. licinio timotheo] ad licium timotheum *G.* || 7 interposito *P.* || cui] cuius *V.* || actionem non decisionem *Cod. Iust.*, actionis non decisionis (decicionis *G*, citionis *V*[b], *uacuo spatio relicto om. V*[a]) *GPV.* || mandati *G.* || derogabitur *G*, progabitur *V.* || 9 pp.] p. *G*, dat. *P*, *cf. ad p.* 226, 11. || potiano *V*[b], po****** *V*[a], pompeiano *P.* || conss.] uu. cc. *P.* || 10 quando] quis *PV.* || 11 et *om. P.* || petitione *G.* || in ipso] iniusto *G.* || 12 continetur] cont. et *P.* || 13 non] nihil *V.* || 15 si *om. MV.* || donationis *P.* || sponsi *P.* || factum *G.* || 16 quis] *P*, quid *MV*, quae *G.* || 17 aa. et ual. *om. V.* || sauina *G*[a], sauino *G*[b]. || 19 exsistit *G.* || 20 causae *GP.* || a minore] animo re *G.* || donatur *G.*

posse, quando huiuscemodi causas communis uoti complendi
2 ratio prouocet. propter quae et in integrum restitutio dene-
gatur: tametsi inter minores uerti uideatur, non discrepat
ab his, qui legitimae aetatis ad huiuscemodi contractus prod-
3 eunt. quare quaecumque Iulius Agrippinus u. c. filiae tuae
Auiniae sponsae donauit, repetere nullo modo poterit: ac si
hoc facere temptauerit, opponet auctoritatem suam Iulius
Donatus u. c. p. u. amicus noster, ut tam improba petitio re-
pellatur. Data prid. id. Iun. Aemiliano et Basso conss. a. 259

Interpretatio. Iure et legibus continetur, ut minoribus contra ea, quae intra XXV annos male gesserint, per integri restitutionem debeat subueniri. sed in hoc tantum casu praesenti lege remouentur, ut si quid minores pro coniunctione matrimonii sponsalicia largitate donauerint, per obtentu*m* integri restitutionis nullatenus debeant reuocare. quod similiter iuxta nouellam legem et de dote seruabitur.

### III Si maior fuerit probatus

1 Imp. Philippus A. et Philippus C. Aedio Maximo. Minoribus annis deceptis, non decipientibus subuenitur: et ideo si ad circumueniendum emptorem mentitus aetatem ex adspectu te maiorem annis probari effecisti, lubricum frustra praetendis. PP. prid. id. Nou. Aquis Philippo A. et Titiano conss. a. 245

Interpretatio. Si quis decipiendi animo maiorem se instrumentis quibuscumque esse conscripserit et postea per aetatis ueniam contra hoc uenire temptauerit, nullatenus audiatur, quia deceptus non est, sed ipse alium uoluit fraude decipere.

2 quae et *om. G.* ‖ 3 tametsi] nam etsi *A.* ‖ non] nec *GP.* ‖ discripata *P*, discrepant *Mommsen.* ‖ 5 u. c.] uo. *G*, uu *P.* ‖ 7 hoc *om. G.* ‖ opponit *GPV.* ‖ 8 u. c.] uo. *G.* ‖ 9 id. *om. P.* ‖ iuniae miliciano et *P.* ‖ conss. *om. P hoc loco et in omnibus quae sequuntur legibus.* ‖ 10 ut *om. P.* ‖ minores *G.* ‖ 11 ea] a *G*[a]. ‖ uiginti et quinque *PV.* ‖ gesserit *GV.* ‖ 12 restitutione *G.* ‖ subuenire *G.* ‖ in hoc *om. G*, hoc *om. V.* ‖ 13 minoris *P.* ‖ pro *om. V.* ‖ coniunctionem *G*[a]*? P.* ‖ 14 per *om. V.* ‖ obtentum] obtentu in *G*, obtentu *PV.* ‖ 15 debeat *GV.* ‖ 16 nouella lege *P*: *haec lex non extat.* ‖ 17 *expectes rubricam* si minor se maiorem dixerit uel probatus fuerit (*sic Cod. Iust.* 2, 42). ‖ prouocatus *P.* ‖ 18 imperatores *G.* ‖ aedio] *V*, edio *G*, ahaedeo *P.* ‖ 19 deceptus *V.* ‖ 20 ad] id *G.* ‖ emptorem] mi empt. *P*[a]. ‖ mentitus] m. est *P.* ‖ aetate *GV.* ‖ 21 te] aetate tuae *P*, *om. V.* ‖ probari *om. P.* ‖ effecisti *G.* ‖ praetendis] pudentes *G*, praemendis *P.* ‖ 22 pp. prid.] praeposita data *G*, dat. prid. *P.* ‖ aquis *A? Cuiacius*, *om. GPV.* ‖ teteciano *P.* ‖ 23 quis *om. GV.* ‖ 24 consenserit *GV.* ‖ per *P*, ut *G*, aut *V.* ‖ 25 uenia *V.* ‖ 26 non *om. G.* ‖ ipsa *G*[a]. ‖ alios *G.*

## IIII De inofficioso testamento

1, 1 Imp. Alexander A. Valeriae Caelestinae. Dos, quae a patre nubenti filiae data est aut in obligatione constituta, in quartam, quam habere ex bonis patris debet, ne inofficiosum testamen*tum* possit accusare, non computatur, quoniam uiuente
2 patre bonis eius fuit separata. Imperite itaque introducit*ur* querella cautionis a marito tuo emissa*e*, quasi non omnia tradita ei essent, cum, etsi uerum sit quod scriptura continetur, non perimatur querella inofficiosi testamenti, si ex iudicio patris supremo quarta filiae non suppletur, quam intestato patre pro portione sua habere debuit. PP. III kal. Sept. Maximo II et Aemiliano conss. a. 223

2 Imp. Alexander A. Valeriae Rufinae. Si ex uoluntate patris, qui tres ex se natos reliquit heredes, tertiae portionis quarta ad te sine ulla diminutione peruenire non potuit, inofficiosi testamenti accusationem instituere non prohiberis. in qua tamen parte ea quae ante a patre filiae in dotem data sunt non placet computari, quae etiam in bonis mariti sunt et a patrimonio patris uiuente eo separata fuerunt. PP. III kal. Sept. Maximo II et Aemiliano conss. a. 223

Interpretatio. Si pater pro filia dotem tradiderit aut certe genero pro ipsa dote fecerit cautionem uel se promissionis uinculo obligauerit et mortis tempore Falcidiam filiae pater de his rebus quas mortis tempore dereliquit non dimiserit, de inofficioso patris testamento agere filia non prohibetur, quia illud, quod pro ea a patre in dotem datum est aut pro-

1 test.] test. gregoriani *V*. || 2 imperatores *G*. || uariae *V*. || calestinae *V*: *Caelestina uidetur soror esse Rufinae, ad quam c.* 2 *directa est, ut in utroque rescripto de eadem hereditate agatur.* || a patre nubenti (nuberti *V*)] parte *G*. || 4 officiosum *G*, inofficioso *PV*. || 5 testamento *GPV*. || computantur *V*. || 6 fuit separata *P*, fuisse parata *GV*. || introducitur *Mommsen*, introducet *G*, introducit *PV*. || 7 tuo] tum *V*. || emissae *Cuiacius*, amissa *G*, omissa *PV*. || 8 scripturam *PV*. || continentur *G*. || 9 permittatur *P*. || 10 subprimo *P*. || carta *GV*. || 11 positione *G*. || habere debebunt *P*, herede habuit *V*. || praeposita *G*, dat. *P et sic deinceps pro* pp. || IIII *G*, VI *V*. || 12 II *om. G*, *item om. sed uacuo spatio relicto V*[a]. || 13 imppp. *GP*. || a. *om. P*. || rufinae] *cf. ad u.* 2. || 14 se *om. GV*. || natus *P*, natis *G*. || relinquit *G*. || tertiam *G*. || 15 te] ste *P*[a]. || possit *GV*. || 16 accusatione *G*. || prohiberes *G*. || 17 qua] quarta *G*. || ea] a *G*[a]. || datae *PV*. || 19 eo] eos *P*. || fuerint *G*. || 20 maxime *G*. || II et *P*, *om. GV*. || 23 falcidia *P*. || 24 deliquit *V*. || 25 inofficio *P*. || 26 quia *om. G*. || quod *VP*, *om. G*[a], etiam quod *G*[b]. || dote *PV*. || aut] uel *PV*.

missum, in Falcidia non poterit imputari. nam ea, quae pater uiuus in dotis condicione aut promiserit aut tradiderit, de bonis eius antequam moreretur discessisse et alienata esse noscuntur. similis erit et de sponsalicia donatione condicio.

## LIBER TERTIVS

### V De petitione hereditatis

1 Imp. Antoninus A. Pontio Ingenuo. Fructus ante litem contestatam perceptos malae fidei possessores restituere placuit. PP. XII kal. Iul. Romae duobus Aspris conss. a. 212

Interpretatione non eget.

### VI De rei uindicatione

1 Imp. Gordianus A. Aurelio Alexandro militi. Vineas in alieno agro institutas solo cedere et, si a malae fidei possessore id factum sit, sumptus eo nomine erogatos per retentionem seruari non posse incognitum non est. PP. IIII id Mart. Attico et Praetextato conss. a. 242

Interpretatio. Si quis uineas in aliena terra posuerit, ad illum sine dubio pertineb*unt*, cuius terra esse probatur. qui si solum nesciens alienum, dum eum bona fide se crediderit possidere, sumptus quos in ipsis uineis ponendis fecit a domino terrae recipiat: si uero sciens in alieno posuit, et uineas restituat et expensas penitus non requirat.

2 Imp. Philippus A. et Philippus C. Aurelio Victorino et Marco et Valerio. Aedificium in alieno agro extructum solo cedere sumptusque eo nomine factos non nisi bonae fidei emptorem per retentionem posse seruare certissimi iuris est. PP. kal. Oct. . . . conss. a. 244 uel 245

---

2 dotes *P.* ‖ promisit *P.* ‖ tradidit *PV.* ‖ 3 aliaena *G.* ‖ 6 repetitione *V.* ‖ 7 imp. *om. G.* ‖ antonius *P*, constantinus *GV.* ‖ pontio *om. P*: aurelio pontio *editio Cuiacii* 1566. ‖ 8 contestatum $V^{a}$. ‖ praeceptis $G^{a}$, praeceptus $G^{b}$. ‖ 9 pp.] p. *G.* ‖ rom. *P.* ‖ 10 int. n. e. *om. GV*, ist. intp. non indig. *P.* ‖ 11 de requirendi cautione *P.* ‖ 12 alexandro *P*, alebrando *G*, alibrando *V.* ‖ 13 constitutas *P*, instituta *V.* ‖ credere *V.* ‖ et *om. V.* ‖ si *om. G.* ‖ 14 eo] eius *G.* ‖ erogatus *G*, ex *P.* ‖ retentione *P.* ‖ 15 possit *G.* ‖ III *P.* ‖ 16 attico] tacio *G.* ‖ 17 posuerit] plantauerit *P.* ‖ 18 pertinebunt *Sichardus*, pertinebit *GPV.* ‖ 19 dum eum (cum *P*) . . . 20 quos] *expectes fere:* suum se cred. poss., sumptus quos bona fide. ‖ crederet *V.* ‖ 20 sumptos *P*, sumpt*** $V^{a}$. ‖ uineas *P.* ‖ 21 alienum *G.* ‖ 22 expensis *G*, expensam *V.* ‖ 23 imp.] interpret. *G.* ‖ philppus a. $G^{a}$. ‖ c.] cesas $G^{a}$. ‖ et marco et] *PV*, marco et *G*: et marco *scr.* ‖ 24 alienum agrum $G^{a}$. ‖ structum *P.* ‖ 25 sumptosque *P*, subque *V.* ‖ eo] eius *G.* ‖ factus *P.* ‖ nisi] si *P.* ‖ 27 oct. . . . conss. *scripsi*, oct. conss. *G*, oct. $PV^{a}$, octb. cc s̄stis $V^{b}$: *cf. Codex Iustin. praef. p.* XXX *not.* 2.

Interpretatio. Pariter de aedificiis uel de reliquis rebus in alieno solo positis, sicut superius dictum est, forma seruabitur.

3 Imp. Philippus A. et Philippus C. Aurelio Antonio. Partum ancillae matris sequi condicionem nec statum in hac specie patris considerari explorati iuris est. PP. XIIII kal. Nou. Philippo A. et Titiano conss. a. 245

Interpretatione non eget.

4 Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Aureliae Philoxenae. Quotiens eadem res a domino diuersis temporibus pluribus uenum datur, eum potiorem esse, cui possessio primum tradita est. PP. XIII kal. Mai. Maximo et Aquilino conss. a. 286

Interpretatione non indiget.

5 Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Aureliae Mammae. Si neque mandato tuo neque ratum habente *te* maritus tuus possessionem iuris tui alienauit, non prohiberis rem tuam uindicare intercedente rectore prouinciae. PP. VIII kal. Mart. Diocletiano III et Maximiano conss. a. 287

Interpretatione non indiget.

## VII Si sub alterius nomine res empta erit

1 Impp. Valerianus et Gallienus AA. Aurelio Auxonio. Instrument*i* scriptura non oberit, quod nomen contineat alterius emptoris, ad cuius fidem ipse confugeras, cum dominium possessionis, quod habuisse te semper et adhuc habere proponis, securus obtineas. PP. kal. Iun. Aemiliano et Basso conss. a. 259

2 Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Aelio Ingenuo. Si nomine quidem uxoris tuae emptionem confecisti, uerum

c. 6, 3 = *Cod. Iust.* 3, 32, 7.

2 positae *P.* ‖ 4 imperatores $G^b$, *inc.* $G^a$. ‖ antonino *V*, et antonio *P.* ‖ 5 nec] ne *P.* ‖ 6 considerare *GV.* ‖ exemplorari *P.* ‖ XIII *G*, IIII *V.* ‖ 7 a. *om. V.* ‖ 8 interpr. n. egit *G*, int. *V*, ist. intp. non indig. *P.* ‖ egit *G.* ‖ 9 imp. *G.* ‖ filoxiniae *G*, peloxinae *P.* ‖ 10 a *om. GV.* ‖ 11 uenon $V^a$. ‖ dantur *PV.* ‖ 12 primum] prius *G.* ‖ XIIII] IIII *V.* ‖ aquilo *G*, aquiliano *P.* ‖ 14 int. n. i. *om. G.* ‖ interpraetationem *V*, ist. intp. *P.* ‖ eget *V.* ‖ 15 amamae $V^a$. ‖ 16 neque] quae *G.* ‖ tuo *om. G.* ‖ raptum *P*, rato *G.* ‖ habentem *P.* ‖ te *om. GPV.* ‖ 17 prohiberes $G^aV$. ‖ 18 kal.] id. *PV.* ‖ 20 interp.] ist. intp. *P.* ‖ indiget *om. G*, int. n. i. *om. V.* ‖ 21 erit *MPV*, fuerit *G.* ‖ 22 impp. *om. G.* ‖ ualentinianus *P.* ‖ auxonioti *P.* ‖ 23 instrumenti *Schulting*, instrumentis *PV*, strumentis *G.* ‖ non oberit] nouerit *G.* ‖ continet $V^a$. ‖ 24 alterius *om.* $V^a$. ‖ 25 dominio *G*, dominum $V^a$. ‖ 26 iul. *P.* ‖ 27 conss.] conss. intp. non *G.* ‖ 28 aeli *V.* ‖ 29 fecisti *G*, quem fecisti *P.* ‖ uirum *P.*

pecuniam de proprio numerasti et ipse inductus es in possessionem ac negotium tibi gestum est idque euidenter probabitur, praeses prouinciae uim tibi super iuris tui rebus inferri prohibebit. PP. IIII id. Mai. Maximo II et Aquilino conss. a. 286

Interpretatio utriusque legis. Quotiens aut maritus aut alia quaecumque persona agrum aut quamcumque rem sua pecunia et uxoris aut cuiuscumque alterius nomine uoluerit comparare, et is qui pecuniam dat in rem fuerit intromissus, et ipse qui pecuniam dedit rem comparatam cognoscitur possedisse, non potest hoc praeiudicio laborare, quod alterius nomine res legitur comparata. quod si uero, cuius nomine res comparatae sunt, ipsi traditae sunt uel ab ipso possessae, is, qui pecuniam suam pro hac re datam fuisse probauerit, rem quidem comparatam non potest uindicare, sed pecuniam potest a possessore recipere, quia duae res cum quo fuerint eius dominum faciunt meliorem.

## VIII De familiae herciscundae et communi diuidundo

1, 1 Imp. Gordianus A. Sextio Iuuenali. Ex re certa heredem institutum sic haberi, ac si sine eius rei commemoratione heres institutus fuisset, sane officio familiae herciscundae iudicis conuenire, *ut* non plus emolumenti consequatur, quam aliquis esset habiturus, ac si ex re certa heres institui po-
2 tuisset, in dubium non uenit. Falcidiam quoque in matris
3 testamento cessare falso tibi persuasum est. Proinde cum

c. 8, 1 § 3 = *Cod. Iust.* 1, 18, 2.

1 pecunia *P.* ‖ est *P.* ‖ possessione *G.* ‖ 2 est] tamae $G^a$, *om.* $G^b$. ‖ ideoque *V.* ‖ 3 praesis *G*, praesens *P.* ‖ super] satis *G.* ‖ ioris *V*, es *P.* ‖ rebus *om. P.* ‖ inferre *GP.* ‖ 4 III *P.* ‖ mad. *G.* ‖ II] d. *G*, *om. P.* ‖ 5 leges *V.* ‖ 6 quamcumque] quemcumque *P.* ‖ 7 uxores *P.* ‖ cuiusque $V^b$, *inc.* $V^a$, cususcumque *P.* ‖ 8 is] si *V.* ‖ rem] rem suam *V.* ‖ 9 non *om. G.* ‖ 10 labore $G^a$. ‖ res] re *G.* ‖ 11 legitur . . . 12 traditae] comparatae sunt ipsi traditae legitur quod si uero cuius nomine res sunt *V.* ‖ cuius] pro cuius *P.* ‖ res *om. G.* ‖ 13 data *G.* ‖ 14 sed] si *V.* ‖ 15 recipire $V^a$. ‖ quia *seqq. nescio quo modo corrupta sint.* ‖ fuerit *P.* ‖ 16 dominio *P.* ‖ 17 familia *GP.* ‖ 18 diuidendo *GP.* ‖ 19 gratianus *V.* ‖ cepta *V.* ‖ 20 sic (si *V*) haberi *om. G.* ‖ si *om. V.* ‖ sine *om. G.* ‖ rei] rei re *G.* ‖ commemorationem *GV.* ‖ 21 sine *G.* ‖ 22 iudicis *Cuiacius*, iudicio *GPV.* ‖ ut *Cuiacius*, non prohiberis ut (ut *om. V*) *GPV.* ‖ non plus *om. V.* ‖ 23 aliquis *P*, aliquid $GV^b$, ***quid $V^a$: quam a. e. habiturus *delet Mommsen.* ‖ habituros *G.* ‖ ex *Cuiacius*, *om. GPV.* ‖ res *P.* ‖ cepta *V.* ‖ institut* $G^a$. ‖ 24 falcidia *G.* ‖ 25 cessare . . . 230, 2 tuae *A alii*, *om. GPV*: *uerba* 25 cum *seqq. confirmat Cod. Iust.* ‖ proinde *Cuiacius cum libris nonnullis teste Haenelio*, perenne *A.*

iuris ignorantia excusari facile non possis, si maior annis hereditati matris tuae renuntiasti, sera prece subueniri tibi desideras. PP. XV kal. Nou. Arriano et Papo conss. a. 243

Interpretatio. Si quis per testamentum heredem aliquem appellauerit et rem certam, id est aut possessionem aut mancipia aut quamlibet aliam speciem, de quo dubietas esse non possit, sub heredis uocabulo dimiserit, cui heredis nomen imposuerit, ad eum et illa quae non sunt nominata perueniant.

2 Impp. Valerianus et Gallienus AA. Antonio Potito. Si domum cuius meministi pater tuus, cum in potestate eius ageres, nomine tuo donandi animo comparauit, iure quidem non subsistere donationem scire debuisti: uerum si in extremum fati diem pater eadem animi destinatione durauit, iudicium eius iuxta formam constitutam esse seruandum indubitati iuris est. PP. XI kal. April. Saeculare II et Donato conss. a. 260

Interpretatio. In hac lege similis erit et de donatione condicio, quam filius familias a quocumque perceperit. sed hoc amplius habet, quod si maior fuerit ista donatio, quae nomine filii familias facta est, *ut* omnis facultas patris quartam eius rei quam filius donatam accepit implere non possit, reliquis filiis de hac ipsa donatione Falcidia suppleatur.

## VIIII Quod cum eo qui in aliena potestate est negotium gestum esse dicetur

1, 1 Imp. Alexander A. Satiriis Modestino et Censorino. Ex contractibus seruorum dominum non obligari tantumque aduersus eum actionem de peculio competere explorati iuris

1 facile *libri Haenelii cum Cod. Iust.*, falcidia *A.* || possit *A cum nonnullis libris Codicis Iust.* || 2 sena preces *G.* || subuenire *GP.* || tibi *om. G.* || 3 papa *G.* || 6 aliam] aliquam *G*a*V.* || 7 posset *P.* || heredi *P.* || cui heres *P.* || 8 et *om. G.* || sunt non *GV.* || pertineant *G.* || 9 potito] positum *G.* || 10 meministis *P,* meminis nec *GV.* || 11 ageris *GP.* || nomini *V.* || 12 uirum *G.* || in *om. G.* || stremum *P.* || 13 destinationem *P.* || 14 indubitati *P,* bubitari *G,* dubitati *V.* || 15 iuris] ius *G.* || II *om. P.* || 18 filios *P.* || 19 quo *P.* || 20 ut *om. GPV.* || omnes facultates *GP.* || quarta eius *V,* quartae iuris *G.* || 21 accipit *G.* || 23 eo] que *V.* || in *om. MV.* || alieno *G*a, alterius *P.* || potestatem *P.* || 24 negotio *G*a. || dicetur *potius quam* dicitur *M,* dicitur *G, cf. Dig.* 14, 5 *Cod. Iust.* 4, 21. || 25 c. 1 *quod Cuiacius a.* 1586 *e nescio quo codice primus edidit, extat in codicibus A et Paris.* 4412, *in quo huius tituli rubrica in litura scripta est, om. GPV.* || imp.] imp. a. *Paris.* || satiriis *A,* satiriis *uel* satirus *Paris.,* satiro *Cuiacius:* satriis *fortasse scr.* || censorino *Cuiacius,* consorino *Paris., om. A.* || ex *om. A.* || 26 dominus *Paris.* || 27 eum actionem] eo haccione *Paris.* || explorarit uris. sem. plane *Paris.*

2 est. Plane si quid in rem domini uersum sit, eo nomine
3 quoque teneri dominum non est incertum. Secundum quae
si non iubentibus uobis seruus mutuam pecuniam accepit
nec in rem uestram uersae sunt, conueniri non potestis.
4 Actio de peculio si inferri coeperit, more solito respondere
debetis. PP. XII kal. Aug. Fusco II et Dextro conss. a. 255
Interpretatione non eget.

## X *Ad* senatus consultum Macedonianum

1, 1 Imp. Alexander A. Septimiae Musae. Macedoniani senatus
consulti auctoritas petitionem eius pecuniae non impedit, quae
filio familias studiorum causa Romae agenti ad necessarios
2 sumptus, quos patris pietas non recusaret credita est. Sed
ex contractu filii post mortem eius de peculio actio in patre*m*
competere ita demum potest, si anni utilis spatium petitionem
3 non impedit. Sane si iussu patris datum ei probetur, nec in
quos usus uersa sit pecunia disquiri necesse est et perpetua
in patrem etiam mortuo eo filio actio est. PP. prid. kal.
Mart. Agricola et Clementino conss. a. 230

Interpretatio. Senatus consultum Macedonianum praecepit, ut filio familias pecunia non credatur. n*unc* haec constitutio iubet, ut pro studio litterarum si quis filio familias pecuniam dederit, hanc ei pater sine aliqua obiectione restituat. quod si ipse filius familias in peregrinis fortasse defecerit, intra anni spatium qui pecuniam commodauit de peculio filii potest

c. 10, 1 = *Cod. Iust.* 4, 28, 5.

1 plane . . . 2 est *om. Aurel.* ‖ in] in**st**** *Paris.*[a] ‖ 2 secund*um *Paris.*[a] ‖ quae si] quaesse *Paris.* ‖ 3 pecuniam mutuam *Paris.* ‖ 4 nec] nec e *Paris.* ‖ re *Paris.* ‖ euersae *Paris.* ‖ 5 actio] adni*(o?) *Paris.* ‖ inferiori *Paris.* ‖ 6 debitis *Paris.* ‖ II *om. Cuiacius.* ‖ conss. *om. A.* ‖ 7 int. n. eg. *om. A?* ‖ 8 *rubrica extat in codicibus A et Paris.* 4412 *et in Appendice Legis Rom. Wisigothorum, de quo infra p.* 249 *dicemus, om. reliqui, qui sequentes titulos uno minus numero computant.* ‖ ad] de *codices.* ‖ maced.] maced. ex (*pro* lex?) infra scripta *codices.* ‖ 9 madedoniani *G*[a], macedonianis *P.* ‖ 10 auctoritate *G.* ‖ 11 filiae familiae *G*, filios familiae *P.* ‖ causae romae *V*, causarum *G.* ‖ egenti *G.* ‖ 12 sumptos *P.* ‖ quo *G.* ‖ recusare *G.* ‖ 13 contractus *GV.* ‖ eus *P*[a]. ‖ de *om. G*[a]. ‖ patre *GPV.* ‖ 15 datum ei *GPV*, mutuum datum ei *Appendix supra ad u.* 8 *laudata*, mutuum datum *Cod. Iust.* ‖ 16 quo *G.* ‖ uera sit *P*, uersasset *G.* ‖ disquiri] his queri *G.* ‖ et *om. V.* ‖ 17 patre *GV.* ‖ eo] et *G*, *om. Cod. Iust.* ‖ pp.] data *P.* ‖ 18 agricolae et clementiano *P.* ‖ 19 consulto *P.* ‖ macedoniano *G*[a]*PV.* ‖ 20 filios *P.* ‖ nunc] *Cuiacius et libri deteriores teste Haenelio*, nam *GPV.* ‖ familias *libri Appendicis*, familiae *GPV.* ‖ 22 hac *G*[a], ac *P.* ‖ 23 si *om. G.* ‖ defecerint *V.* ‖ 24 spacio *G.* ‖ pecunia *G.* ‖ de peculio *om. G.*

petere, ut sibi debitum reformetur. quod si pater iussit, ut pecunia praestaretur, non requirendum est, quid de ea pecunia fecerit, sed debitum pater sine mora restituat.

## LIBER QVARTVS

### XI Si debito persoluto instrumentum apud creditorem remanserit

1 Impp. Seuerus et Antoninus AA. Octauio Prisco. Si exsoluta est pecunia, nihil obest ueritati, quod cautio integra maneat apud creditorem. PP. prid. id. Iun. Antonino II et Geta conss. a. 205

Interpretatione non eget.

2 Impp. Valerianus et Gallienus AA. Metrodoro. Si potes probare omnem pecuniam exsolutam creditori tuo, cautio tua quae apud heredem eius remansit inanis est: ut tamen aut ipsa reddatur tibi *aut* incisa apud creditorem remaneat, heredem eius conuenire pote*s*. PP. VI id. Iun. Gallieno *V* et Faustino conss. a. 262

Interpretatione non eget.

### XII Si amissis uel debitori redditis instrumentis creditum petatur

1 Imp. Antoninus A. Septimiae Marciae. Debitores tuos quibuscumque rationibus debere tibi pecuniam si probaueris, ad solutionem compellet aditus praeses prouinciae uir clarissimus. nec oberit tibi amissio instrumentorum, si manifestis probationibus eosdem debitores esse apparuerit. PP. id. Sept. Antonino A. IIII et Balbino conss. a. 213

Interpretatione non indiget.

c. 12, 1 = *Cod. Iust.* 4, 21, 1.

1 quod . . . 2 praestaretur *om. G.* || 2 quod *G.* || 5 debitum prosolutum *P.* || 7 imp. *G.* || 9 manet *PV.* || antonio *G.* || II *G*, bis *V*, *om. P.* || 11 ist. intp. non indig. *P*, interpraetationem non indiget *V.* || 12 impp. *om. G.* || ualentinianus *P.* || merodoro *G*, medroro *P.* || potes *G*[b], posest *G*[a], potest *PV.* || 14 ut] et *G.* || tamen] autem *V.* || 15 tibi aut *Sichardus*, aut (aut * *G*[a]) tibi *G*, tibi *PV.* || creditore *V.* || 16 potes *Sichardus*, potest *GPV.* || iun.] ian. *PV.* || V] II *PV*, *om. G.* || 17 fausto *G.* || conss. *om. V.* || 18 interpretatio non egit *G*, interpraetationem non indig. *V*, ista interpt. non indiget *P.* || 19 debitore *G*, debito *P.* || redditi *V.* || instrumentum *PV.* || 20 petitur *G.* || 21 antonius *PV.* || 23 compellit *GP.* || uir clar. *A*, *om. GPV Cod. Iust.* || 24 si] si modo *Cod. Iust.* || 25 eos *Cod. Iust.* || apparuerint *P.* || id.] V id. *Cod. Iust.* || 26 antonino . . . balbino *Cod. Iust.* (*Haloander*), *om. GV*, antonino a. *A*, conpl. *P.* || conss. *om. V*[a], cc. *V*[b]. || 27 interpretatio *G*, ist. intp. *P*, interpraetationem *V.* || indiget *om. G.*

2, 1 Imp. Gordianus A. Aurelio Prisco et Marco militibus. Sicut iniquum est instrumentis ui ignis extinctis debitores quantitatum debitarum renuere solutionem, ita non statim
2 casum conquerentibus facile credendum est. Intellegere itaque debetis non existentibus instrumentis uel aliis argumentis probare fidem precibus uestris adsistere. PP. III kal. Iul. Sabino II et Venusto conss. a. 240

Interpretatione non eget.

## LIBER DECIMVS

### XIII Quibus res iudicata non noceat

1 Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Aeliae Matronae. Sententiam aduersus absentes et indefensos ac maxime minores latam nullas uires obtinere notissimi iuris est. PP. kal. Sept. Diocletiano III et Maximiano AA. conss. a. 287

Interpretatione non eget.

## LIBER DECIMVS TERTIVS

### XIIII De patria potestate

1 Imp. Antoninus A. Victorinae. Si in potestate patris fuisti, cum hereditas Bassae Cassiae tibi obuenit, eamque patris iussu creuisti, iure patriae potestatis ei eam quaesisti. ideoque quod ab eo iure alienatum est, nulla ratione oblato pretio restitui tibi desideras. PP. III kal. Ian. Romae ipso Augusto *et* Aduento conss. a. 218

Interpretatione non eget.

c. 12, 2 = *Cod. Iust.* 4, 21, 5.

1 militi *GV*, *sic uel* mil. *libri Codicis Iust.* || 2 strumenti $G^a$. || uim *P*, uis $G^b$. || igne *G*, igni *V*. || debitarum] debitorum *G*. || 3 solutionum *V*. || 4 conquirentibus *GV*. || facile *delet Mommsen.* || est] est et *G*. || 5 debitis *G*. || existentis *P*. || 6 adsistere] adesse *Iust.* || 7 conss. *om. V*. || 8 int. n. e.] ist. intp. non indig. *P*, interpraetationem *V*, *om. G*. || 9 lib. dec. *om. G*. || decimus] V *P*. || 10 non noceat *om. V*. || 11 imp. *G*. || 12 sentencia *G*. || minoris *P*. || 13 lata $G^a$, prolata $G^b$. || nullas uires] nullum sui iuris *G*. || notissimum est *G*. || 14 maximo *V*. || aa.] a. *G*, *om. PV*. || conss. *om. G*. || 15 non indiget intp. *G*, ista intp. non indg. *P*, interpraetationem non eget *V*: *in editione Codicis Theodosiani etc. Aureliae Allobr.* 1586 *hoc loco leguntur*: interp aduersus absentes uel minores iudicata non ualebunt, *cf. Epitome Aegidiana.* || 16 dec. tertius] VI *P*. || 18 antonianus *G*, antonius *V*. || a. *om. G*. || uictoriae *G*, *inc.* $V^a$. || 19 bassae *Sichardus*, basiae *GV*, assiae *P*. || cassiae] castae *G*. || eamque] eam quae cum *V*. || 20 iussu patris *G*. || potestates *P*. || 21 oblegato *G*, oblatio *P*. || 22 praecium *P*. || ian. *om. P*. || roma *G*, rom. *P*. || 23 et] quinquies et *G*, V et *V*, VI et *P*. || conss. *om.* $V^a$. || 24 int. (interpretationem *V*) n. e.] ist. intp. non indg. *P*, *om. G*.

## EX CORPORE HERMOGENIANI.

### I De cauta et non numerata pecunia

1 Aurelio Alexio. Ex*cep*tionem non numeratae pecuniae non anni sed quinquennii spatio deficere nuper censuimus. Scripta VII id. April. Sirmio Caesaribus conss. a. 294

Interpretatio. Secundum legem ex corpore Theodosiani si certum petitur de chirographis quia de quinquennio habetur expositum, ideo hanc legem ex Hermogeniano credidimus adiungendam, quae tempus intra quod contestari conuenit de cauta et non numerata pecunia, id est intra quinquennium, euidenter ostendit.

### II Ex delictis defunctorum quemadmodum conueniantur successores

1 Aurelio Ennio Saturnino. Licet ante litem contestatam defuncto, qui ex proprio delicto conueniri potuit, successor*es* non possi*nt* poenali actione conueniri, tamen hos etiam in tantum quantum ad eos peruenit teneri, ne scelere ditentur alieno, certissimi iuris est. *auditis itaque* partium allegationibus u. c. proconsul prouinciae Africae amicus noster in pronuntiando formam iuris sequetur. Scripta VII kal. Oct. Sirmio AA. conss. a. 293

Interpretatio. Haec lex praecipit, ut in criminalibus causis, si quis antequam moriatur non fuerit de facti sui

---

1 ex corp. herm.] *MPV cum Consult., cf. p.* 244 *not.* 2, incipit lib. hermogeniani ex corpore gregoriani *G*: *ad finem epitomae P adscripsit* expl. lib. hermogeniani. ‖ 2 I *om. G.* ‖ 3 aur. al. *om. V.* ‖ aurelius *P.* ‖ exceptionem] *Cuiacius*, ex (et ex *G*[a]) cautione *GPV.* ‖ 4 sed] sed in *PV.* ‖ 5 VIII *PV.* ‖ firmio *G.* ‖ caes. conss.] cesare *G*, caes. *V*[a], caesr. *P.* ‖ 6 ex corp. theod.] *Cod. Theod.* 2, 27. ‖ 8 ex *om. G.* ‖ credimus *GP.* ‖ quo constari *G.* ‖ 11 ostensit *G*[a]. ‖ 12 delictis] illicitis *G*, diliciis *P.* ‖ defuctorum *P*[a]. ‖ quaeadmodum *V.* ‖ conueniatur *P.* ‖ 14 aurelius *PV.* ‖ ennio] et tennio *G.* ‖ contestato *G*[a]. ‖ 15 proprio] priore *P*, *in* proprio *desinit G.* ‖ conuenire *P.* ‖ successores non possint *Cuiacius* (*cum libris Haenelii?*), successor non possit *PV.* ‖ 16 conuenire *P.* ‖ tamen] non tamen *V.* ‖ hoc *P*[a]*V.* ‖ 17 in *om. V.* ‖ peruenit] pertinent *V.* ‖ ne] nec *P.* ‖ 18 auditis itaque *Cuiacius*, addidit etiam *PV.* ‖ 19 adlenitionibus *P.* ‖ 20 pronuntiandum *P.* ‖ forma *P.* ‖ sequitur *PV.* ‖ scripta] scripta dat. *P.* ‖ 21 sirmi *V.* ‖ 22 praecepit *P.* ‖ 23 factis suis *V*[a], factis sui *V*[b].

scelere conuentus atque conuictus, si post eius obitum quod ab eo cum poena reddendum erat apud successores eius fortasse repertum fuerit, hoc tantum ab here*dibus* reddendum est, quod ad eos cognoscitur peruenisse. ceterum in tali re heres nec ad poenam nec ad aliquam satisfactionem tenetur obnoxius.

1 conuentus atque *om. P.* ‖ conuictus] confessus *V.* ‖ 2 successorem *V*? ‖ 3 fuerit *om. V*, *ante* apud *collocat P.* ‖ herede *PV.* ‖ 5 poen. nec] poen. ne *V.*

# CONSPECTVS FRAGMENTORVM OMNIVM GREGORIANI ET HERMOGENIANI CODICVM.

In tabulis quae sequuntur utriusque Codicis' fragmenta ad pristinum ordinem reuocata sunt: qua in re cum fere certae traditionis auctoritate destituti simus, librorum Codicis Iustiniani II—VIIII ad hos potissimum Codices digestorum ordinem secuti sumus. ex eodem Codice Iustiniano titulorum rubricas, si quas is cui Codicum Gregoriani et Hermogeniani fragmenta debemus non addidit, argumenti ratione habita litteris inclinatis suppleuimus. in constitutionibus intra singulos titulos ordinandis temporis ordo a nobis seruatus est. ea fragmenta sola, quae non in superioribus huius tomi partibus continentur, plena dedimus.

## CODICIS GREGORIANI FRAGMENTA.

### LIBER PRIMVS

### X[1]) De pactis

VIII *Appendix* 1, 3 (*p.* 253)
*Consultatio* 1, 7[2])
*Consultatio* 9, 11. 1, 8[2])
*Consultatio* 9, 10
*Consultatio* 1, 9[2])
*Consultatio* 9, 18
*Consultatio* 9, 19
*Consultatio* 9, 17[1]).

*Lex Romana Burgundionum* 38, 3: De successione uiuentium nec de sua nec de aliena quemquam pacisci posse, nec huiusmodi scripturam nomen pacti legibus uindicare secundum legem Gregoriani et Hermogeniani.

[1]) *Consultationem* 9, 17, *quae se ex libro I tit. X descriptam esse testatur, ad titulum de pactis pertinere, nec quod ex argumento conici possit, titulo de receptis restituendam esse inde colligitur, quod titulus de receptis secundum Edicti perpetui ordinem in librum II caderet. accedit quod titulus de pactis secundum Edictum anterior est titulo de postulando, quem duodecimum esse constat.*

[2]) *Consultationi* 1, 7—10 *inscribitur* libro supradicto *uel* eodem, *id est libro II* (§ 6), *male, ut apparet ex Cons.* 9, 11, *cuius partem effecit* 1, 8: *cf. ad p.* 203, 25.

XI De transactionibus

*Consultatio* 9, 8
*Consultatio* 9, 16
*Lex Rom. Wisigothorum* 1, 1
*Consultatio* 9, 15
*Consultatio* 9, 14
*Consultatio* 1, 10[1])
*Consultatio* 9, 9.

XII De postulando

*Appendix* 1, 2 (*p.* 253)
XXXIII *Appendix* 1, 1.

## LIBER SECVNDVS

[*De iudiciis?*]

[2])Imp. Gordianus A. Rufino. Actione competenti agere debueras: causis enim priuatorum priuata, commoda uero fisci nostri uel publica crimina plerumque persequentibus actio publica datur.

[*De his quae ui metusue causa gesta sunt*]

*Consultatio* 1, 6.

*Lex Rom. Burg.* 38, 2: Sciendum tamen, quod si quis se ui aut metu coactum ad pacta uenisse causatur intra annum probaturus, huiusmodi et moueat et peragat actionem: quo tempore praeterito nullam sibi neque de ui neque de metu suppetere nouerit actionem secundum constitutionem Gregoriani.

Si aduersus donationes sponsis factas in integrum quis restitui uelit

*Lex Rom. Wisig.* 2, 1.

XVII Si ut se hereditate abstineat

*Appendix* 1, 4.

Si maior fuerit probatus

*Lex Rom. Wisig.* 3, 1.

De inofficioso testamento

*Lex Rom. Wisig.* 4, 1. 2.

---

[1]) *cf. p.* 236 *not.* 2.

[2]) *haec constitutio in nonnullis Codicis Iustiniani libris manu scriptis ad finem libri octaui adscripta* (*cf. editio mea p.* 807 *not.* 2) *probabiliter ex Codice Gregoriano hausta est.*

## LIBER TERTIVS

### De petitione hereditatis

*Lex Rom. Wisig.* 5, 1.

### De rei uindicatione

*Lex Rom. Wisig.* 6. 1—5.

### Si sub alterius nomine res empta erit

*Lex Rom. Wisig.* 7, 1. 2.

### De familiae herciscundae et communi diuidundo

*Lex Rom. Wisig.* 8, 1. 2
*Consultatio* 2, 7
*Consultatio* 2, 8.

### [*De iureiurando*]

*Lex Rom. Burgund.* 23: Si a iudice statutum fuerit aut inter partes conuenerit, ut de rebus dubiis sacramenta praebeantur, eum solum debere iurare, a quo aliquid repetitur. . . . hic tamen sacramenti ordo notato infamia denegatur secundum constitutiones Gregoriani et Hermogeniani.

### XII Si certum petitur

VIII *Appendix* 1, 5 (*p.* 254).

### [1]) Quod cum eo qui in aliena potestate est negotium gestum esse dicitur

*Lex Rom. Wisig.* 9, 1.

### [1]) Ad senatus consultum Macedonianum

*Lex Rom. Wisig.* 10, 1.

## LIBER QVARTVS

### Si debito persoluto instrumentum apud creditorem remanserit

*Lex Rom. Wisig.* 11, 1. 2.

### Si amissis uel debitori redditis instrumentis creditum petatur

*Lex Rom. Wisig.* 12, 1. 2.

### De deposito

*Collatio* 10, 8.

[1]) *hi duo tituli, quos Lex Rom. Wisig. tertio libro adscribit, duce Iustiniano Codice libro quarto inter titulos* si amissis *et* de deposito *uidentur restituendi esse.*

## LIBER QVINTVS[1])

*[De sponsalibus?]*

XVII *Scholia Sinaitica* § 3 (p. 269).

[2]) Imp. Gordianus A. rationalibus. Manifestum est nuptiis contra mandata contractis dotem, quae data illo tempore cum traducta est fuerat, iuxta sententiam diui Seueri fieri caducam, nec, si consensu postea coepisse uideatur matrimonium, in praeteritum commisso uitio potuit mederi. Dat. k. April. Antiochiae Gordiano A. et Auiola conss. a. 239

De nuptiis

[3]) Imp. Valerianus A.[4]) Probo. Vbi iuris auctoritas desit, ibi nullum matrimonium uideri contractum.

XXVII *Collatio* 6, 5
*Collatio* 6, 4.

*[Titulus paenultimus]*

III *Scholia Sinaitica* § 9 (p. 272).

## LIBER SEXTVS

XVIII Arbitrium tutelae

XIII *Appendix* 1, 6 (p. 255).

## LIBER?

De operis libertorum

*Lex Rom. Burg.* 44, 4: Egentem patronum libertus pascere compellatur; hoc secundum legem Gregoriani de operis libertorum.

*[De bonis libertorum Caesaris]*

*Lex Rom. Burg.* 3, 2: Liberti Romanae nationis a principe manumissi hac ratione de bonis suis testentur, ut fisco

---

[1]) *librum quintum citat scholium argumenti incerti ad Theodosiani Codicis rubricam de diuersis rescriptis in libro Taurinensi adscriptum.*

[2]) *haec constitutio a Petro Pithoeo in libro manu scripto ut uidetur Legis Romanae Wisig. inuenta est: manu enim Pithoei teste G. Haenelio in exemplari Cuiacianae editionis ad marginem sequentis tituli suppleta est cum hac praescriptione:* sumpta est et ex isto Codice lex haec de incestis nuptiis. *eadem constitutio, mutila tamen et corrupta in nonnullis Codicis Iustiniani libris manu scriptis titulo de incestis et inutilibus nuptiis* (5, 5) *inserta est (cf. editio mea maior p.* 415 *not.* 1)*: quare nescio an ea in Gregoriano quoque Codice eidem titulo, non huic de nuptiis subdita fuerit, licet ei cum argumento Cod. Iust.* 5, 4, 6 *conueniat.*

[3]) *haec constitutio in libris quibusdam manu scriptis Codicis Iustiniani legitur modo titulo de nuptiis modo titulo de incestis et inutilibus nuptiis inserta, cf. editio mea maior p.* 409 *ad u.* 15.

[4]) impp. Valerianus et Gallienus AA. *requiritur.*

debita medietas reseruetur: in cuius hereditatem nepotes ex filia succedere non iubentur secundum Gregoriani leges a Gordiano principe ad Trophimum libertum et Calpurnium militem latas.

## LIBER DECIMVS

Quibus res iudicata non noceat

*Lex Rom. Wisig.* 13, 1

[*De confessis*]

*Appendix* 2, 7 (p. 261)

## LIBER VNDECIMVS

*Tit.* 11 *c.* 12 *citant scholia Sinaitica* § 10 (*p.* 272).

## LIBER DVODECIMVS

[*De duobus reis stipulandi et duobus reis promittendi*]

[1]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA.[2]) [Paulinae] [3]). Si duo pluresue rei cuiusdam traditionem communiter in solidum acceperint[4]), cuicumque eorum, quamdiu res[5]) in eadem causa permanserit, si casus obtulerit[6]), actio in solidum [7]) competit. PP. III non. Dec. Maximo II et Aquilino conss.[8]). a. 286

De sponsoribus et fideiussoribus.

*Lex Rom. Burg.* 14, 7: Gregoriani constitutionibus libri XII sub titulo de sp. et f. tenetur insertum, quod si quis a debitore suo fideiussorem de solutione acceperit, in potestatem habeat creditor aut fideiussorem tenendi aut eum

[1]) *haec constitutio in nonnullis Codicis Iustiniani libris manu scriptis titulo de duobus reis* (8, 39) *addita est* (*cf. editio mea p.* 766 *not.* 1). *uerba constitutionis licet corrupta sint nec facile quis ueram legis sententiam restituat, tamen huic titulo non conuenire consentaneum est: quod olim proposui hanc legem cohaesisse fortasse cum Cod. Iust.* 4, 64, 8, *non satis ualidis argumentis defenditur, cum nomen eius cui rescriptum est fortasse a librariis proprio Marte suppletum sit, cf. praefatio mea ad Cod. Iust. p.* XXIIII: *ad lectionem restituendam adhibui codices Lipsiensem* 883 *Vaticanum* 1427 *Bambergensem* I D 3 *et Haloandri editionem.*

[2]) et cc. *addit Bamb.*

[3]) paulinae *Hal.*, iulio *Lips.*, *om. Vatic.*, *non constat de Bamb.*

[4]) traditionem (traditionem *uacuo spatio relicto om. Bamb.*) communiter (communem *Lips. Bamb.*) in sol. acceperint (-rant *Bamb.*) *Lips. Vatic. Bamb.*, traditione conuentionem in solidum inierint *Hal.*

[5]) res *om. Lips.*

[6]) abstulerit eam *Vatic.*

[7]) unicuique *inserit Wa.*

[8]) *subscriptionem Hal. solus habet.*

qui debitor prius (*uel* prior) extiterat: quod tamen ante iudicem creditor profiteri debebit, quem eorum ad solutionem malit tenere[1]).

## LIBER DECIMVS TERTIVS

[*De donationibus*]

*Vat. fr.* 267
*Vat. fr.* 266a
*Vat. fr.* 288.

[*De donationibus quae sub modo uel condicione uel ex certo tempore conficiuntur*]

*Vat. fr.* 283
*Vat. fr.* 285[2])
*Vat. fr.* 286.

[*De reuocandis donationibus*]

*Vat. fr.* 272.

De patria potestate

*Lex Rom. Wisig.* 14, 1.

## LIBER DECIMVS QVARTVS[3])

[*Ad legem Iuliam de adulteriis et de stupro*]

[4]) Imp. Antoninus A. Sane meae litterae nulla parte causae praeiudicabunt. neque enim si penes te culpa fuit, ut matrimonium solueretur et secundum legem Iuliam Eupasia uxor tua nuberet, propter hoc rescriptum meum adulterii damnata erit, nisi constet esse commissum. habebunt autem ante oculos hoc inquirere, an, cum tu pudice uiueres, illi quoque bonos mores colendi auctor fuisti: periniquum enim mihi uidetur esse, ut pudicitiam uir ab uxore exigat, quam ipse non exhibet. quae res potest et uirum damnare, non ob compensationem mutui criminis rem inter utrumque componere uel causam facti tollere.

[1]) *cf. Cod. Iust.* 8, 40, 5. 19.

[2]) § 285 *ad hunc titulum ideo rettuli, quia* § 286 *eiusdem tituli esse dicitur.*

[3]) *in Collatione* 1, 8 *traditur* lib. IV, *in Collatione* 15, 3 lib. VII *uel* VI.

[4]) *hanc constitutionem debemus Augustino de coniugiis adulterinis* 2, 7 (*ed. Bened.* 6, 1 *p.* 408) *qui haec praemittit*: Legant, quid imperator Antoninus, non utique Christianus, de hac re constituerit, ubi maritus uxorem de adulterii crimine accusare non sinitur, cui moribus suis non praebuit castitatis exemplum, ita ut ambo damnentur, si ambos pariter impudicos conflictus ipse conuicerit. nam supra dicti imperatoris uerba haec sunt, quae apud Gregorianum leguntur.

[1]) .... Dionae. Si eius, a quo nunc adulterii rea postularis, contra iuris formam contubernio haesisti, innumeris te auctoritatibus tueri potes.

*Thalelaeus in scholiis ad Cod. Iust.* 2, 4, 18 (Basilica ed. Heimbach I p. 704) *rettulit secundum ueteres iureconsultos et constitutiones quae in Hermogeniano et Gregoriano extent* (*τὰς ἐν τῷ Ἑρμογενιανῷ καὶ Γρηγοριανῷ διατάξεις*) *adulteros honestiores dimidiae partis bonorum publicatione puniri.*

Ad legem Corneliam de sicariis et ueneficis

*Collatio* 1, 8—10.

De maleficis et Manichaeis[2])

*Collatio* 15, 3.

## LIBER DECIMVS QVINTVS?

[*Quorum appellationes non recipiuntur*]

*Appendix* 2, 6 (*p.* 261).

# CODICIS HERMOGENIANI FRAGMENTA

De pactis et transactionibus

*Consultatio* 6, 19

*Consultatio* 4, 9—11.

*Thalelaeus ad Cod. Iust.* 2, 4, 43 (*Basilica ed. Heimbach I p.* 726): *Μέμνησο τῆς ιγ′* (*ιδ′ codex*) *διατ. τοῦ παρόντος τίτ., ἐξ ἧς ἔγνως, ὅτι δεσπότης πρὸς δοῦλον ἴδιον οὐ διαλύεται, δηλονότι ἐφ᾽ ὅσον δουλεύει αὐτῷ, ἵνα μὴ ἐναντιωθῇ σοι ἡ παροῦσα διάταξις εἰς πολλὰς διατάξεις μάλιστα ἐν τῷ ποτε λεγομένῳ Ἑρμογενιανῷ κώδικι λεγούσας τὴν περὶ τύχης διάλυσιν μὴ ἐρρῶσθαι* (*id est* Memineris XIII huius tituli constitutionis, ex qua didicisti dominum cum seruo suo non transigere, scilicet quoad ipsi seruit, ne praesens constitutio pugnare tibi uideatur cum multis constitutionibus praesertim in Codice qui Hermogenianus appellabatur extantibus, quibus dicitur transactionem de statu factam non ualere).

[*Consultatio* 9, 1—7][3])

*Lex Romana Burgundionum* 38, 3 (*supra p.* 236).

[1]) *haec constitutio in nonnullis Codicis Iustiniani libris manu scriptis titulo ad legem Iuliam de adulteriis inserta est, cf. editio mea maior p.* 285 *not.* 1: *in his libris falso praemittitur* imp. Arcadius A. *utrum ex Gregoriano an ex Hermogeniano Codice addita sit, dici non potest.*

[2]) *in Collationis codicibus adscribitur libro septimo.*

[3]) *haec septem Valentiniani rescripta Hermogeniano Codici postea uidentur adiecta esse, cf. Krueger Geschichte der Quellen p.* 282. *Cons.*

De calumniatoribus et plus petendo

*Consultatio* 6, 13

*Consultatio* 5, 6. 7.

Vbi agi debeat

*Consultatio* 6, 15.

Ad exhibendum

*Consultatio* 6, 1, 4.

[*De iureiurando*]

*Lex Rom. Burg.* 23, *cf. p.* 238.

De cauta et non numerata pecunia

*Lex Rom. Wisig.* 1.

Ex delictis defunctorum quemadmodum conueniantur successores

*Lex Rom. Wisig.* 2.

De instrumentis

*Consultatio* 6, 16.

De eorum contractibus, qui alieno iuri subiecti sunt

*Lex Rom. Burg.* 14, 6: Nec seruum [uel colonum][1]) peculium suum posse distrahere, insuper et ementes furti actione tenendos secundum constitutionem Hermogeniani sub titulo 'de . . . sunt' [uel Theodosiani legem lib. V sub titulo ne colonus *rel.*].

De deposito

*Collatio* 10, 3—6.

De nuptiis

*Collatio* 6, 5.

De donationibus inter uirum et uxorem

*Consultatio* 6, 10—12.

XLI [*De repudiis?*]

XIV *Scholia Sinaitica* § 5 (*p.* 270).

De successionibus

*Consultatio* 6, 18.

9 7 *Huschke argumento constitutionis motus titulo de SC. Claudiano subdidit: fieri tamen potest, ut ea pars constitutionis, quam Consultationis auctor omisit, de pactionibus inter mulieres et seruorum dominum factis egerit, cf. Gai.* 1, 184.

[1]) uel colonum *spectant ad Theodosiani Codicis constitutionem.*

De testamentis

*Consultatio* 6, 17.

[*Ad SC. Claudianum*]

*Consultatio* 9, 7.

De pignoribus

*Lex. Rom. Burg.* 14, 1—3: Debitor solutionem differens potest ad satisfactionem pignerum usurpatione compelli. quod tamen sine sententia iudicis fieri non licebit secundum Hermogeniani constitutionem sub titulo de pigneribus Diocletiani et Maximiani ad Viuentium Herennium Antigonum uel aliam ad Septimum datam. Oblato debito uel deposito pignus a creditore sine dilatione reddendum est: sub eodem titulo. Obligatis cautione mancipiis debitor promisit se usuras praestaturum: ea mancipia creditor intra statutum tempus de domo debitoris abduxit: operas eorum in usuras specialiter imputandas sub eodem Hermogeniani titulo lege ad Nonnusam data [1]) comprehensum est.

[*De donationibus*]

*Vat. fr.* 271

*Vat. fr.* 270.

[*Ad legem Iuliam de adulteriis*]

*Thalelaeus in scholiis ad Cod. Iust.* 2, 4, 18 *cf. p.* 242.

De iure fisci.

[2]) Aurelio [3]) En*nio* [4]) Lucello et Marco Seueriano. Si pro possessione [5]) Titi [6]) Claudi [7]) uos debita fiscalia exsoluisse constat [8]), uestra*m* [9]) esse possessionem [10]) notissimi iuris *est* [11]),

[1]) = *Cod. Iust.* 8, 24, 2.

[2]) *haec constitutio in codicibus Parisiensibus* 4414 *et* 4415 *ad finem Hermogeniani addita est praemissis his*: ex corpore ermogeniani sub titulum de iure fisci.

[3]) aurelius *libri cf. p.* 234, 4. 14.

[4]) enhinc *Paris.* 4414, enhi *Paris.* 4415.

[5]) possione *Paris.* 4414 *ante emendationem*, posicione *Paris.* 4415.

[6]) ti. (= tiberii) *Mommsen.*

[7]) daudi *Paris.* 4414.

[8]) contestat *Paris.* 4415, contesta *Paris.* 4414.

[9]) uestra *libri.*

[10]) possessione *Paris.* 4414.

[11]) est *Cuiacius, om. libri.*

ideo *uir*[12]) clarissimus proconsul partium[13]) uestrarum[14]) adlegatione[15]) salu*a* ma*n*sur*a*[16]) pro alien*a*[17]) re cognoscitur[18]) tradere uobis hanc ipsam[19]) cum fructibus rem aequitatis ratione prouisum est. Scripta[20]) X k. Mart. Sirmio[21]).

LXVIIII ————

cxx *Scholia Sinaitica* § 5 (*p.* 270).

---

[12]) uir *Cuiacius*, ut *libri.*

[13]) proconsuplacium *emend. in* proconsul pacium *Paris.* 4414, procul parcium *Paris.* 4415.

[14]) urarum *Paris.* 4414, *cf. not.* 18.

[15]) adlegationem *Paris.* 4415.

[16]) salua mansura *Mommsen,* salutem asuriam *Paris.* 4414, solutam ausuram *Paris.* 4415.

[17]) alienam *libri.*

[18]) ideo u. c. procos. (*i. e.* uirum clarissimum proconsulem) partium duarum adlegatione salua mansura pro aliena re cognituro *Mommsen.*

[19]) ipsa *Paris.* 4414.

[20]) rescripta *Paris.* 4414.

[21]) ista interpretatione non indiget *addit Paris.* 4415, is̄ non dḡ *addit Paris.* 4414.

# APPENDICES
# LEGIS ROMANAE
# WISIGOTHORVM
## DVAE

EDIDIT

P. KRVEGER.

In nonnullis Legis Romanae Wisigothorum codicibus ad finem additamenta adiecta sunt composita partim ex imperatorum constitutionibus partim ex Pauli sententiis. qui primi his Appendicibus usi sunt Iacobus Cuiacius, Petrus Pithoeus, Iacobus Gothofredus, singula capita eis iuris corporibus unde excerpta erant restituere contenti fuerunt. postea Appendicum memoria periit nec ante resuscitata est quam Gustavus Haenel complures codices Legis Romanae his Appendicibus insignes inuestigauit.[1]) deinde duas harum Appendicum Klenze fere ad codicem Berolinensem Lat. fol. 270 edidit[2]): qui tamen deceptus ordine foliorum codicis Berolinensis a bibliopega turbato neque uerum capitum ordinem adsecutus est et nonnulla capita ad Legem Romanam pertinentia Appendicibus inseruit. Klenzii errore refutato Haenel omnes Appendices editioni Legis Romanae a se paratae (Lipsiae 1849) subiunxit (p. 452—455): sed neque traditam a codicibus lectionem ubique restituit neque uarias codicum lectiones adnotauit.

Extant autem tres Legis Romanae Wisigothorum Appendices ex iuris Romani fontibus haustae. quae primum ad Legis Romanae finem adscriptae erant, deinde a posterioribus librariis pro ipsius Legis extrema parte habitae sunt: sane hi subscriptionem, qua Legis finem indicare uoluerunt (*explicit* etc.), post Appendices collocauerunt.

Harum Appendicum una, quae ex ipsa Lege Romana Wisigothorum excerpta est, complectitur Gregoriani Codicis epitomati constitutiones 4, 2. 5, 1. 10, 1. 11, 2 : hanc Appendicem praetermittendam esse censuimus[3]).

---

[1]) Ante Haenelium Savigny unius Appendicis fragmentum in codice Parisiensi 4403 inuenerat.

[2]) Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft IX p. 235 sqq.

[3]) In libro meo Geschichte der Quellen und Litteratur des Röm. Rechts p. 316, 46 errore meo dictum est hanc Appendicem Appendicibus infra editis subiunctam esse; immo in nonnullis codicibus praemissa est Appendici I, u. p. 250.

Altera Appendix, quam nos numero Appendicis I insignitam infra p. 253 edimus, finem Legis Romanae efficit in codice Parisiensi 4403 (nobis *L*) saeculi VIII[1]). huius codicis pars extrema hodie duobus locis mutila est: nempe perierunt cum fine ipsius Legis Romanae principium Appendicis I et praeterea eiusdem Appendicis finis: olim autem in integro codice Legem Romanam Appendice I continuo exceptam fuisse neque aliud quicquam inter utramque adiectum intercessisse testis est index rubricarum Legi Romanae in hoc codice praemissus[2]). atque eodem modo in codice Aurelianensi 207 saeculi IX Appendicem I legi mihi persuasum est, quamuis Haenel in eo codice Appendicem supra primo loco laudatam huic Appendici I praemissam esse adfirmarit: tam arte enim Aurelianensis codex cum Parisiensi 4403 in hac parte cognatus est, ut non possim non de Haenelii errore cogitare. Appendix I integra seruata est in codice Parisiensi 4419 saeculi X, in quo non ipsam Legem Romanam, sed epitomen eius Legis sequitur[3]). praeterea in omnibus eis codicibus Legis Romanae, quae aut Appendicem a nobis praetermissam aut tertiam de qua statim dicemus (nobis App. II) receperunt, alterutri harum Appendicum subiuncta est, ut tamen ab illis subscriptione olim ad Legem Romanam pertinente *explicit liber iuris feliciter*[4]) separetur: unde apparet in archetypis horum codicum eam Appendicem quae hodie Appendicem I praecedit solam extitisse neque umquam Appendicem I eius quae praecedit partem effecisse[5]). et Appendicis II quidem codices infra enumerabuntur: Appendicem autem a nobis praetermissum cum Appendice I coniunctam exhibent codices Vaticanus Ottobonianus 2225 et Montispessulanus H 84 saeculo nono exarati.

Continet autem Appendix I quasi quoddam spicilegium locorum iuris Romani a Wisigothis praetermissorum. Appendicis qualis nunc extat pars prior in XII capita diuisa est eaque diuisio sequitur rubricas titulorum, quas Appendicis

1) Cf. Lex Romana Wisig. ed. Haenel p. XLIX.

2) Cf. Savigny Geschichte des Röm. Rechts 2 p. 28 h.

3) Inter epitomen et Appendicem duo capita ab Appendice aliena interiecta sunt: cf. Lex Rom. Wisig. p. LXXXII.

4) Cf. Lex Rom. Wisig. p. 452 not. a. ceterum subscriptio eorum codicum propria qui Appendicem I solam receperunt, una cum Appendice I transiit in eos codices, in quibus uel Appendix a nobis praetermissa uel Appendix II praecedit.

5) Parum apte de hac coniunctione disseruit Haenel, Lex Rom. Wisig. p. L.

auctor ad exemplum Legis Romanae particulis ex eis titulis excerptis praemisit. capita I—V hausta sunt ex Codice Gregoriano, VI—X ex Pauli sententiis, XI et XII ex quarto Codicis Theodosiani libro: ordinem igitur, quo haec corpora in ipsa Lege Romana excerpta sunt, Appendicis I auctor inuertit. haec XII capita sequuntur quinque constitutiones ex quattuor titulis primi Codicis Theodosiani libri descriptae: quas non ab initio huius Appendicis partem effecisse eo ueri simile fit, quod singulis titulis numeri ab I usque ad IIII praefixi sunt: accedit quod, si indici rubricarum codicis Parisiensis 4403 fides habenda est, ab huius codicis Appendice tituli III et IIII aberant.

Appendix II extat in codicibus Berolinensi 270 saeculi IX, Eporediensi 35 saeculi IX uel X, Parisiensi 4406 saeculi X miscellaneo. haec quoque una constitutione Codicis Theodosiani (§ 5) et duabus Pauli sententiis (§ 8. 9) exceptis ex capitulis iuris Romani in Legem Romanam Wisigothorum non admissis composita est. ad quae accesserunt scidae siue formae edictorum, quibus absentes in iudicium uocantur (§ 11—14), eiusdem ni fallor originis, cuius sunt formulae in regnis Germanicis compositae[1]): eaedem scidae non coniunctae cum Appendice II bis in aliis partibus codicis Parisiensis 4406 (fol. 58. 68[2]) et in codice Lugdunensi-Batauo 47 saeculi X leguntur. in hanc autem Appendicem scidae illae propter Pauli sententiam, quae Appendicis II paragraphum 8 efficit, uidentur receptae esse, in qua de trinis edictis et de peremptorio edicto in reum proponendis agitur. ceterum materia quae paragraphis 1—10 Appendicis II continetur satis arte in se cohaeret: pertinet enim ad reos, qui aut per contumaciam ab iudiciis absunt aut condemnati uel confessi sunt. eae Codicis Theodosiani constitutiones quae in hac Appendice leguntur, non integrae receptae sunt, nec fraude caruit is qui eas mutilauit: certe § 1, quae mutila non potest non ad contumaciam in iudicio commissam referri, integra quam maxime ab hac iuris parte aliena est[3]): nec dubitandum est, quin professio in § 4 relata, quam epitomator de confessione apud iudicem facta intellegi uoluit, si integram

---

[1]) Cf. Monumenta Germaniae historica Leges V p. 534, Brunner Deutsche Rechtsgeschichte I § 58.

[2]) Initium scidae legitur in folio, quod ab hoc codice auulsum hodie extat in fronte codicis Parisini 4410.

[3]) In Th. 6, 27, 10 haec praecedunt: *Inter eos qui consularitatis gesserint dignitatem et eos qui meruerint principatum is gradu potior habeatur, qui prior locum dignitatis acceperit. quam sanctionem omnia debebunt officia custodire.*

constitutionem haberemus, aut agrorum aut aliqua similis foret. denique post scidas collocatae finem Appendicis II faciunt sententiae aliquot Pauli ad SC. Silanianum pertinentes, quae quomodo cum reliquis coaluerint, non intellegitur.

Haec de codicibus et de indole Appendicum. ad Appendicem I edendam adhibui codices Parisienses 4403. 4406. 4419, Ottobonianum, Montispessulanum, Berolinensem[1]), ad Appendicem II codices Berolinensem et Parisiensem 4406, ad § 15—17 huius Appendicis codicem Eporediensem. hos codices omnes ipse contuli[2]). corruptelas omnibus codicibus communes fere non mutaui, quia fieri potest, ut ipsis Appendicibus antiquiores sint. inscriptiones capitulorum, quae Gregoriani et Theodosiani Codicis mentionem faciunt, cum in libris Berolinensi Eporediensi Parisiensi 4406 in breue contractae sint, eas in Appendice I ex reliquis codicibus restituere licuit, semel etiam in § 4 Appendicis II ope libri Vaticani reg. 1128, qui hunc Appendicis II titulum solum Legis Romanae adiecit, explere potuimus.

[1]) Aurelianensem codicem ab Haenelio collatum bis citaui p. 253, 10 et 256, 5.

[2]) Parisiensem 4410, qui continet § 11 usque ad p. 262, 4 *admo*, dedi ad collationem Knustii, quam adhibuit Zeumer in Mon. Germ. historicis. a Lugdunensis codicis deprauata lectione in Zeumeri editione enotata abstinui.

# I

*L* = Parisiensis 4403 (*incipit p.* 254, 16 conueneris, *desinit in p.* 258, 24 data): *de indice huius codicis uide supra p.* 250.
*O* = Ottobonianus 2225
*M* = Montispessulanus H 84
*N* = Parisiensis 4419
*B* = Berolinensis 270 (*desinit in p.* 257, 5 intestata)
*P* = Parisiensis 4406.

1 I Constitutio xxxiii Gregoriani lib. i de postulando titulo xii.

Imp. Gordianus A. Iouino. Nullam existimationis infamiam auunculus tuus pertimescet ictibus fustium subiectus, si sententia non praecessit ignominiae maculam *inrog*ans. PP. vi kal. Sept. Pio et Pontiano conss. a. 238

2 Imp. Seuerus et Antoninus AA. Manilio. Si nulla sententia contra te dicta est, quae infamiae detrimentum adfert, sine causa times, ne existimatio tua laesa sit ob id, quod in carcerem per iniuriam coniectus es.

3 II De pactis constitutio viii.

Imp. Antoninus A. Iulio Maximo. Si debitori tuo heres extitisti, acti*o*, quam aduersus eum habuisti, adita hereditate confusa est. sed si eam, posteaquam in iudicio quoque obtinuisti, e*i* tradidisti, qui minus sententia superaueras, ea con-

---

1 *prior numerus* I *in P collocatus est ante clausulam Appendicis II in hoc codice praecedentis, cf. p.* 000, 00: *in B post tituli numerum* (XII, *u. i.*) *aberrauit: reliqui numerum omittunt.* ‖ const. xxxiii gregorianus *OM*, institutio gregoriani *BP*, *om. N.* ‖ de post. (pontolando *OM*) titulo xii (ii *N*, xii *om. P*) *OMNP*, titulo xii. i de postulando *B.* ‖ 2 exaestimationes *O*, exactionae *NP*, exactionem *B.* ‖ 3 tuuus *O.* ‖ pertimescit *OMN.* ‖ ictibus fustium *OM*, fustibus *NBP.* ‖ 4 ignominiae] igno *P.* ‖ mascula *Na*, macula *Nb.* ‖ ignorans *OM*, ignoras *NBP.* ‖ 5 potiano *N*, pouano *BP*, pontio *OM.* ‖ conss. *om. OM.* ‖ 6 antonius *B*¹*P.* ‖ nullius *OM.* ‖ 7 ininfamiae *OM*, infamamiae *N.* ‖ adfert *om. NBP.* ‖ 8 causa times] causationes *N.* ‖ exestimatio *ON*, aestimatio *BP.* ‖ ob id] obstet *BP.* ‖ 9 es] est *MN.* ‖ 10 ii de p. const. viii *Aurelianensis et index L*, ii de pactis const. *BP*, titul. de p. const. ii *O*, de pactis const. ii t. (ii t. *om. M?*) *MN.* ‖ 11 antonius *P.* ‖ maximo] mox *OM.* ‖ debitori tuo heres extitisti *OM*, debitori tuo heres existis *N*, debitorest (est *in litura*) tio heres institutus *B*, debitor est tio heres institutio *P.* ‖ 12 actione *OM*, actionem *NBP.* ‖ 13 ea *NBP*: eam hereditatem *requiritur.* ‖ in *om. O.* ‖ obstinuisti *M.* ‖ 14 ei] et *NBP*, ex *OM.* ‖ qui minus *OM*, comminus *N*, quominus *BP*, quem *Cuiacius.* ‖ sententiam *BP.*

dicione pactoque, ut tam ceteris creditoribus quam tibi in eo, quod tibi deberetur, si eam hereditatem non adisses, satisfaceret, pacti conuentionisque fides seruanda est. quae si non seruatur, ex stipulatu, si modo transactio facta est, actio dabitur. PP. VII kal. Aug. Antonino IIII et Valente conss. a. 213

4 III Gregoriani lib. II tit. XVII si ut se hereditatis abstineat.

Imp. Seuerus et Antoninus AA. Vetoriis Frontino et aliis. Si uos paternae hereditati non miscuistis, ob eam rem testificatio necessaria non fuit, cum fides ueritatis uel bonorum adminicula non desideret. quod si pro herede gessistis, an propter aetatem cui subueniri solet in integrum restitui debeatis, aestimabit cuius de ea re notitia est. PP. V non Mart. Saturnino et Gallieno *conss.* a. 198

5 IIII Gregorianus lib. III tit. XII si certum petitur VIII.

Imp. Antoninus A. Iulio. Si paterna hereditate te abstinuisti et a paternis creditoribus conueniris, secundum iuris formam tueri te potes. sin uero permiscuisti te hereditati nec aetate permittente in integrum restitutus es, ut abstinendi

§ 4 = *Cod. Iust.* 2, 38, 1.

1 pactuque *OMPB.* ‖ in eo quod *OM*, in quo *NBP.* ‖ 2 tibi *om. NBP.* ‖ adisses] adsis *OM.* ‖ satisfecerit *NBP.* ‖ 3 fide *N.* ‖ est] sunt *BP.* ‖ 4 ex stipulatu si *OM*, extipulati *NBP*: praescriptis uerbis uel ex stipulatu si hoc *scr.* ‖ 5 VII] VI *P et teste Haenelio M.* ‖ IIII *in marg. O*, IIII ‖ III *in transitu uersuum M.* ‖ antonio *P.* ‖ ualente] balbino *scr.* ‖ 6 III (IIII *O, om. M*) greg. . . . abstineat] *OM*, III t. *N*, *om. BP.* ‖ 7 antonius *P.* ‖ uictoriis *OM*, *om. Cod. Iust.* ‖ frontino *Cod. Iust.* ‖ et] ae *BP.* ‖ 8 hereditate *M.* ‖ miscuisti *N.* ‖ rem *om.* $B^a$. ‖ 9 ueritati *NBP.* ‖ uel bonorum] uerborum *Cod. Iust.* ‖ 10 adminicula non] adminicula num *O*, adminiculandum *M.* ‖ desiderit *BP.* ‖ gessistis . . . 12 est] gessistis uel bonorum possessionem accepistis, propter aetatem c. s. s. in integrum restitutionis auxilium accipere debetis *Cod. Iust.* ‖ an] án *B*, añ *P.* ‖ 11 propter] propterea *OM.* ‖ cui] cuius *BP.* ‖ subuenire *OM.* ‖ soluet *O*, soluit *M.* ‖ in *om. NBP.* ‖ 12 ea re] *ON*, here *M*, ars *BP.* ‖ notitia] *fuit* notio (*Cuiacius*). ‖ 13 saturnino . . . conss. (conss. *ante* 14 VIII *collocant BP*, *ante* 15 imp. *collocat N*) *om. OM.* ‖ gallieno] *fuit* gallo. ‖ 14 IIII . . . XII *M*, IIII gregorianus lib. III titul. XII *O*, gregorian. lib. III. IIII° titulo *N*, III (III *om. P*) gregorian. lib. III *BP.* ‖ si certum petitur (petit *NP*) *NBP*, *om. OM.* ‖ VIII] conss. VIII *BP* (*cf. ad u.* 13), *om.* $O^a$, *ante* lib. III *suppl.* $O^b$, VIII *ante* si *in margine collocat N.* ‖ 15 antonius *NBP.* ‖ iulio *NBP*, lolio *OM.* ‖ paternea *P.* ‖ hereditate te *OM*, hereditate *BP*, hereditatem *N.* ‖ 16 creditoribus] hereditatibus *BP.* ‖ conuenires *BP*, conueneris *LOMN.* ‖ iuris] iuris secundum *P.* ‖ 17 forma *L.* ‖ te potes *O*, te potest *M*, potest *LNBP.* ‖ si *LNP.* ‖ hereditate *LBP.* ‖ 18 permittere *L.* ‖ es] est *MN.*

ius haberes, intellegis te omnibus creditoribus hereditariis respondere debere. PP. III non. Sept. Antonino A. IIII conss. a. 213

6 V Gregoriani lib. VI tit. XVIII arbitrium tutelae *const.* XIII.

Imp. Alexander A. Aglao. Eum, qui bonis paternis secundum edicti formam abstentus est, hereditariis actionibus conueniri nulla ratio suadet et reliqua. Proposita III kal. Mai. Alexandro A. conss. a. 222

7 VI Paulus lib. IIII tit. de intestatorum hereditatibus.

Legitimi heredes iure Gallico intra centesimum diem nisi adierint hereditatem, ad proximos eadem successio transfertur.

8 Filius maternam hereditatem eandemque legitimam nisi adeundo quaerere non potest.

9 Feminae etsi ultra consanguineas hereditates ad successionem legitimam non admittuntur, proximitatis tamen ad successionem petere non prohibentur.

10 VII Libro primo tit. de hereditate uel quid aliud petitur.

Possessor hereditatis, qui ex ea fructus capere uel possidere neglexit, duplam eorum aestimationem praestare cogetur.

11 Ii fructus in restitutione praestandi sunt petitori, quos unusquisque diligens pater familias et honestus colligere potuisset.

§ 7 *cf. uol. II p.* 101 *ad u.* 26.
§ 8 *hinc rest. Paul.* 4, 10, 4.
§ 9 *cf. uol. II p.* 101 *ad u.* 26.
§ 10 *hinc rest. Paul.* 1, 13 B, 8.
§ 11 *hinc rest. Paul.* 1, 13 B, 9.

1 intellegis te *L*, intelliges te *N*, intellegisti *BP*, intellexisti *OM*. ‖ 2 III non. (kal. *NBP*) sept. *om. L*. ‖ antonio *P*, antono *O*. ‖ IIII conss. *N*, conss. *BP*, III *OM*, *om. L*. ‖ 3 v (IIII *B*, *om. P*) greg. (grgrs *L*) lib. VI tit.] quintus titulus gregorianus lib. VI *N*. ‖ XVIII] XVIIII *BP*. ‖ arbitrum *LOMBP*. ‖ tutile *L*, titule *M*, titul' *O*. ‖ conss. XIII *NB*, consul. V *P*, XIII *L*, *om. OM*. ‖ 4 aglao *LN*[b], aglado *O*, aglad *N*[a]?*BP*. ‖ eum] cum *L*. ‖ paternis *BP*. ‖ secundum] similis secundum *OM*, si cum *N*. ‖ 5 elicti *M*, electi *O*. ‖ forma *LN*. ‖ absentus *B*, abtentus *L*. ‖ 6 conuenire *OMBP*. ‖ 7 mai.] ma. *L*. ‖ alex. a. conss. VI paulus] alexandro uc. VI paulus *OM*, alexand. V ss. VI tit. paulus *L*, alexander uc. conss. VI titulus *N*, alexandro u. c. cons. V (V *om. P*) *BP*. ‖ 8 IIII tit. *B*, III titul. *OM*, IIII *LNP*. ‖ 9 legitima *OM*, legitime *B*, VI legitimi *P*. ‖ callico *BP*, colliquo *L*. ‖ 10 adierint *LBP*, agerent *N*, adherint *OM*. ‖ transfertur] transf. intp. non eg. *L*. ‖ 11 materna hereditate *BP*. ‖ eademque *L*. ‖ 12 adeunde *N* (*non L*). ‖ potest] p. intp. non eg. *L*. ‖ 13 ultra] ultra etsi *NB*, ultra et *P*. ‖ consanguineis *P*[a]. ‖ hereditatis *M*. ‖ 14 proximitates *LNBP*, *periit M*. ‖ ad] ratione? ‖ 15 prohibetur *L*. ‖ 16 VII l. p. tit. *O*, VII tit. l. p. *L*, lib. I tit. *N* (*uide mox*), VII (VII *post* petitur *collocat P*) l. I *BP*. ‖ qui *P*. ‖ petetur *L*, petitur VII t. *N*. ‖ 18 duplum e. aestimatione *L*. ‖ cogetur] cog. intp. non eg. *L*. ‖ 19 ii] hi *MN*. ‖ in *om. OM*. ‖ 20 pater] pater. VIII. *O* (*cf.* 256, 1), paterum *M*? ‖ honestos *NBP*. ‖ colligi *BP*. ‖ 21 potuisset] pot. intp. non eg. *L*.

12 VIII Tit. de familiae herciscundae.

De omnibus rebus hereditariis iudex cognoscere debet et celebrata diuisione in semel de omnibus pronuntiet.

13 Iudici familiae herciscundae conuenit, ut ea, quae quis ex communi accepit, aut ipsa aut aestimationem eorum repraesentet, ut inter coheredes diuidi possint.

14 Iudex familiae herciscundae nec inter paucos coheredes, sed inter omnes dandus est, quin inutiliter datur.

15 Omnes res quae sociorum sunt communi diuidundo in iudicio inter eos separantur.

16 VIIII Lib. v tit. de re iudicata.

Ratio calculi saepius se patitur subputari atque ideo potest quocumque tempore retractari, si non longo tempore euanescat.

17 X Tit. de intestatorum hereditatibus lib. IIII.

Filii uulgo quaesiti ad legitimam matris hereditatem adspirare non prohibentur, quia pari iure *ut* ipsorum matribus ita ipsis matrum deferri debuerunt.

18 Ista sententia in libro quarto habetur:

Ad filiam ancillam uel libertam ex senatus consulto Claudiano effectam legitima matris intestatae hereditas pertinere non potest, quia neque serui neque liberti matrem ciuilem habere intelleguntur.

§ 12—15 *hinc rest. Paul.* 1, 18, 2—5.
§ 16 *hinc rest. Paul.* 5, 5 A, 11.
§ 17 *hinc rest. Paul.* 4, 10, 1.
§ 18 *hinc rest. Paul.* 4, 10, 2.

---

